BIBLIOTHECAE APOSTOLICAE
VATICANAE
CODICES MANV SCRIPTI RECENSITI

IVSSV

LEONIS XIII PONT. MAXIMI

PRAESIDE CARD. ALFONSO CAPECELATRO

ARCHIEP. CAPVANO

S. R. E. BIBLIOTHECARIO

CODICES VRBINATES LATINI

DESCRIPSIT

COSIMVS STORNAJOLO

TOMVS I.
Codices 1-500.

ACCEDIT APPENDIX AD DESCRIPTIONEM PICTVRARVM
CVM EXEMPLARI F. 2 CODICIS 464 PHOTOTYPICE EXPRESSO.

ROMAE
TYPIS VATICANIS

MDCCCCII.

assoluto e contro invio anticipato dell'importo. Dovendosi fare la spedizione, dietro richiesta, *con assegno*, la spesa relativa sarà sostenuta dal committente. 2) Sconto normale D e la 13ª copia gratis ai librai ed agli incaricati della vendita.

Della collezione: CODICES E VATICANIS SELECTI, PHOTOTYPICE EXPRESSI iussu Leonis PP. XIII, consilio et opera curatorum bibliothecae Vaticanae.

E pubblicato:

Volumen I: FRAGMENTA ET PICTURAE VERGILIANA CODICIS VATICANI 3225, (60 frcs.). *Esaurito.*

Volumen II: PICTURAE, ORNAMENTA, COMPLURA SCRIPTURAE SPECIMINA CODICIS VATICANI 3867, QUI CODEX VERGILII ROMANUS AUDIT. (100 frcs.).

In corso di stampa:

Volumen III: CODEX VATICANUS 5757, QUI CICERONIS LIBRUM « DE REPUBLICA » RESCRIPTUM EXHIBET.

Volumen IV: VOLUMEN PICTURARUM, QUIBUS LIBER « JOSUE » ILLUSTRATUR, VATICANUS PALATINUS GRAECUS 432.

In preparazione:

Volumen V: VATICANUS 5750 RESCRIPTUS, QUI FRAGMENTA FRONTONIS ALIORUMQUE COMPREHENDIT.

Della collezione: PUBBLICAZIONI TRATTE PER ORDINE DI SUA SANTITÀ LEONE XIII DALLE COLLEZIONI ARTISTICHE, ARCHEOLOGICHE E NUMISMATICHE DEL PALAZZO VATICANO:

In corso di stampa:

1. Gli avori dei Musei Profano e Sacro della Biblioteca Vaticana, pubblicati per cura della medesima, con introduzione ed indici del Barone Rodolfo Kanzler,

2. Gli affreschi antichi della Sala delle Nozze Aldobrandine nella Biblioteca Vaticana, con introduzione del Dott. B. Nogara.

In preparazione:

3. I vasi antichi del Museo Etrusco e della Biblioteca del Palazzo Vaticano, con introduzione del Dott. B. Nogara.

4. Catalogo delle monete, bolle plumbee e medaglie dei Papi del Gabinetto Numismatico della Biblioteca Vaticana compilato dal Cav. C. Serafini.

a) Catalogo delle monete e bolle plumbee dei Papi prima del 1000 compilato dal medesimo.

I singoli volumi di queste due collezioni, riprodotti soltanto in 100 esemplari numerati, si trovano in vendita soltanto allo Stabilimento Danesi (Via dei Bagni, 36, Roma).

BIBLIOTHECAE APOSTOLICAE

VATICANAE

CODICES MANV SCRIPTI RECENSITI

IVSSV

LEONIS XIII PONT. MAXIMI

PRAESIDE CARD. ALFONSO CAPECELATRO

ARCHIEP. CAPVANO

S. R. E. BIBLIOTHECARIO.

CODICES VRBINATES LATINI

RECENSVIT

COSIMVS STORNAJOLO

BIBLIOTHECAE VATICANAE SCRIPTOR

TOMVS I.

Codices 1-500

ACCEDIT APPENDIX AD DESCRIPTIONEM PICTVRARVM

ROMAE
TYPIS VATICANIS

MDCCCCII.

LEONI XIII

PONTIFICATVS ANNVM VIGESIMVM QVINTVM

INTEGRA AETATE CELEBRANTI

FELICITER.

PRAEFATIO

Cum de bibliothecae urbinatis historia ac vicibus, qua potui diligentia et copia, in praefatione indicis codicum graecorum disseruerim, nunc haud multa, quae perscrutando hactenus cognovi, eademque codicum latinorum propria addenda opportunum esse putavi.

Bibliotheca urbino-vaticana, uti nunc est, tribus constat codicum familiis, quae coniunctae simul codices mille septingentos sexaginta septem efformant. Ad primam familiam spectant septingenti vel ad summum octingenti codices a Friderico II Urbini duce medio fere saec. XV ac deinceps collecti. Totidem ferme numero antiquiori bibliothecae addiderunt posteriores duces, ac potissimum Franciscus II della Rovere postremus Urbini dux, saeculis XVI et XVII. Tertio loco veniunt libri autographi fere centum Paganini Gaudenzi, in Athenaeo pisano professoris, anno 1749 vita functi, et alii omne genus libri manu scripti, quibus antiqua illa bibliotheca in dies magis magisque increvit. Haec in universum dicta sint, cum de hac re, non cunctis codicibus diligenter inspectis, nullum iudicium certum proferri possit.

De bibliotheca Friderici ducis.

Faustinus Arevalus, qui saec. XVIII exeunte codices latinos urbino-vaticanos diligenter inspexit, in suis prolegomenis isido-

rianis [1] iam virorum doctorum iudicium de codicibus latinis fridericianis retulerat, utpote qui « elegantia, artificio scriptionis ac picturae ornatu notiores sunt quam vetustate ». Sententiae recentiorum scriptorum consensione comprobatae [2] nemo est qui contradicere ausit. Ne ego tamen totam hanc inertiae vel imperitiae culpam verterim in Fridericum Urbini ducem, de litteratis viris benemeritum. Hoc vitium enim bibliothecae urbinatis commune fuit cum pluribus eiusdem aetatis collecticiis codicibus. Nam, uti notum est, tunc temporis mos invaluerat, ea erat librorum impensa aviditas, ut scribae exemplarium facilem lectionem, membranarum vero nitorem, ornamentorum copiam splendoremque possessores consectarentur. Fridericus autem dux non erat quidem exquisita doctrina pereruditus, neque tunc percreverat haec critica ars, qua aetas nostra merito gloriatur. Aliqua tamen imbutus humanitate ac doctrina bibliopolarum principi Vespasiano, Philippi filio, officinam librariam exercenti in urbe per eam aetatem totius Italiae communi magistra, rem omnem commendavit. Florentiam autem scribae transalpini undequaque confluebant, qui commodiores et modestiores amanuenses esse solebant [3]. Ipse dux autem in patria Fridericum Veteranum ad hanc transcribendi artem confovit; Matthaeum de Contugiis volaterranum lectissimum scribam, sed litterarum imperitum, adhibuit. Etenim hoc sibi arrogare non poterant neque dux neque bibliopola, ut viri aliqua politiore doctrina exculti, iidemque venustis litteris scribendi arte praestantes, sibi operas suas locarent et in hoc obscuro scribarum officio immorari vellent.

[1] Migne, *Patr. lat.* 81, col. 883.

[2] Voigt, *Die Wiederbelebung d. Klass. Alterth.*, Berlin 1893, 1, p. 568 sqq.

[3] Vide de his Philelphi iudicium, qui ad Ambrosium Traversari Bononia scribebat: *Commodiores autem librarii praeter barbaros quosdam nulli sunt* (Ambrosii Traversari *epist. ed. Mehus*, Florentiae 1759, lib. XXIV, ep. 33).

Attamen ex codicum inspectione hoc tum in bibliopola tum in duce prospicere mihi videor prudens consilium, ut illi, scribis etsi imperitis usi, tamen non eisdem commentarios philosophiae ac theologiae traderent exarandos, quibus opera classicorum auctorum. Itaque unumquodque operum genus suum vel suos aptiores scribas commodioresque nanciscebatur. Codices vetustos oblata occasione comparare non neglexerunt. Opera autem iuris fere omnia Bononia, philosophiae vero graecae vel arabicae, medicinae, matheseos Patavio et ex aliis urbibus, ubi hae disciplinae florebant, importarunt. Idcirco Fridericum ducem et Vespasianum librarium pro virili parte operam navasse putandum est, quo diligentius atque opportunius bibliothecae comparandae consultum esset. Alteri quis festinationem, aviditatem lucri alteri fortasse obiciet. Equidem vitiosae bibliothecae magis tempora ac necessitatem quam homines in causa fuisse facile mihi persuadeo.

Omnino vero deesse codices qui vel antiqui sint, vel si recentiores plurimi quidem, a nullis bonis ac vetustis exemplaribus interdum etiam raris, magna cura ac diligentia transcripti, ne quis sibi in animum inducere facile sinat. In quingentis quippe prioribus codicibus sexdecim ante saec. XIV et quadraginta fere ad hoc saeculum spectantia recensui. Arevalus ipse tredecim codices notavit inter isidorianos qui hac vel illa causa aliquid aestimationis dignum praeferrent. Bethman [1] v. c. quadraginta sex demonstravit inter historicos codices minime contemnendos. E card. Petri Bembo bibliotheca, cui multum olim eruditi viri detulerunt, plures codices praesertim matheseos, uti notavit Zenus [2], inter urbinates fuerunt adlecti. Operum s. Thomae de Aquino recenti editioni non

[1] PERTZ, *Archiv der Gesellschaft f. ält. deut. Geschichtskunde*, Hannover 1872, p. 262-266.

[2] In notis ad vitam Bembi per Ioannem Casam, p. 15.

parvam opem urbinates codices contulerunt. Ceterum ne singula persequar, quod lector in evolvendo indice meo per se ipsum praestare potest, paucis rem totam absolvendo affirmare licet cum poeta « Sunt bona, sunt quaedam mediocria, sunt mala plura » [1] in hac bibliotheca, quae eo potissimum aestimanda est, quod lege quadam ac ratione collecta, auctorum et operum non quasi discerpta membra ac frustula minutatim concisa, sed ex variis doctrinarum ac litterarum tam graecis quam latinis auctoribus antiquae et recentioris humanitatis lectissimos quosque contineat.

Venustatis autem codicum bibliothecae fridericianae famam tam in membranis nitidis quam in litterarum notis et ornamentis nemine contradicente vulgatam quisvis audivit. Sed in opinione tam communi paulo accuratius rem totam exponere quam in sententiosis verbis acquiescere malo. Quo autem certiores fines huic famae assignentur codices illos in classes aliquas distribuendos esse arbitror. Principem locum obtinent codices, multis picturis decorati, quorum accuratiorem descriptionem in Appendice remittendam putavi, ut inter descriptiones codicum inaequalitas omnis tolleretur. Inter hos octo vel maxime decem pulchris picturis ornatos reperies. Secundas ferunt codices qui vel Florentiae ab Attavante et eius schola vel Urbini a pictoribus ferrariensibus pro urbinate duce de industria ornati sunt. Hi codices Friderici tesseram gentiliciam et emblemata una cum reliquis ornamentis picta praeferre solent. Huius generis codices septuaginta fere notatu dignos observavi, quos quaere inter codices ornamentis selectioribus decoratos in indice picturarum. Postremum locum assigno ceteris codicibus, scilicet maiori parti, qui minime iubente Friderico duce fuerunt exarati, sed Florentiae aut alibi in officinis librariis parati, empto-

[1] MART. I, 16.

ribus quibuscumque venales vulgaria ornamenta exhibent. Istos, addita tessera gentilicia, bibliopola Friderico duci celeritati studenti quam multos venditavit. Quocirca fridericianae bibliothecae famam haec vulgarium codicum congeries nimium quantum extenuat. Ceterum de codicum ornamentis et pictorum scholis accuratiorem commentationem instituam in collectione quae parari [1] caepta est.

De bibliotheca Francisci ducis.

Franciscus II postremus Urbini dux bibliothecae urbinatis velut parens alter salutandus est; cum parum vel nihil operis illi augendae ceteri duces contulerint. Is Castrodurante saec. XVI-XVII et calamo exaratos fere septingentos et libros impressos non paucos collegit, ut duarum bibliothecarum fundator merito salutari possit. Sed libri manu scripti, de quibus nunc sermo est, haud multi erant antiqui, quin etiam maxima eorum pars constabat theologiae, philosophiae serioris aevi ac rei militaris commentariis, sacris concionibus, historiae monumentis, opusculis, actis diurnis (*avvisi*), ut tabularium potius diceres quam bibliothecam. Hi codices chartacei sunt, littera currenti exarati ac nullis ornamentis praestantes esse solent, ut prima fronte a codicibus fridericianis discernere non difficile sit. His libellis multa eiusdem generis opuscula manu scripta temporibus posterioribus addita sunt, quae e codicibus Francisci II nec forma nec signis quibusvis discernere adhuc potui, nisi Paganini Gaudenzi in Athenaeo pisano professoris autographa, centum fere, post eius mortem, nescio qua causa, inter urbinates relata, nec non diaria quaedam post an. 1657 aliis eiusdem generis actis diurnis Urbino allatis adiuncta.

[1] *Collezione paleografica vaticana.*

De stemmatis et emblematis Friderici ducis.

In codicum fridericianorum frontibus interdum alibi, uti diximus, tesserae gentiliciae quasi constanter, emblemata seu insignia saepe picta sunt. Cum multa haec fuerint tam in codicibus quam in aedificiis signata, de stemmatis et insignibus tantum, quae adhuc in codicibus reperire occurrit, sermonem instituere, proposito exemplari huiusmodi frontis, insignibus fridericianis in officina Attavantis florentini referti, operae pretium aestimavi.

1. **Stemma.** Tessera gentilicia Friderici ducis initio fuit scutum in quatuor partes divisum: in I et IV parte baltei aurei et caerulei, in II et III baltei aurei cum aquila nigra coronata; hanc comites feltrenses obtinuerunt utpote romani imperii clientes. Neque alia de causa Urbinum eandem tesseram exhibet, nisi quia feltrensium comitum dominationi paruit. Huic tesserae sive concinnitate quadam sive pictorum arbitrio, nullam aliam originem investigando assequutus sum, interdum duae, tres, quatuor aquilae accesserunt. Insuper tesserae imposita est frequenter corona, non illa peculiaris sive comitum sive ducum, sed zonula in circulum flexa lapidibus distincta pretiosis. Interdum etiam haec corona non tesserae gentiliciae imminet sed in aliqua ornamenti parte e vitta pendet. Anno autem 1465, quo Fridericus s. Ecclesiae vexillifer renuntiatus est, claves pontificiae decussatae superimposita triplici corona pontificum in tesseram urbinatem introductae sunt. Usque ad annum 1474 litterae F. C. (Fridericus comes), sed post hunc annum F. D. (Fridericus dux), quippe hoc anno die XX Aug. Fridericum ducis titulo Sixtus IV pontifex insignivit, tesseram gentiliciam comitantur.

Regulorum autem iactantia et assentatorum effusis blanditiis factum est ut per ea tempora insignium seu emblematum con-

suetudo propagaretur. Huic inani ostentationi Fridericum non modice indulsisse et litterarum monumenta testantur [1] et codicum ornamenta demonstrant. Sed emblematum fridericianorum neque originem neque occasionem neque significationem, uno excepto quod inscriptionem refert, tradita invenimus. Idcirco quae coniecturis argumentisve assequutus sum breviter exponere satis habeo.

2. **Ventosa.** Antiquum emblema et a maioribus acceptum est cucurbitula seu ventosa (vulgo *coppetta*), demisso vertice plerumque picta, quae cum sit sanguine manans nonnullis [2] visa est pyrobolus explodens (italice *granata*). De istius medicorum instrumenti significatione nihil apud huius rei scriptores consignatum inveni. Sed si hoc hirudini comparare licet, cum ad extrahendum sanguinem utrumque inserviat, succurrit illud Horatii « Non missura cutem nisi plena cruoris hirudo ». Quare si comitum feltrensium in durando constantiam in illo emblemate videre velis, non multum fortasse a recta eiusdem interpretatione aberrabis. Friderici constantiam praedicat Veteranus in cod. 411.

3. **Scutum** in quatuor partes divisum, in prima et quarta flammae tres vel plures in arvo argenteo, in secunda ac tertia litterae compendiariae F. D. in arvo viridi aut caeruleo. In quibusdam scutis litterarum loco ventosa picta est. Huius emblematis significationem, si fides adhibenda est huius rei scriptoribus, facile est detegere. Flamma enim sursum semper ascendit, et Francisco II Urbini duci alterum eiusdem generis emblema fuit cum titulo

[1] Vide cod. 373 et ZANNONI, *Porcellio Pandoni ed i Montefeltro* et *Scrittori cortigiani dei Montefeltro* in *Rendiconti d. r. Accad. d. Lincei*, vol. IV, Roma 1895 et vol. III, 1894.

[2] BIANCHINI apud BALDI, *Memorie concernenti la città di Urbino*, Roma 1724, pag. 131.

« quiescit in sublimi » [1]. Quare Fridericum Urbini ducem altiora ubique sibi proposuisse ac petiisse in vita sua hoc emblema significare non inepte dices.

4. **Pyrae.** Haud absimilis significationis arbitrantur lancem cum igne ardente et pyras fumantes in orbem dispositas, iuxta illud Lactantii [2] « Ignis nobis ad argumentum immortalitatis datus est, quoniam ignis e caelo est: cuius natura, quia mobilis est et sursum nititur, vitae continet rationem ». In palatii Urbini ducis fronte emblema aliud erat, idest flamma contrarii venti flatibus exposita, nunquam tamen extincta, seu extingui nescia [3]. Hoc postremum emblema tamen in codicibus non adhuc inveni. Circuli autem figuram, e. g. serpentis, de aeternitate vel de mundo interpretare solemne fuit [4]. Quocirca illa emblemata, si forte adulatorum clamoribus aures praeberem, non alio spectabant quam ut demonstrarent Fridericum ducem igne idest animi immortalibus gestis, perpetuitatis et aeternitatis solium pertingisse, vel immortale nomen in orbem totum propagasse [5]. Sed consideranti mihi atque ob oculos iterum versanti illas, quas retuli, Friderico inscriptas dedicationes codicum 365. 405. 411, in quibus Urbini dux *Patriae pater* vel *pius pater* nuncupatur, in pyra fumante aram cum foco Vestae, in rotunditate eiusdem deae aedes perceptas esse luculenter apparet. Ecquis vero Vestae aram pietatis domesticae, deae autem aedium rotunditatem patriae concordiae ac stabilitatis imaginem retulisse nescit?

[1] Scipione Bargagli, *Delle imprese, Alla prima parte la seconda e la terza nuovamente aggiunte.* In Venetia 1694 p. 187, cf. p. 289.

[2] Div. Inst. 2, 10.

[3] Cf. Bianchini apud Baldi, tab. 37.

[4] Alciati, Emblemata, Patavii 1621, p. 568.

[5] Cf. ad rem responsionem, quam dedit Fridericus Paulo Cortesi (Dennistoun *Memoirs of the Dukes of Urbino,* London 1851, 1, p. 424 sq.).

5. **Penicillum.** Paulus Giovio [1] narrat Ludovicum Sforza depingendum curavisse armigerum maurum penicillum ferentem ante Italiae imaginem. Interrogatus autem quidnam propositum illi armigero esset respondisse ut illam e sordibus abstergeret. Fortasse a Ludovico mutuavit Fridericus noster et instrumentum et instrumenti significationem.

6. **Oliva.** Inter omnes fere constat hanc arborem pacis indicem fuisse.

7. **Spirae geminae.** Vir in rebus urbinatibus versatus percontanti mihi, quid vellent illae geminae spirae a reste pendentes, respondit instrumenta esse gymnicae artis; fortasse ad vires tum exercendas tum significandas. Sed claro Dennistoun [2], si recte eius verborum sensum tenui, hae spirae fulgurum signa visae sunt. De tribus enim fulgurum signis simul coniunctis ille loquitur, cum in codicibus constanter duas spiras seu fulgurum signa adhuc invenerim. Iuxta hanc signorum interpretationem tam in superiore emblemate quam in hoc simul compositis, quasi tectis imaginibus comprehensa illa elogia esse videntur in codd. 365 et 405 scripta, in quibus Fridericus: *Belli fulgur et pacis auctor* consalutatur.

8. **Grus** uno pede stans lapillum alterius unguibus arreptum gestat. Paulus Giovio [3] simillimum emblema invenisse se pro Duce amalphitano gloriatur, quocum vigilantiam illius ducis monstrare voluit; iuxta illud Plinii [4]: « excubias habent (grues) nocturnis temporibus lapillum pede sustinentes, qui laxatus somno et decidens indiligentiam coarguat ».

[1] *Dialogo delle imprese militari et amorose,* Lione 1559, p. 38.

[2] *Devices and Mottoes of the dukes of Urbino,* in opere cit., 1, p. 421.

[3] Loc. cit., p. 94; cf. Bargagli, loc. cit., p. 241.

[4] Nat. hist. 10, 23.

9. **Struthio** albus vel cinereus rostro gerens clavum ferreum cum inscriptione: *Ich an vordait ein grosser* (sic! vel alia lectione pariter errata pro: *ich kann verdauen ein grosses Eisen*). In interpretando hoc emblemate non iam in incerto commentorum versamur. Titulus enim demonstrat Fridericum eum fuisse virum, qui aspera quaeque cunctando aequo tranquilloque animo tolerare et quasi concoquere posset, uti struthio ferreum clavum. Interdum emblematum locis invenies canem, leonem, ursum, pantheram, unicornem et alias bestias, quas nescio utrum emblemata an potius pictorum arbitrio pro ornamentis posita sint; nisi fortasse excipias canem fiscella capistratum ad fidelitatis indicium pictum, vel si mavis effingere voluit pictor canem, quem fortasse in deliciis habuit Fridericus dux. Multa alia sunt tam Friderici quam ceterorum ducum insignia seu emblemata, quorum memoriam faciunt Dennistoun [1], Bianchini [2], Giovio [3], Bargagli [4], quae omnia persequi non utile ad codicum usum esset, cum nullibi adhuc nisi ea, de quibus disputavi, invenerim.

10. **Hermellina.** Duas dignitates Fridericus uno anno 1474 obtinuit, equestrem ordinem muris ponticae seu Hermellinae, quam vocant, Alphonsi I Aragonensis cum inscriptione: *Non mai* interdum etiam: *Numquam* et bis cum inscriptione *Decorum* (cf. indicem stemmatum) et alteram quae sequitur.

11. **Zonula garterii** ordinis (vulgo *giarrettiera*) notum (*Honny soit* etc.) nunquam recte scriptum exhibet. De hac dignitate Friderici ducis plura monumenta collegit et edidit Dennistoun loc. cit., p. 424 sqq. Ex his breviter perspectis effici cogique potest haec

[1] Loc. cit.

[2] Loc. cit., tab. 34.

[3] Loc. cit., p. 66, 130 et Ludovicus Domenichi apud Giovio loc. cit., p. 192.

[4] Loc. cit., p. 305.

stemmata et insignia laudationi demum inservisse et codicum frontes gestorum Friderici quasi praecones paginas dici posse. Hinc est ut folium in subiecto exemplari codicis 464 idem valeat atque epigramma quod conceptis verbis ex aliis codicum inscriptionibus perscribere nisus sum aulici cuiusdam paulisper assumpta persona:

FRIDERICVS II VRBINI DVX [1]
ROMANAE ECCLESIAE VEXILLIFER [2]
BELLI FVLGVR AC PACIS AVCTOR [3]
ET PATRIAE PIVS PATER [4]
CONSTANTIA, SINCERITATE, VIGILANTIA, MANSVETVDINE [5]
INTER AEQVALES MILITIARVM DVCES PRIMVS [6]
DOMI FORISQVE DIGNITATIBVS AVCTVS [7]
AD ALTIORA QVAEQVE NATVS [8].

Guidubaldus I paterna stemmata et emblemata retinuit. Sed post eius mortem familia della Rovere ducatum consequuta tesserae gentiliciae feltrensium parti secundae adiecit quercum eradicatam, quartae autem zonas argenteas et rubras, quatuor lilia aurea et crucem hierosolymitanam.

De stemmatum usu in dignoscenda codicum aetate.

Haec tamen gloriarum insignia eruditis viris codices perscrutantibus nonnihil utilitatis afferre possunt. Quare nonnulla prae-

[1] Tessera gentilicia cum corona.
[2] Vexillum pontificum in tessera insertum.
[3] Spirae geminae et oliva.
[4] Pyrae fumantes in circulo positae.
[5] Ventosa, penicillum, grus, struthio.
[6] Sex militiarum ductorum imagines.
[7] Hermellinae dignitas et zonula garterii ordinis.
[8] Scutum cum flammis.

cepta experientia comprobata in aliorum usum tradere non inopportunum est visum.

1. Codices qui tesseram gentiliciam Friderici Urbini ducis una cum litteris F. C. exhibent ante annum 1474 bibliothecam fridericianam efformasse putandum est.

2. Codices qui tesseram gentiliciam cum vexillo pontificio coniunctam praeferunt non ante annum 1465 bibliothecae fridericianae accedere potuerunt.

3. Codices quos aut tessera gentilicia cum litteris F. D., aut insignibus Hermellinae vel zonula garterii ordinis decoratos prospicis post annum 1474 in bibliothecam fridericianam immissos esse aestima.

4. De codicibus qui sola tessera gentilicia signati sunt nihil certi affirmare ausim, quum non desint codices qui etiam post annum 1465 nullo vexillo signati sint, uti codd. 14. 196. 277. 383 an. 1472; 9. 30 an. 1473 et cod. 138 an. 1474. Neque post annum 1474 codices constanter litteras F. D. aut dignitates hermellinae vel garterii ordinis praeferunt, uti cod. 360 an. 1480; 153 an. 1482; 179 et 264 an. 1483; 470 an. 1487.

5. Codices qui nullam tesseram gentiliciam exhibent, exceptis his quos fridericianos esse ex antiquo indice constat, quem edidi in op. « Codices urbinates graeci bibliothecae vaticanae, Romae 1895 » non Friderici ducis sed aliorum opera bibliothecae urbinati accesserunt.

De legibus in describendis codicibus.

Quas leges in codicibus recensendis secutus sim habes inferius expositas. A quibus si aliquantisper et interdum deflectere ausus sum tum necessitate aliqua tum oscitatione quadam, quam opere in longo vitare difficile est, lectorum mite iudicium interpono.

Inter alia tamen hoc eos monitos volo interdum me non editiones principes neque criticas sed paratu faciliores laudasse. Non enim ad eruditionis ostentationem sed ad textum praefiniendum huiusmodi editiones satis esse ad propositum opportunas putavi; praesertim cum editionis criticae aut principis inquisitione nimium quantum opus retardandum esset. Auctorum nomina uti in manu scriptis erant plerumque signavi. Interpunctionis signa uti codices prae se ferebant quam maxime retinui. Spondere autem minime possum me ab hac mihi proposita lege, qua clariorem manu scriptorum imaginem legentium oculis proferrem, nunquam abscessisse.

Quod si claro, uti par est, ordine haec mea codicum recensio procedit, si aliquantum utilitatis ex ea viri docti erunt percepturi, nihil optabilius mihi accidere poterit.

Leges quas curatores bibliothecae vaticanae in codicibus latinis recensendis sibi constituerunt.

Singulorum codicum descriptionem in tres partes dividimus, quarum prima de externo libri habitu praecipua docet, altera auctores et opera recenset, tertia codicis faciem et cultum distinctius exponit.

I. In prima parte, quam, numero excepto, litteris minoris moduli imprimimus, haec tantum de codice proferuntur: nota, aetas, materia, amplitudo, foliorum numerus.

1. Lineae initio typis crassioribus exscriptum numerum arabicum collocamus, quo codex in praesens signatus cernitur; antiquiores notas, cum usus venit, adscribimus uncis lunatis inclusas, pone adverbium 'olim'; alioquin ultimae descriptionis parti, utpote loco opportuniori, reservamus.

2. Sequitur nota temporis numero romano, cui praefigimus litteras 'saec.', id est 'saeculi'. Ubi codicis aetatem finibus angustioribus est circumscribere, vocum illarum 'ineuntis', 'medii', 'exeuntis' compendia

subicimus ' in. ' ' med. ', ' ex. ' Cum volumen occurrit labente saeculo vel proximo ineunte exaratum, aetatem definimus lineola (-) inter duos saeculorum numeros inserta; e. g. ' saec. XIV-XV '; codicum vero, qui notationem annorum prae se ferunt, annos, saeculi loco, afferimus, numero arabico expressos, secundum litteras ' an. ', scil. ' anni ', atque inter uncos f(olii) numerum subnectimus, in quo notam librarius apposuit; e. g. ' an. 1478 (cf. f. 126) '.

3. Ad materiam indicandam adiectivis utimur ' membranaceus ' (contracto ' membran. '), ' chartaceus ' (' chart. '). Cum liber partim in membrana, partim in charta exaratus est, signamus materiam qua pleraque folia constant, notas numerales plagularum ex altera materia inter uncos lunatos subiungentes; e. g. ' membran. (ff. 1. 40-50. 75 chart.) '.

4. Libri amplitudinem per longum et latum millimetris damus, altitudinis mensuram constanter praemittentes; e. g. ' mm. 200 + 175 '.

5. Foliorum (ff.) praeviorum numerum prodimus nota romana, cui puncto seiunctum adscribimus notis arabicis foliorum numerum in codice signatorum; e. g. ' ff. V. 148 '.

6. Notas arabicas, plerumque ubi textus desinit intermissas, foliis vacuis sequentibus ad finem usque apponimus.

7. Si quae folia medio codice occurrunt sine numero, signamus nota folii praecedentis, adicientes dextrorsum superius litterulas a, b, c etc.; in recensione autem adscribimus signo + uncisque includimus, adiectis verbis ' librarii oscitatione neglectis '. Similiter folia bis numerata notamus. Numeros vero a librario omissos uncis comprehensos addimus pone signum —, notam ' librarii etc. ' subiungentes. E. g. ' ff. 150 (+ f. 24^a librarii oscitatione neglecto) '; ' ff. 170 (+ ff. 20. 30. 35 bis numeratis '; ' ff. 120 (— f. 21 librarii negligentia omisso) '.

8. Plagulas vacuas ab eo qui seriore plerumque aetate codicem compegit adiectas praeterimus.

II. Auctorum et operum recensio.

1. Auctorum recensioni praemittimus titulum, verbis quantum fieri potest brevissimis conceptum, qui summam codicis declaret; e. g. ' S. Augustini opera complura ', ' SS. Augustini et Hieronymi epistulae '.

2. Singulos auctores numeris ordinalibus crassioris formae signatos ad novam lineam reducimus, nisi eos titulus generalis complectatur (ut e. g. in codicibus biblicis), vel eorum sermones et epistulae iaceant in codice confusa ac permixta.

3. Si codex plures auctores continet, singula eorum opera nova linea recensenda non ducimus, sed brevibus interiectis spatiis discernenda notulisque numeralibus supra lineam adscriptis signanda.

4. Quotiens codicem offendimus complura unius auctoris opera exhibentem, scriptura quidem utimur continuata, sed opera singula spatiis vacuis distinguimus et numeris crassioribus notamus.

5. Opuscula quae vulgo in alterius auctoris operibus adnumerantur (ut e. g. Luciani et Celerini epistulae quae inter cyprianicas leguntur) nova linea non recensemus, sed tantum litteris diductis exscribimus.

6. Auctorum nomina plerumque typis crassioribus imprimimus, exceptis tamen nominibus sanctarum litterarum scriptorum, quae notis diductis prodere opportunius visum est.

7. Titulos (vel saltem eorundem verba praecipua) quibus sine auctore opera inscribuntur litteris damus diductis.

8. Auctorum nomina operumque inscriptiones, quotienscumque in codice omissa sunt, uncis angulatis <> comprehendimus.

9. Singulis auctorum nominibus pone numerum ordinalem praefigimus, uncis lunatis inclusam, notam numeralem, f(olium) in quo eorum opera incipiunt, indicantem, e. g. ' **1** (f. 1). Tertulliani Apologeticus. **2** (f. 50). S. Cypriani de mortalitate'. Numerus nullo addito signo folium rectum significat; litterula v iuxta apicem ultimae numeri notae adiecta folium versum indicat.

10. Si codex duabus est columnis perscriptus, compendio 'col. 1' columnam sinistram, 'col. 2' dexteram significamus.

11. Prolegomena, praefationes, dedicationes post titulum recensemus, et, cum operis initium et finis dantur, post finem.

12. Quae ex codice sumimus verba litteris inclinatis scribimus, vocabulorum compendia solventes, scripturae vitia et orthographiam servantes; quae addimus ipsi litteris rectis prodimus.

13. Opera singula iis inscribuntur titulis, quibus vulgo circumferuntur.

Quotiens vero titulus quem codex exhibet omnino a vulgato dissentit, integrum adscribimus secundum verba ' in ms. ' (i. e. ' in manu scripto codice ') atque uncis includimus lunatis. Quod si pauca tantum vocabula a titulo vulgato differunt, haec referre satis ducimus, praemittentes aut subicientes, verborum communium loco, tria puncta. Ubi vero vocabula discrepantia medio stant titulo, ea tantum producimus, praeponentes tria puncta primamque vocis subsequentis litteram subnectentes; e. g. ' S. Ambrosii de apologia prophetae David (in ms.... *sancti patris D.*) '. Discrimina parvi momenti titulo vulgato inserimus litteris inclinatis.

14. Titulos quibus operum partes inscribuntur, ut e. g. argumenta, praefationes, prologi in divinarum litterarum codicibus, damus prout leguntur in libro manu scripto, littéris tamen rectis.

15. Capitum quae impressa non exstant initia proferimus primi et ultimi, cui, si fieri potest, ordinis quoque numerum anteponimus.

16. Prologorum argumentorumque in Bibliis sacris passim occurrentium prima vocabula titulo subicienda putamus (duplici puncto distincta), ut lector de quibus scriptis agatur prima fronte agnoscat.

17. Versuum numeros, quos stichometrias vocant, notamus.

18. Scholiorum, quae tantum exstant manu scripta, cum operae pretium videtur, prima et ultimum describimus.

19. Quae saepenumero in spatiis vacuis ab alia manu adiecta sunt, aut in custodiae foliis ex aliis codicibus avulsis leguntur, ea contentorum recensioni subiungimus nullo praefixo numero, at illorum titulos nova linea litterisque diductis prodimus.

20. Editiones ad solam fidem nostrorum codicum exactas semper memoramus.

21. In operibus satis notis divulgatisque recensendis initium et finem numquam damus, sed unam alteramve editionem omnibus perviam signamus.

22. Operum haud satis cognitorum editionem laudamus principem aut quae ad leges artis criticae exacta sit.

23. Cum vero opus recensendum parum innotescit et editiones rariores haud facile adeundae sunt, prima verba et extrema describimus, editionem quam ob oculos habere potuimus laudantes.

24. Fragmentorum operum quae typis impressa exstant prima verba

et ultima afferimus, editionis paginas lineasque uncis circumscriptas apponentes.

25. Fragmenta operum quae tantum manu scripta exstant designamus exscribendo titulos et initia primi et ultimi capituli integre servatorum.

26. Numeros librorum et libellorum, in quos opera saepe dispertita sunt, notis romanis exprimimus; numeros vero epistularum notis arabicis.

27. Numeros quibus singulae epistulae indicantur, virgula distinguimus, numeros librorum, quibus opera constant, puncto et virgula lineolaque; e. g. ' S. Cypriani epistulae [1] (f. 15) 43, [2] (f. 16) 44, [3] (f. 17) 45 '; ' (f. 20) Tertulliani de cultu feminarum lib. I; - (f. 25) lib. II. '.

III. Tertia descriptionis pars minutioribus litteris impressa de codicis facie et cultu, ut supra diximus, distinctius agit, ea omnia continens quae in prima consulto negleximus.

1. Ibi *a*) stemmata, imagines et ornamenta, quae litteras initiales foliorumque margines saepe distingunt, brevibus verbis perstringimus; *b*) plagulas indicamus initio, medio codice et fine vacuas relictas; *c*) foliorum seriem interdum turbatam restituimus; *d*) notas transcribimus librariorum, possessorum etc.; *e*) opuscula, libellos etc., in quibus de codice agitur, quotiens satis prodesse videtur, pariter atque observationes philologicas et historicas auctores et opera spectantes, referimus; *f*) aetatem denique declaramus, qua codex compactus est, nisi illa e scutis in tegumento plerumque impressis eruatur.

2. Si qui codex e plurium codicum reliquiis constat, descriptionem ad singulas partes seu reliquias pertinentem subiungimus, uti litterae minoris moduli docebunt.

CODICES URBINATES LATINI

---

1. 2. Saec. XV, membranei.

Biblia Sacra utriusque Testamenti ex versione vulgata duobus voluminibus constantia, prologis, praefationibus, argumentis s. Hieronymi et aliorum locupletata.

I. (1). An. 1476 (cf. f. 240), mm. 596 × 442, ff. I.-241.

V. T. 1 (f. 7). Pentateuchus; praeeunt [1] (f. 2) s. Hier. epist. ad Paulinum presbyterum de studio scripturarum (in ms. *de omnibus divinis historie libris*): *Frater Ambrosius mihi tua munuscula* (epist. 53, M. 22, 540-549); [2] (f. 4ᵛ) eiusdem praefatio in Pentateuchum: *Desiderii mei* (M. 28, 177-184). **2** (f. 87ᵛ). Liber Iosue; praeeunt [1] s. Hier. prologus: ⟨Tandem⟩ *Finito pentatheucum* (!) (M. 28, 503-506); [2] argumentum ⟨ex epistola s. Hier. ad Paulinum desumptum⟩: *Iesus filius Nave* (M. 28, 174, 31-34). **3** (f. 97ᵛ). Liber Iudicum. **4** (f. 108). Liber Ruth. **5** (f. 110ᵛ). Regum libri I-IV; praeit s. Hier. praefatio: *Viginti duas esse litteras* (M. 28, 593-604). **6** (f. 167). Paralipomenon libri I-II; praeeunt [1] s. Hier. argumentum: *Quo modo graecorum hystorias* (M. 29, 423-426); [2] eiusdem argumentum: *Si septuaginta interpretum* (M. 28, 1389-1394); - (f. 195) oratio Manasse. **7** (f. 196ᵛ). Ezrae libri I-III; praeit s. Hier. prologus: *Utrum difficilius* (M. 28, 1471-1474). **8** (f. 213ᵛ). Liber Tobiae; praeit s. Hier. praefatio: *Mirari non desino* (M. 29, 23-26). **9** (f. 218). Liber Iudith; praeit s. Hier. prologus: *Apud Hebreos* (M. 29, 39-42). **10** (f. 224). Liber Esther; praeeunt [1] s. Hier. prologus: *Librum Hester uariis translatoribus* (M. 28, 1503-1506); [2] s. Hier. argumentum: *Rursum in libro hester* (M. ibid., 1505, nota 2). **11** (f. 230). Liber Iob; praeeunt [1] praefatio: *In terea* (!) *quidem* (M. 113, 747); [2] ⟨s. Hier.⟩ argumentum: *Cogor per singulos* (M. 28, 1137-1142); [3] ⟨eiusdem⟩ prologus: *Si fiscelam* (!) *iunco texerent* (!) (M. 29, 63-64); [4] argumentum alterum ⟨ex s. Hier. epist. ad Paulinum⟩: *Iob exemplar patientie* (M. 28, 174, 24-30).

Celebris hic codex, qui in antiquo indice urbinate etiam n. 1 signatur, (cf. Codd. Urb. graec. Bibl. vat.) pulcherrimus atque ornatissimus binis columnis exscriptus est.

Libri picturis, litterae maximae imaginibus, maiores floribus, tituli litteris maiusculis auro et coloribus splendent. In f. 240 subscriptio librarii: *Finit prima pars bibliae a diuo Hieronimo translata, quam Illustrissimus princeps Federicus Vrbini dux et Montisfeltri Comes generalisque capitaneus Ferdinandi regis et sanctae romanae ecclesiae uexillifer atque omnium suae aetatis prestantissimus imperator faciendam curavit non minus christianae religioni tuendae atque exornandae intentus quam disciplinae militari amplificandae. Absolutum autem florentiae opus est Anno ab humanatione christi Millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto Februarij mensis die quinto et uigesimo.* Et infra: *Vale qui legis.* In marginibus passim insignia ac tesserae gentiliciae Friderici ducis. De picturis huius et sequentis codicis neque unius manus neque artis nuper commentatus est Frid. Hermanin in ephemeride l'*Arte,* Roma 1898, an. 1, fasc. VI-IX, p. 256-272; cf. I. W. Bradley, *A Dictionary of Miniaturists* etc. London 1887, 1, 244 sqq. In f. 107 nomen fortasse unius e pictoribus ornamentorum latet sub compendiariis litt. M. P. D. G. Ff. 1, 1ʳ, 5ᵛ, 6ᵛ, 240ᵛ, 241 vacua.

Tegumentum codicis aequale constat tabulis coopertis corio castanei coloris.

II. (2). An. 1478 (cf. f. 311), mm. 596×442, ff. I.-312.

12 (f. 5). Psalterium; praeeunt [1] (f. 2) s. Hier. praefatio: *Scio quosdam putare psalterium* (M. 28, 1183-1188); [2] ⟨pseudo-Hier. de expositione psalmorum praefatio⟩ (in ms. *de dictis Origenis in psalterium): Psalterivm ita est quasi magna domus* (M. 26, 1355, 4-14); [3] Interrogatio et responsio personarum de nomine et qualitate psalterii (in ms.... *de numero et qualit.... utrum ad christum omnes allegorice an ad DD. iuxta licteram psalmi referendi sunt*). Inc. *Qvare psalmi dicvntur - nemo dubitaret in fine cessationem* (Biblioth. casin., I, Flor. p. 214-215, sed differt aliquantum sub finem); [4] praefatio in secundo libro psalmorum (in ms. *s. Hier.* (?) *prologus in quinque libris....*): *Christo donante - hoc est semper* (ibid. p. 215); [5] ⟨pseudo-⟩Damasi epist. 5: *Dum multa corpora librorum* (M. 13, 440-441); [6] ⟨pseudo-⟩Hier. epist. ⟨47⟩ ad Damasum de psalmorum emendatione: *Legi litteras apostolatus tui - rex eterne glorie* (Biblioth. casin., l. cit., p. 219-220; cf. M. 30, 304-305). [7] ⟨Pseudo-⟩Hier. epist. ⟨51⟩ ad Paulam et Eustochium: *Qvia me dulcissime filie - benedicam dominum in omni tempore* (M. 30, 315-316); [8] pars secunda epist. 47 ⟨pseudo-Hier. ad Damasum⟩ (in ms. *origo prophetie David regis...*): *David filius Jesse - dauid dictus est christus* (M. 30, 305, A, 7 - 306, A, 1); [9] s. Hier. praefatio in librum psalmorum: *Psalterium Rome dudum* (M. 29, 121-124). **13** (f. 31ᵛ). Liber Proverbiorum (in ms. *Parabolae*): praeeunt [1] s. Hier. prologus: *Iungat epistola* (M. 28, 1305-1308); [2] eiusdem prologus ⟨ex commentario in Ecclesiasten desumptus⟩ *Tribus nominibus uocatum - regem omnia referuntur ad Christum* (M. 23, 1063, A, 2 - 1065. A, 5); [3] eiusdem argumentum: *Tres libros Salomonis* (M. 29, 425-428). **14** (f. 40). Liber Ecclesiastes; praeit s. Hier. prologus: *Memini me ante hoc* (M. 23, 1061-1062). **15** (f. 42ᵛ). Cantica Canticorum. **16** (f. 44ᵛ). Liber Sapientiae; praeit *s. Hier.* (?) praefatio: *Liber Sapientiae apud Hebreos*

(M. 113, 1167). **17** (f. 50^{v}). Liber Ecclesiastici; praeit s. Hier. prologus: *Multorum nobis* (M. 29, 445-446). **18** (f. 63). Prophetia Isaiae; praeeunt [1] s. Hier. prologus: *Nemo cum prophetas* (M. 28, 825-828); [2] *s. Hier.* (!) argumentum ⟨excerptum e s. Epiphanii lib. de vitis prophetarum⟩: *Isaias in Ierusalem - obstruxerat pulvere* (M. 113, 1231, B, 1-5). **19** (f. 89). Prophetia Ieremiae; praeeunt [1] s. Hier. prologus: *Hieremias propheta* (M. 28, 903-904); [2] *s. Hier.* (?) alter prologus: *Ioachim filius Iosie - sed domini uoluntatis* (Biblia cum glossa interlin., Venetiis 1588, 4, f. 110); [3] argumentum: *Hieremias anathotites* (M. 114, 9); - (f. 113^{v}) lamentationes; - (f. 115^{r}) oratio. **20** (f. 115^{v}). Prophetia Baruch; praeit *s. Hier.* (?) prologus: *Liber iste* (M. 114, 63). **21** (f. 119). Prophetia Ezechielis; praeit s. Hier. prooemium: *Ezechiel propheta* (M. 28, 993-996). **22** (f. 141^{v}). Prophetia Danielis; praeeunt [1] s. Hier. praefatio: *Danielem prophetam* (M. 28, 1357-1360); [2] *s. Hier.* (?) argumentum ⟨ex glossa ordinaria desumptum⟩ *Daniel interpretatur iudicium Dei - predicatione annotat* (Bibl. cit. 4, f. 294, B, 28-37). **23** (f. 151^{v}). Prophetia Osee; praeeunt [1] s. Hier. prologus in XII prophetas: *Non est idem ordo* (M. 28, 1071-1072); [2] *s. Hier.* (?) prooemium bipartitum I a vv. *Regule sunt he* ad vv. *duodecim tribus refertur* (Bibl. cit. 4, f. 332); [3] *s. Hier.* (?) prooemium in Oseam: *Temporibus ozie - templum dei purgasse et purificasse* (Bibl. cit. 4, f. 332-332^{v}); [4] tertium *s. Hier.* (?) prooemium (seu altera pars secundi) a vv. *Dvplex est apud Hebreos - cetera sunt conscripta* (Bibl. cit. 4, f. 332, 13-22; cf. Tischendorf, V. T. latine, Lipsiae 1873, p. LXVIII); [5] s. Hier. ⟨ex epist. ad Paulinum⟩ argumentum: *Osee crebro nominat Effram* (M. 28, 174, 7-9 ab imo). **24** (f. 155). Prophetia Ioelis; praeeunt [1] *s. Hier.* (?) prologus: *Sanctus Ioel - percipe terra.* (Bibl. cit. 4, f. 350^{v}-351); [2] *s. Hier.* (?) prooemium: *Iohel filius fatuel* (Bibl. cit. 4, f. 350^{v}-351^{r}; cf. Tischendorf, l. cit. p. LXVIII); [3] ⟨s. Isidori hisp.⟩ (in ms. *s. Hier.*) prooemium: *Iohel interpretatur dominus deus - quando et micheas* (M. 83, 170, n. 64); [4] *s. Hier.* (!) argumentum ⟨ex s. Isidoro hisp., de ortu et obitu patrum⟩: *Ioel interpretatur incipiens - atque sepultus* (M. 83, 144, c. 42). **25** (f. 156). Prophetia Amos; praeeunt [1] *s. Hier.* (?) prologus: *Ozias rex cum dei religionem - uoluit demonstrare* (Bibl. cit. 4, f. 357^{v}-358); [2] *s. Hier.* (?) primum et alterum prooemium: *Amos pastor et rusticus.* II. *Hic Amos propheta - cum patribus suis* (Bibl. cit. 4, f. 357-357^{v}; cf. Tischendorf, l. cit. p. LXVIII). **26** (f. 159). Prophetia Abdiae; praeeunt [1] *s. Hier.* (?) prologus: *Iacob patriarcha - in nostro sonat eloquio* (Bibl. cit. 4, f. 370-370^{v}); [2] s. Hier. argumentum ⟨ex eiusdem epist. ad Paulinum⟩: *Abdias qui - hasta percutit spirituali* (M. 28, 175, 6-7). **27** (f. 160). Prophetia Ionae; praeeunt [1] *s. Hier.* (?) prologus: *Ionam sanctum hebrei - a facie tua fugiam* (Bibl. cit. 4, f. 372^{v}-373; [2] s. Hier. ⟨ex epist. ad Paulinum excerptum⟩ prooemium: *Ionas interpretatur columba pulcherrima* (M. 28, 175, 8-9); [3] *s. Hier.* (!) argumentum ⟨ex-

cerptum ex s. Isidoro hisp. de ortu et obitu patrum⟩: *Ionas columba et dolens – pergitur tyberiadem* (M. 83, c. 45). **28** (f. 161). Prophetia Michaeae; praeeunt [1] *s. Hier.* (?) prologus: *Temporibus Ionathan – affuturum denuntiavit* (Bibl. cit. 4, f. 376v-377); [2] s. Hier. argumentum ⟨ex epist. ad Paulinum depromptum⟩: *Micheas de morastym* (M. 28, 175, 10-11). **29** (f. 163). Prophetia Nahum; praeeunt *s. Hier.* (?) prologus: *Naum prophetam – affuturus est dominus* (Bibl. cit. 4, f. 385); [2] argumentum ⟨ex s. Hier. epist. ad Paulinum depromptum⟩ *Naum consolator orbis, increpat* (M. 28, 175, 12-13). **30** (f. 165). Prophetia Habacuc; praeeunt [1] s. Hier. prologus ⟨excerptus ex eiusdem prologo in Habacuc⟩: *Qvatuor prophetae – quae ventura cognoscit* (M. 25, 1335 a lin. A, 14 ad finem); [2] huic subtexitur alter prologus ⟨ex s. Hier. commentario in eundem⟩: *Interim secundum litteram – miseriam inuenire desiderat* (M. 25, 1335, D, 9-1337, D, 4); [3] *s. Hier.* (?) prooemium ⟨ex glossa ordinaria⟩: *Abacuch propheta amplexans – nominare et praedicare* (Bibl. cit. 4, f. 390, D, 10); [4] s. Hier. argumentum ⟨ex eiusdem epistola ad Paulinum⟩: *Abacuch auctor* (!) *fortis* (M. 28, 175, 14-16). **31** (f. 166). Prophetia Sophoniae; praeeunt [1] s. Hier. prologus ⟨ex eiusdem commentariis in Sophoniam⟩: *Tradunt hebrei – elati sunt oculi mei* (M. 25, 1402, C, 3 – 1403, B, 14); [2] alter *s. Hier.* (?) prologus: *Iosiam regem Iude – textu lectionis denuntiavit* (Bibl. cit. 4, f. 396v, 9 ab imo – 397); [3] argumentum ⟨ex s. Hier. epist. ad Paulinum⟩: *Sophonias speculator – inuoluti erant argento* (M. 28, 175, 17-19). **32** (f. 167v). Prophetia Aggaei; praeeunt [1] *s. Hier.* (?) prologus: *Yeremias propheta ob causam periurii – interitum regnorum gentium exterarum significat* (Bibl. cit. 4, f. 401v-402); [2] s. Hier. argumentum ⟨ex eiusdem epist. ad Paulinum⟩: *Aggaeus festiuus et laetus – cunctis gentibus* (M. 28, 175, 20-22). **33** (f. 168v). Prophetia Zachariae; praeeunt [1] *s. Hier.* (?) prooemium: *Secundo anno darii – prophete est reuelata* (Bibl. cit. 4, f. 405v-406); [2] s. Hier. argumentum ⟨ex eiusdem epist. ad Paulinum⟩: *Zacharias memor domini – asine subiugalis* (M. 28, 175, 23-27). **34** (f. 173). Prophetia Malachiae; praeeunt [1] *s. Hier.* (?) prologus: *Deus per moysen – quod deos alienos coluerint significant* (Bibl. cit. 4, f. 422v-423); [2] ⟨s. Isidori hisp.⟩ (in ms. *s. Hier.*) prooemium: *Malachias qui interpretatur angelus in principio vaticinii sui – profetauit autem novissimus quando et Aggaeus* (M. 83, 74, nn. 81-83). [3] *s. Hier.* (?) argumentum ⟨ex glossa ordinaria⟩: *Malachias latine interpretatur angelus domini idest nuntius – babilone quando et Aggaeus* (Bibl. cit. 4, f. 423v, 1-5). **35** (f. 174v). Machabaeorum libri I-II; praeeunt [1] *s. Hier.* (!) praefatio ⟨ex s. Isidoro hisp. l. cit.⟩: *Machabeorum liber – actaque legationum* (M. 83, 174-175, n. 85); [2] *s. Hier.* (?) argumentum: *Machabaeorum libri duo – ad gloriam passionis* (Thomasi opp. ed. Fr. Vezzosi, Romae 1747, 1, p. 276); [3] alterum argumentum: *Machabei septem fratres – ueneratione ibi quiescunt* (M. 83, 148, nota 105).

N. T. 1 (f. 201). **Evangelium s. Matthaei; praeeunt** [1] **s. Hier. epistola ad Damasum in quatuor evangelia**: *Nouum opus facere* (M. 29, 557-562); [2] **eiusdem in quatuor evangelia argumentum**: *Plures fuisse qui evangelium scripserunt - canendas* (M. 26, 15-20, B, 1); [3] **alterum** ⟨eiusdem⟩ **argumentum**: *Sciendum est etiam - quod solum est* (M. 29, 561-562, nota 1); [4] **prologus super Matthaeum**: *Matheus ex Iudea* (M. 103, 273-274); [5] *s. Hier.* (?) argumentum: *Matheus cum primo predicasset* (M. 114, 63-65). **2** (f. 215). Evangelium s. Marci; praeit *s. Hier.* (?) prooemium: *Marcus euangelista dei electus* (M. 103, 279-280). **3** (f. 224). Evangelium s. Lucae; praeit *s. Hier.* (?) praefatio: *Lucas Syrus antiocenus* (M. 103, 285-286). **4** (f. 239). Evangelium s. Ioannis; praeit ⟨Bedae⟩ (in ms. *s. Hier.*) prooemium: *Hic est Ioannes euangelista* (M. 92, 633-636). **5.** S. Pauli apost. epistolae: [1] (f. 250) ad Romanos; praeeunt [a] praefatio ⟨Rabani Mauri⟩ (in ms. *s. Hier.*) in omnes epist. s. Pauli: *Primum quaeritur quare post euangelia* (M. 111, 1275-1278); [b] *s. Hier.* (?) prologus in epist. ad Romanos: *Romani sunt qui ex Iudeis - ad pacem et misericordiam hortatur* (Bibl. cit. 6, f. 2-2^v). [2] (f. 255^v). Ad Corinthios I; praeeunt [a] *s. Hier.* (?) praefatio: *Epistola prima ad Corinthios - licet proprias tamen paruulas actiones* (Bibl. cit. 6, f. 33); [b] *s. Hier.* (?) argumentum: *Corinthii sunt achaici - discipulum suum* (M. 114, 519). [3] (f. 261). Ad Corinthios II; praeeunt [a] *s. Hier.* (?) praefatio: *In secunda ad Corinthios - pecuniaria queque sectantes* (Bibl. cit. 6, f. 61^v); [b] *s. Hier.* (?) argumentum: *Post peractam penitentiam* (M. 114, 551). [4] (f. 265). Ad Galatas; praeeunt [a] *s. Hier.* (?) praefatio: *Galatae post susceptionem euangelii quidam ad obseruationem legis ueteris - a gratia excidistis qui in lege iustificamini;* [b] *s. Hier.* (?) argumentum: *Galatae sunt graeci* (M. 114, 569). [5] (f. 267). Ad Ephesios; praeit *s. Hier.* (?) prooemium: *Ephesii sunt Asiani* (M. 114, 587). [6] (f. 269). Ad Philippenses; praeeunt [a] *s. Hier.* (?) praefatio: *Philippi civitas macedonie - talibus eos uelit fructibus abundare;* [b] *s. Hier.* (?) argumentum: *Philippenses sunt macedones* (M. 114, 601). [7] (f. 270^v). Ad Colossenses; praeeunt [a] *s. Hier.* (?) praefatio: *Prima apud colossenses aut ui⟨n⟩cla - obseruationibus implicentur;* [b] *s. Hier.* (?) argumentum: *Colossenses et hi sunt laodicenses* (M. 114, 609). [8] (f. 272). Ad Thessalonicenses I; praeeunt [a] *s. Hier.* (?) prooemium: *Grande testimonium thessalonicensibus - debere sollicitudinem preparare;* [b] *s. Hier.* (?) argumentum: *Thessalonicenses sunt macedones* (M. 114, 615). [9] (f. 273^v). Ad Thessalonicenses II; praeeunt [a] *s. Hier.* (?) praefatio: *Servatur in secunda eadem predicatio - iugis consuetudo servetur;* [b] *s. Hier.* (?) argumentum: *Ad Thessalonicenses secundam epistolam scribit* (M. 114, 619). [10] (f. 274^v). Ad Timotheum I; praeeunt [a] *s. Hier.* (?) praefatio: *Que proficiscens in Macedoniam - et ipse et audientes prouectum capiant sanctitatis;* [b] **argumentum**: *Timotheum instruit et docet* (M. 114, 623). [11] (f. 276). Ad

ponit. Des. *ut futuris bonis perfruamur in Christo Iesu...*; praeit praefatio: *Vnus ex Pauli sociis hic fuit.* Des. *vinctum assidue uocat* (S. Io. Chrysost. opp., Parisiis 1581, 4, col. 1466 bis-1502). **2** (f. 26). In epist. I ad Timotheum homiliae I-XVIII ⟨incerto interprete⟩ Inc. *Magna erat profecto Apostoli dignitas magna atque mirabilis.* Des. *cuius et suaue iugum est et onus leue ut promissis ab eo eternae uitae bonis perfruamur qui cum patre...* (l. cit. col. 1415-1409 bis); praeit (f. 25) argumentum: *Vnus ex apostoli discipulis Timotheus fuit, attestatur autem et Lucas. - Sed quid ut eos admoneas non docere aliter.* **3** (f. 92). In epistola II ad Timotheum homiliae I-X. Inc. *Paulus apostolus... Ex ipsis statim uitiis* (!) *ipsius erigit animum.* Des. *sed in tuto eris bonisque frueris aeternis. Qvibus nos omnes utinam potiri contingat in Christo Iesu...*; praeit prologus: *Quid sibi uult quod secundam quoque ad Timotheum epistolam scribit. - His igitur ita praemissis ad ipsam iam epistolam ueniamus* (l. cit. col. 1409 bis-1466 bis). **4** (f. 132). Super epist. ad Philemonem homiliae I-III. Inc. *Paulus uinctus... Pro seruo haec ad dominum scribit in quibus ab ipso.* Des. *atque ita poenitentiae praesidium arripiamus: ut bonis illis sempiternis frui mereamur: quibus utinam nos omnes digni inueniamur gratia et misericordia domini nostri Iesu Christi...*; praeit prologus: *Primum necessario dicendum quod sit epistolae huius argumentum, tum ad ea quoque ueniendum. - plura profecto ex ipsa lectionis lucrabimur serie* (l. cit. col. 1502-1518). **5** (f. 142). Commentarii in epist. ad Hebraeos sermones I-XXXIII Mutiano scholastico interprete (M. Patr. gr. 63, 237-450). **6** (f. 322). Ad Olympiadem epistolae I-III. ⟨Ambrosio Traversari interprete, cf. Bandini, Biblioth. Leopoldina 2, col. 627⟩, omnino ut in codice antecedente f. 228-240v.

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 106 signatur, binis columnis exscriptus est. Inscriptiones tum maiusculis tum minusculis rubris, litterae initiis aureae coloribus, litterae initiales maximae floribus ornatae sunt. In f. 1v circulus auro et floribus pictus, quem circumdant sex circuli minores, in quibus tituli operum inscripti sunt. In f. 2 elegans ornamentum ex auro et floribus, insignibus et tessera gentilicia Friderici ducis Urbini. In litt. V initio s. Pauli apostoli imago picta e schola italica. Ff. I, II, 1r, 318, 319, 321, 341, 342 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

34 (olim 81). Saec. XV, membran., mm. 378×254, ff. I. 306.

S. Ioannis Chrysostomi commentarii super s. Ioannis evangelium homiliae I-XXXVII Francisco ⟨Mariotti⟩ aretino interprete. Inc. *Qui agonum certamina spectare consueuerunt, quum insignem quempiam athletam.* Des. *leues efficiamur et euolemus, ut e malorum liberatione et bonis operibus perfecta sempiterna bona consequamur: gratia et benignitate domini nostri...*; praeit traductoris

praefatio ad ... Cosmum Medicen. Inc. *Communis fere omnium opinio est Cosme uir clarissime superiores et longe a memoria nostra remotas aetates.* Des. *et ad hanc perficiendam et alia aggredienda Cosmus lector hortabitur.* (D. Iohannis Chrysost. opp., Parisiis 1581, 3, col. 1-363). In codice numerantur homiliae LXXXVIII, quia prologus s. Ioannis Chrysostomi datur uti homilia; eaedemque in duas partes dividuntur, secunda pars inc. ab homil. 45.

Codex, in antiquo indice urbin. n. 103 signatus, binis columnis exscriptus esse videtur a Friderico Veterano. Tituli maiusculis rubris; initiales minores auro et coloribus, maiores auro et floribus pictae. In f. 1^v circulus floribus et avibus ornatus, in cuius medio titulus operis. F. 2 ornatissimum ex floribus, geniis, insignibus et tessera gentilicia F⟨riderici⟩ D⟨ucis⟩ Urbini. In litteris C f. 1 et Q f. 4 s. Ioannis Chrysostomi duo imagines eleganti manu scholae italicae pictae sunt. Ff. I, 1^r, 154^v, 155, 305^v, 306, vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

35 (olim 82). Saec. XV, membran., mm. 374×263, ff. I. 212.

S. Ioannis Chrysostomi in evangelium s. Matthaei, homiliae I-LXXXIX, quarum I-XXVI latine vertit Anianus. Inc. *Oportuerat quidem nihil nos indigere nos indigere* (!) *auxilio litterarum.* Des. *omnem ostendimus humilitatem atque philosophiam;* praeit praefatio traductoris ad Orontium episcopum: *Piissimi patris affectum et sapientissimi artem magistri. - Memor nostri esto semper in christo domine merito beatissime.* **2** (fol. 72). Homil. XXVII-LXXXVIII per Georgium Trapezuntium. Inc. *Intranti autem ei in capharnaum... Leprosus quidem est ut audistis cum a monte yhesus descendisset.* Des. *quando quum ipse dixit, ideo conseruum tuum ideo in omnibus diligenter pascis atque curas* (D. Ioannis Chrysostomi opp., Parisiis 1581, 2, col. 1-637, C, 4).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 104 signatur, binis columnis exscriptus est; inscriptiones minusculis rubris, litterae initiis maiusculae tum caeruleae tum rubrae tum aureae coloribus ornatae. In f. 1^v circulus floribus ornatus in cuius medio titulus codicis. In f. 2 ornamentum ex floribus et avibus; in latere inferiore addita fuit paullo posterius tessera gentilicia et litterae F⟨ridericus⟩ C⟨omes⟩. In f. 71^v clausula librarii: *Sit laus tibi Christe / Quum liber explicit iste.* Ff. I, 1^r, 211^v, 212 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

36 (olim 38). Saec. XV in., membran., mm. 378×264, ff. I. 197.

S. Ioannis Chrysostomi opera varia variis interpretibus; **s. Damasi** epigramma in s. Paulum apostolum.

1. S. Ioannis Chrysostomi [1](f. 3) homiliae I-XXIX super s. Pauli apostoli epist. I ad Corinthios, interprete Francisco Mariotti aretino. Inc.

Paulus uocatus apostolus... Intuere quo pacto ab ipso statim prohemio animi tolli elationem. Des. *et naufragantes alios recipientes futura bona consequamur. Gratia et benignitate domini nostri...*; praeit praefatio (in ms. *Francisci Aretini* (!)). *Corinthus urbs prima greciae multis antiquitus secularibus prerogatiuis maxime pecuniarum. – hanc primum euertere his verbis annititur* (cf. M. Patr. gr. 61, 9-250; de hac traductione cf. Fabricium-Harles, Biblioth. gr. 8, 556). [2] (f. 128). De filiorum educatione oratio Francisco Mariotti aretino interprete. Inc. *Hortor uos et oro dilectissimi ut plurimum in communibus filiis diligentiae adhibeamus.* Des. *sed propter ipsum deum omnia perpeti oportet, quoniam eum decet gloria et magnificentia...*; praeit epist. nuncupatoria traductoris ad... Archidiaconum Valentinum et sanctissimi domini nostri Datarium... Inc. *Incredibilis tua erga me humanitas, reuerendissime pater adeo me sibi obnoxium.* Des. *quam si tibi uiro studiosissimo atque optimo probari sensero; alias audenti animo aggrediar* (cf. Patr. gr. 63, 763-772). [3] (f. 132). De futuro iudicio (in ms. *ex sermone quod infinitum est supplicium*). Inc. *Multi ex nostris hominibus carni penitus addicti et presentis uite rebus seruientes.* Des. *Ut in hoc seculo tranquille uitam uiuamus et futuris perfruamur bonis. Gratia et benignitate domini nostri...* (cf. Patr. gr. 63, 743-754). [4] (f. 137^{v}). De peccato et confessione (in ms. *ex sermone de perfecta dilectione*). Inc. *Venit quispiam vestrum unquam ex palestina, dilectissimi. Ego sane arbitror.* Des. *et vigilare nos oportet et nunquam licenter agere cum incertum sit quando hostis noster insidiis nos suis adoriatur* (cf. Patr. gr. 63, 731-744). [5] (f. 143). De Morte (in ms.... *et interpretatione epistolae ad Thessalonicenses*). Inc. *Multa iam dilectissimi et discenda nobis sunt et animo complectenda.* Des. *Ne igitur eadem quam illi patiamur mutari et meliores fieri pro uiribus annitamur ut futura consequamur bona in Christo...* (Ed. inter s. Ioannis Chrysost. opuscula, Hain, Repert. bibl. 5054, f. 27^{v}-37). [6] (f. 148). *S. Iohannis Chrisostomi item quod sequitur* ⟨nempe de gubernatione civitatis opusculum, cf. Bandini, Biblioth. Leopoldina, 2, col. 728⟩. Inc. *Fertur beatus Constantinus cum suum aliquando simulacrum lapidibus peteretur.* Des. *pro uiribus annitamur, dilectissimi, et paulum pre oculis semper habeamus cum admiratione atque stupore clamantem quam inscrutabilia iudicia eius...* [7] (f. 151^{v}). De virtute et malitia. Inc. *Sunt nonnulli hoc in loco qui uirtutis ardore secessus urbis eligentes.* Des. *caute uitam corroborabit et futuris fruetur bonis. Que utinam omnes consequamur gratia...* (inter opusc. cit. f. 37^{v}-47^{r}). [8] (f. 158). Tractatus super psalmum quinquagesimum. Inc. *Reliquias hesternae mensae hodie uobis reddere uolo. Sed reliquias et mensam.* Des. *et tales nos exhibeamus in hac uita quales possimus inuenire requiem sempiternam cum sanctis eius per Christum* (inter opusc. cit. f. 8-21). [9] (f. 164^{r}). De poenitentia ⟨homilia secunda⟩. Inc. *Vidistis fratres superiorem*

domini contra diabolum bellum atque victoriam. Des. *Quod nos omnes impetrare mereamur apud gratiam et misericordiam domini nostri* (inter opusc. cit. f. 2-7ᵛ). Ad Theodorum monachum lapsum liber II (D. Ioan. Chrys. opp. ed. cit. 5, col. 908-915; cf. cod. 32, f. 101). [11] (f. 172). De vae mundo a scandalis. Inc. *Qvi scandalizauerit... Videtur quidem specialiter designare iudam.* Des. *ad seruitutem domini hoc est imperatoris tui. Cui...* (inter opusc. cit. f. 25-27). [12] (f. 173). Exhortatio ad martyrium. Inc. *Bona quidem sunt et utilia regis ad eos qui imperio eius subiecti sunt.* Des. *ut capiatis aeternas coronas in Christo Ihesu per quem deo patri gloria...* (inter opusc. cit. f. 21ᵛ-24ᵛ). [13] (f. 175). De laudibus s. Pauli apost. homiliae I-VII ⟨interprete Aniano⟩ (Patr. gr. 50, 473-514). [14] (f. 195). De laudibus s. Pauli apost. homilia VIII. Inc. *Sepe fulgido celi globo delectatus oculus ad spectaculum oppositi e regione luminis se se uiolenter intendit.* Des. *Demus beato Paulo gloriam ut dicat de nobis in futurum. Ecce ego et pueri quos dedet mihi deus. Ipsi gloria...* (D. Ioan. Chrys. opp. Parisiis 1581, 3, col. 728-729). [15] (f. 196). Hexametri I-VI in laudem s. Pauli apostoli (in mss. ... *s. Basilii episcopi esse dicuntur. Quidam uero s. Ioannis Chrysostomi putant*). Inc. *Polus terre paulus. lux sapientia celi.* Des. *Saulus qui et paulus ad celi lumina raptus* (Ed. Bandini, Biblioth. Laurent. 1, col. 128).

2 (f. 196ᵛ). S. Damasi epigramma in s. Paulum apostolum (Ed. Ihm, Lipsiae 1895, p. 3 sq.).

Codex in antiquo indice urbin. n. 105 signatur. Inscriptiones prima excepta maiusculis rubris, litterae initiis grandiores aureae tum coloribus tum floribus ornatae sunt. In f. Iᵛ circulus floribus decoratus, quem circumdant duodecim circuli minores, in quibus tituli operum. In f. 2 ornamentum ex floribus cum insignibus et tesseris gentiliciis Friderici ducis Urbini. Ff. I, 1ʳ, 197 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

37 (olim 90). Saec. XV, membran., mm. 372×250, ff. I. 258.

S. Hilarii episcopi pictaviensis opera nonnulla, anonymi compendium libri I de Trinitate eiusdem.

1. Tractatus super psalmos. [1] (f. 2). A psalmo 1-2 (Ed. Zingerle, Vindobonae 1891, p. 1-75). [2] (f. 20). A psalmo 51-69 (l. cit. p. 96-344). [3] (f. 88). A psalmo 118-149 usque ad vv. *nunc ad cantandum deo nouum canticum* (l. cit. p. 354-866, 12). **2** (f. 235). ⟨Contra Constantium imperatorem liber⟩ (M. 10, 577-606). **3** (f. 241). Ad Constantium Augustum libri I-II (M. 10, 557-572). **4** (f. 244ᵛ). Contra Arianos vel Auxentium mediolanensem (M. 10, 609-618). **5** (f. 247). Fragmentum libri de synodis seu de fide orientalium (in ms. *de fide catholica et prevaricatores arrianis adquiescentes*) (M. 10,

479-504, B, 11). **6** (f. 253). ⟨**Excerptum seu compendium libri I de Trinitate s. Hilarii pictaviensis**⟩. Inc. *Pergimus itaque de deo locuturi: dei uerbis: sensum tamen nostrum rerum nostrarum specie imbuentes.* Des. *sed ei per impenitentiam contradicat fit remissibile non quodcumque peccatum sed contempta uel etiam oppugnata ipsa remissio peccatorum.*

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 70 signatur, habet titulos litteris maiusculis rubris, litteras initiis tum aureas coloribus ornatas tum caeruleas; initiales maximae sunt auro et floribus decoratae. In f. 1v solitus circulus floribus ornatus, quem circumdant quinque circuli minores in quibus tituli operum. In f. 2 ornamentum ex floribus, in cuius latere inferiore adiecta fuit posterius tessera gentilicia Friderici ducis Urbini. Ff. I, 1r, 234r, 258 vacua.
In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

38 (olim 91). Saec. XV, membran., mm. 355×275, ff. I. 218.

S. Hilarii episcopi pictaviensis opera aliqua.

1 (f. 2). Super evangelium s. Matthaei commentarius (M. 9, 917-1076). **2** (f. 60). De Trinitate libri I-XII (M. 10, 25-472). **3** (f. 198). ⟨Liber de synodis seu de fide orientalium⟩ cum paucis additis in fine uti in recentioribus mss. (M. 10, 479-546).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 71 signatur, inscriptiones habet minusculis rubris, litteras initiis maiusculas tum rubras tum caeruleas, litteras maximas aureas floribus ornatas. In f. 1v circulus magnus aureis pyris ignescentibus decoratus, in cuius medio tituli operum. In f. 2 ornamentum ex auro, geniis, foliis, imaginibus, avibus, insignibus et tesseris gentiliciis F⟨riderici⟩ D⟨ucis⟩ Urbini. In littera G initio manu italica s. Matthaei imago evangelium legentis. Ff. I, 1r 58 fere totum, 59, 167, 248 vacua.
In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

39 (olim 14). Saec. XV, membran., mm. 378×258, ff. V.-257. (-f. 238, librarii oscitatione omissum).

S. Ambrosii archiepiscopi mediolanensis opera aliqua, **Guillelmi** abbatis expositio in Cantica Canticorum, **Prosperi** aquitanici de vocatione omnium gentium.

1 (f. 1). S. Ambrosii expositio in Lucam libri I-X (M. 15, 1007-1944). **2** (f. 93). ⟨Guillelmi abbatis s. Theodorici commentarius in Cantica Canticorum e scriptis s. Ambrosii collectus⟩ libri I-IV (in ms. *expositio s. Ambrosii arch. mediolanensis super cantica cancticorum* (!). Inc. a vv. *Osculetur me... Constitue ergo uirginem desponsatam* usque ad vv. *in pectore prudentis scilicet prudentis sacerdotis* (M. 15, 1949, A, 6-2059, B, 5); praeit prologus, qui inc. *Salomon librum de prouerbiis scripsit quo moralem locum uberius expressit.*

Des. *uel spiritus et carnis uel spiritus et anime* (ed. in D. Ambrosii opp., Parisiis 1569, 4, col. 4046, sed in cod. uberior). **3** (f. 115). S. Ambrosii de poenitentia libri I-II (M. 16, 485-546). **4** (f. 129). Commentarius in epistolam s. Pauli apost. ad Romanos (M. 17, 47-192). **5** (f. 169^{v}). De fide ad Gratianum Augustum libri I-V (M. 16, 549-726). **6** (f. 209^{v}). ⟨De spiritu sancto libri I-III⟩ (M. 16, 731-850). **7** (f. 239). ⟨Prosperi aquitani⟩ (in ms. *s. Ambrosii*) de vocatione omnium gentium, libri I-II (M. 51, 648-722).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 37 signatur, binis columnis exscriptus est. Tituli minusculis rubris, litterae initiis alias maiusculae aureae coloribus ornatae, alias maiusculae tum caeruleae tum rubrae, initiales maximae auro et floribus decoratae. In ff. II-IV^{v} tabula capitum et initiorum operum, quae codex continet. In f. V^{v} circulus magnus floribus ornatus quem circumdant sex circuli minores, in quibus tituli operum et tessera gentilicia C⟨omitis⟩ F⟨riderici⟩ urbinatis posterius picta. In ff. 1 et 129 ornamenta ex floribus et in lateribus inferioribus tesserae gentiliciae C⟨omitis⟩ F⟨riderici⟩ urbinatis posterius pictae. Ff. I, V^{r}, 168, 237, 257 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

40 (olim 93). Saec. XV, membran., mm. 380 × 253, ff. II. 354.

S. **Ambrosii** archiepiscopi mediolanensis epistolarum libri I-X et opera aliquot.

1. Liber I [1] (f. 7) epist. 63 (M. 16). Liber II [2] (f. 13) 7, [3] (f. 15) 65, [4] (f. 15^{v}) 67, [5] (f. 16^{v}) 27, [6] (f. 17^{v}) 4, [7] (f. 18) 28. Liber III [8] (f. 18^{v}) 37, [9] (f. 21^{v}) 39, [10] (f. 22) 79, [11] (f. 22^{v}) 38. Liber IV [12] (f. 23) 29, [13] (f. 25) 30, [14] (f. 26) 31, [15] (f. 27) 33, [16] (f. 27^{v}) 69, ingens lacuna uti in omnibus fere mss. (M. 16, 1285, nota 70), [17] (f. 28) 76, [18] (f. 29) 81. Liber V [19] (f. 30) 70, [20] (f. 31^{v}) 71, [21] (f. 32) 77, [22] (f. 33) 34, [23] (f. 34) 35, [24] (f. 35) 36, [25] (f. 35^{v}) 82, [26] (f. 36^{v}) 53, [27] (f. 37) 54. Liber VI [28] (ibid.) 58, [29] (f. 38) 50, [30] (f. 39) 43, [31] (f. 40^{v}) 24, [32] (f. 41^{v}) 44, [33] (f. 43) 48, [34] (f. 43^{v}) 49, [35] (f. 44) 45, [36] (f. 44^{v}) 83. Liber VII [37] (f. 45) 2, [38] (f. 47^{v}) 47, [39] (f. 48) 55, [40] (f. 48^{v}) 46, [41] (f. 49^{v}) 32 (in mss. *Sabino* inscribitur), [42] (f. 50) 86, [43] (ibid.) 88, [44] (f. 50^{v}) 3, [45] (ibid.) 68, [46] (ibid.) 52, [47] (f. 51) 85, [48] (ibid.) 87, (inscribitur *Foegadio et Delfino*) [49] (ibid.) 66, [50] (f. 52) 59, [51] (ibid.) 25, [52] (f. 52^{v}) 15, [53] (f. 53^{v}) 16, [54] (f. 54) 91. Liber VIII [55] (ibid.) 64, [56] (f. 54^{v}) 8, [57] (f. 55) 5, [58] (f. 56) 6, [59] (f. 57^{v}) 60, [60] (f. 58) 84, [61] (ibid.) 90, [62] (f. 58^{v}) 89. Liber IX [63] (ibid.) 19, [64] (f. 61) 73, [65] (f. 62) 74, [66] (f. 63) 75, [67] (f. 63^{v}) 78, [68] (f. 64) 80, [69] (f. 64^{v}) 26, [70] (f. 65^{v}) 72. Liber X [71] (f. 67^{v}) 56, [72] (f. 68^{v}) 17 cum relatione Symmachi [73] (f. 71) 18, [74] (f. 73) 40, [75] (f. 75^{v}) 21, [76] (f. 79^{v}) 20. **2** (f. 81^{v}). De obitu Theodosii, oratio (M. 16, 1447-1468). **3** (f. 85^{v}). Epistola 23. **4** (f. 87^{v}). *Ambrosii ad Demetriadem virginem*, rectius: ⟨incerti auctoris de humilitate tractatus⟩ (M. 55, 161-180 inter opusc. s. Leonis M.; de controverso auctore autem huius opusculi cf. ibid. 157-160). **5** (f. 92^{v}). S. Ambrosii epist. 22 (M. 16), sed haec epistola in

duas dividitur; II inc. a vv. *heliseum scripture divine series* (M. 16, 1065, B, 12). **6** (f. 94v). Consolatio de obitu Valentiniani (M. 16, 1417-1444). **7** (f. 100). Epistolae 53 pars usque ad vv. *Illud enim alienum.* Cum enim librarius advertisset se iam scripsisse hanc epistolam in f. 36v ab incepto destitit addiditque clausulam: *Hec epistola habetur in superiori parte.* **8** (f. 100v). De virginibus libri I-III (M. 16, 197-244). **9** (f. 110v). De virginitate (M. 16, 279-316). **10** (f. 118v). De fuga saeculi (M. 14, 597-624). **11** (f. 126). De paradiso (M. 14, 291-332). **12** (f. 137). De isaac et anima (M. 14, 527-560). **13** (f. 145v). De bono mortis (M. 14, 567-596). **14** (f. 152v). De iacob et vita beata libri I-II (M. 14, 627-670). **15** (f. 163). De Salomone (in ms. *Liber de sapientissimo...*) nempe sermo 46 inter spurios (M. 17). **16** (f. 166). Exameron (in ms. *de septem dierum*) libri I-VI (M. 14, 133-288). **17** (f. 210). De Cain et Abel libri I-II (M. 14, 333-380). **18** (f. 224). De officiis ministrorum libri I-III (M. 16, 25-194). **19** (f. 260v). In psalmum David 118 ⟨Beati immaculati⟩ expositio (M. 15, 1261-1604).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 35 signatur, binis columnis exscriptus est. Inscriptiones minusculis rubris, litterae initiis alias rubrae alias caeruleae lineis ornatae sunt. In f. 6v circulus magnus floribus ornatus, quem circumdant duodecim circuli minores, in quibus tituli operum. In f. 7 ornamentum ex floribus geniis et avibus, in latere inferiore tessera gentilicia minor C⟨omitis⟩ F⟨riderici⟩ posterius picta. Ff. I, 4, 5, 6r, 165, 223, 354 scriptura carent. In ff. 1-3v index codicis.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

41 (olim 94). Saec. XV, membran., mm. 372×259, ff. I. 247.

S. Ambrosii archiepiscopi mediolanensis opera varia; **ss. Ambrosii, Augustini, Maximi** taurinensis, **Gerberti** seu **Silvestri II** sermones, **Paulini** notarii vita s. Ambrosii.

1. S. Ambrosii [1] (f. 2) enarrationes in XII psalmos (M. 14, 963-1238). [2] (f. 82). De sacramentis libri I-VI (M. 16, 435-480); desunt in fine nn. 25-26). [3] (f. 89v). De mysteriis (M. 16, 405-426). [4] (f. 96). De benedictionibus patriarcharum (M. 14, 707-728). [5] (f. 101v). Apologia prophetae David ad Theodosium augustum (M. 14, 891-926). [6] (f. 110). De Nabuthe iezraelita (M. 14, 765-792, desunt in fine duo lineae, ut in ed. ant. rom.) [7] (f. 117). De Elia et ieiunio (M. 14, 731-764). [8] (f. 124v). De lapsu virginis consecratae (M. 16, 383-400, deest initio n. 1, inc. a vv. *Audite me nunc*). [9] (f. 128). De Ioseph patriarcha (M. 14, 673-704). [10] (f. 136). De Abraham liber primus (M. 14, 441-478). [11] (f. 146). De viduis (M. 16, 247-276). [12] (f. 152v). De virginitate (M. 16, 279-316). [13] (f. 161). Exhortatio virginitatis (M. 16, 351-

380). [14] (f. 167^v). De incarnationis dominicae sacramento (M. 16 853-884). **2** (f. 174^v). ⟨Gerberti postmodum Silvestri II papae sermo de informatione episcoporum⟩ (in ms. *liber pastoralis s. Ambrosii*) (M. 139, 169-178). **3** S. Ambrosii. [1] (f. 177^v) de Noe et Arca (M. 14, 381-438). [2] (f. 192^v). De excessu fratris sui Satyri libri I-II (M. 16, 1345-1414). [3] (f. 204^v). De institutione virginis et b. Mariae virginitate perpetua (M. 16, 319-348). **4.** ⟨S. Maximi⟩ (in ms. *s. Ambrosii*). [1] (f. 211^v). Sermo I de adventu (M. 57, 843-846). [2] (f. 212^v). *S. Ambrosii* (?) ⟨sermo de Purificatione⟩. Inc. *Hodiernus dies magnum nobis contulit gaudium in quo christus infans in templo est presentatus.* Des. *Hic est agnus dei hic est qui tollit peccata mundi* (Ex sermone 370 s. Augustini partim concinnatus). [3] (f. 213). ⟨S. Maximi homil. 53⟩ (in mss. *s. Ambrosii*). **5.** S. Ambrosii (?) [1] (f. 213^v) sermo 17 (M. 17). [2] (ibid.). Eiusdem (?) sermo 32. [3] (f. 214). Eiusdem (?) sermo 31. [4] (f. 214^v). Eiusdem (?) sermo 34. **6.** ⟨S. Maximi⟩ [1] (f. 215) homilia 49. [2] (f. 215^v) 50. [3] (ibid.) sermo 86. [4] (f. 216^v) homilia 90. **7.** S. Augustini (?) [1] (f. 217) sermo in natali s. Ioannis Baptistae (M. 39, 2115-3117). [2] (f. 217^v). S. Augustini sermo 159 de s. Ioanne Baptista (Mai, N. Biblioth. PP. 1, p. 355-357). [3] (f. 218). S. Augustini (?) sermo 205 (M. 39). [4] (f. 219). Eiusdem (?) sermo 201. **8** (f. 219^v). De sanctis apostolis Petro et Paulo sermo *s. Ambrosii* (?) Inc. *Quorum sanctorum apostolorum petri et pauli, fratres carissimi, hodie celebramus natalem, quorum sonus et predicatio pervenit in omnem terram.* Des. *Transcenderunt celum et coronati uenerunt ad dominum deum cui est honor...* **9** (f. 220). S. Augustini (?) sermo 206. [2] (f. 220^v). Eiusdem (?) sermo 87. **10.** S. Maximi [1] (f. 221) in natali ss. mm. Octavii, Adventini et Salvatoris (M. 57, 427-330). [2] (f. 221^v). Sermo 87 (M. 57, 705-708). [3] (f. 222). Homilia 78 (M. l. cit. 417-422). In fine additur fragmentum ex cod. vat. 4951, quod ed. M. l. cit. col. 422. **11.** S. Ambrosii [1] (f. 223). In natali sanctae Agnetis. Inc. ut in Rabani homilia 38 in natali virginum. *Immaculatus dominus immaculatam... consecravit.* Sequitur autem: *et bene procedit ut quoniam hodie natalis est virginis...* Des. *Nemo enim miretur si angelis comparetur, que angelorum domino copulantur* (ex libro I s. Ambrosii de virginibus capp. II-III, M. 16, 200, B, 3 - 202 B, 14; cf. Combefis, Biblioth. PP. concionatoria, 6, p. 126-127, D, 14). [2] (f. 223^v) s. Ambrosii (?) epist. I (M. 17)813-821; in fine additur: *passa est beatissima martyr agnes die XII° kl. februarias. Regnante dño iesu X°, cui est honor...* [3] (f. 226). S. Ambrosii epist. 63 (M. 16). [4] (f. 233). S. Ambrosii (?) sermo 15 in Sexagesima (M. 17, 654-655). [5] (f. 233^v). S. Ambrosii homil. Feria 6 ⟨post Domin. II Quadragesimae⟩. *Lectio s. Evang. secundum Mattheum. In illo tempore... homo erat paterfamilias qui plantavit vineam.* Inc. *Plerique varias significationes de vinee appellatione derivant.* Des. *usque*

in orbis tocius terminos propagavit (Ex expositione in Lucam. M. 15, 1890, nn. 23-33; cf. Combefis, l. cit. 2, p. 538-539). [4] (f. 234^{v}). Sabbato. (!) *Lectio s. evang. secundum Matthaeum. In illo tempore assumpsit iesus petrum et iacobum et iohannem...* Homil. s. Ambrosii. Inc. *Dolos* (!) *enim tres istos post hec fere uerba diebus octo assumpsit.* Des. *finis enim legis est cristus ad iustitiam omni credenti.* (Ex expositione in Lucam M. 15, 1788, n. 6, lin. 3 - n. 21). [7] (f. 235^{v}). Sermo s. Ambrosii. Inc. *Et ecce uiri portantes in lecto hominem qui erat paraliticus...* Inc. *Non odiosa huius paralitici nec angusta medicina est.* Des. *sacerdoti eorum lepra contaminet.* (Ex expositione in Lucam, M. 15, 1722, nn. 10-15). [8] (f. 236). Dom. XVI post octavam Pentecostes... *Nemo potest duobus dominis servire.* Homilia s. *Ambrosii.* Inc. *Nemo potest duobus dominis* (!) *diligere quia non valet simul transitoria et eterna diligere. Si enim eternitatem diligimus.* Des. *et illud adicitur et hoc nimirum ex abundantia superadditur* (partim ex expositione in Lucam M. 15, 1819, nn. 123-130 concinnata). [8] (f. 238). ⟨Homilia in parabolas: Simile est regnum coelorum grano sinapis... et simile est fermento quod acceptum mulier...⟩. Inc. *Omnis scriptura ait apostolus diuinitus inspirata... Vt quia omnis scriptura divinitus interpretatione indiget quanto magis ubi presens in corpore ueritas loquitur.* Des. *et mundo spiritu et feruenti spiritu incessanter servierunt domino ipsi erunt de nouissimis primi per dominum...* [9] (f. 238^{v}). S. Ambrosii (?) epist. 2 de inventione ss. Gervasii et Protasii (M. 17, 821-825). [10] (f. 239^{v}). Epist. 81 de inventione martyrum Vitalis et Agricolae (M. l. cit. 825-830).

2 (f. 240^{v}). Paulini notarii vita s. Ambrosii archiepiscopi mediolanensis ad b. Augustinum (M. 14, 29-50).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 36 signatur, binis columnis exscriptus est. Inscriptiones minusculis rubris, litterae initiales maiusculae tum caeruleae tum rubrae, initiales maximae aureae floribus ornatae. In f. 1^{v} circulus magnus floribus decoratus, quem circumdant viginti duo circuli minores in quibus tituli operum et tessera gentilicia ducis urbinatis. In f. 2 ornamentum ex floribus cum insignibus et tesseris gentiliciis Friderici ducis posterius depictis. In littera S initio imago s. Ambrosii manu italica. Ff. I, 1^{r}, 247 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

42 (olim 95). Saec. XV, membran., mm. 363×242, ff. I. 221.

S. Ambrosii sermones et epistolae, **ss. Augustini, Maximi** taurinensis, **Basilii** sermones, **Guillelmi** abbatis commentarius in cantica canticorum.

1. ⟨S. Augustini (?)⟩, [1] (f. 2) sermo 142 (in ms. *s. Ambrosii*) (M. 39, 2022-2025). [2] (f. 4). S. Ambrosii (?) sermo 24 (M. 17). [3] (f. 6). *Intrepretatio nominis* ⟨Ambrosii⟩ scholium. Inc. *Ambrosie divine pulcre sacre odore diuine uel proprie deorum esca.* Des. *Ambrosio odore divino Ambrosium celesti* (!) *mel-*

lifluum. [4] (ibid.). *Sequentia sermonum compilati* (!) *per prefatum sanctissimum Ambrosium Archiepiscopum mediolanensem Prefatium.* Inc. *Libenter nos predicare et gratanter opus dei facere manifestum est.* Des. *animae suae neglegit medicinam.* [5] ⟨S. Maximi taurinensis homiliae⟩ (in ms. *s. Ambrosii*) (f. 6^{r}) 109-110 (M. 57). [6] (f. 8^{v}) 45. [7] (f. 10^{v}) 117. [8] (f. 11) 111. [9] (f. 12^{r}) 118. [10] (f. 13^{r}) 114. [11] (f. 15) 116. [12] (f. 16) 95. [13] (f. 17^{r}) 85. [14] Sermones (f. 18^{r}) 94. [15] (f. 20) 3. [16] (f. 21^{r}) 5. [17] (f. 22^{r}) 8-9. [18] (f. 24^{r}) homil. 24. [19] (f. 26) 39. [20] (f. 27) 41. [21] (f. 28^{r}) 40. [22] (f. 30) sermo 16. [23] (f. 31) homil. 98. [24] (f. 32) sermo 28. [25] (f. 33^{r}) homilia 2; (cf. M. nota i.). [26] (f. 35) 3: huic tamen subnectitur pars sermonis 97: *Aqua ergo misericordie - sitque uirgo fide christi qui fuerat adulter corruptione peccati* (cf. M. 57, 230, nota k.). [27] (f. 37) 1. [28] (f. 38^{v}) sermo 1; des. uti in cod. casin. *ibi dormiat, ibi cum uoluerit et surgat* (M. 57, 534, A, 14 et nota g.). [29] (f. 40) 4. [30] (f. 41^{r}) 6. [31] (f. 42) 11. [32] (f. 43^{r}) 7. [33] (f. 44) 10. [34] (f. 45) s. Ambrosii (?) sermo 11 (M. 17). [35] (f. 46) 19. [36] (f. 47^{r}) ⟨s. Maximi⟩ homil. 97. [37] (f. 48^{r}) 99. [38] (f. 49) sermo 25. [39] (f. 50^{r}) 26. [40] (f. 52^{r}) 15. [41] (f. 54) homil. 38. [42] (f. 55) sermo 19. [43] (f. 56^{v}) 27. [44] (f. 57^{r}) s. Ambrosii (?) sermo 40. [45] (f. 59) ⟨s. Maximi⟩ homil. 90. [46] (f. 60) sermo 13. [47] (f. 61) homil. 88. [48] (f. 62) 89. [49] (f. 63^{v}) 51. [50] (f. 64^{r}) 52. [51] (f. 65^{v}) 53. [52] (f. 66^{v}) 54. [53] (f. 67^{r}) 84 usque ad vv. *salutem citius suscitauit* (M. 57, 443, A, 13). [54] (f. 68^{v}) 46-48. [55] (f. 72) 57-59. [56] (f. 75) 49-50. [57] (f. 76 bis) 84 pars; inc. a vv. *Forte quis dicat* (M. 57, 443, A, 14-446; cf. ibid. col. 443, nota 1). [58] (f. 77^{v}) 56. [59] (f. 78^{r}) 95-96. [60] (f. 81) 62. [61] (f. 82) 61. [62] (f. 83) 60. [63] (f. 84^{r}) ⟨s. Maximi (?)⟩ sermo 10, usque ad vv. *dominum gestibus predicavit.* (M. 57, 864, D, 12). [64] (f. 85^{v}) ⟨s. Augustini sermo 159⟩ (Mai, N. Biblioth. PP. 1, p. 355-357. [65] (f. 86^{v}) ⟨s. Ambrosii (?)⟩ sermo 52. [66] (f. 88) ⟨s. Maximi⟩ homilia 72. [67] (f. 89) sermo 68. [68] (f. 90^{r}) 69, usque ad vv. *substantiam transformatus* (M. 57, 674, nota v.). [69] (f. 91^{r}) ⟨s. Maximi (?)⟩ sermo 20 usque ad vv. *in martyrio copulauit* (M. 57, 888, C.). [70] (f. 93) s. Ambrosii (?) sermo 57. [71] (f. 93^{r}) ⟨s. Maximi⟩ sermo 70 usque ad vv. *diem iudicii non timere* (M. 57, 678, A, 3). [72] (f. 94^{v}) homilia 79, usque ad vv. *nec non et tempus instabat eunde misericordiae* (l. cit. 424, B.). [73] (f. 95^{r}) Eadem homilia sed alio numero resumitur a vv. *Quia enim hoc uindemiarum* (l. cit. 424, B): praemissis vv. *Ante dies cum beatissimi martiris cipriani celebraremus natalem suauissime in eius festiuitate iocundati sumus quia enim hoc uindemiarum...* Des. ad vv. *spinas et tribulos germinabit tibi* (M. l. cit. 426, A. 9). [74] (f. 96^{r}) sermo 86 usque ad vv. *operatus in defunctis* (M. l. cit 704, B, 14). [75] (f. 97) 84. [76] (f. 98) 87. [77] (f. 98^{r}) homil. 81. [78] (f. 99^{r}) 102. [79] (f. 100^{r}) 115, adduntur in fine vv. *sed sicut samson ardentes faces uulpibus religauit.* [80] (f. 102) sermo 104. [81] (f. 104) ⟨s. Basilii homilia 3 in Lucam Rufino interprete⟩ (M. Patr. gr. 31, 1744-

1753). [82] (f. 109^v) ⟨s. Maximi⟩ homil. 100. [83] (f. 110^v) 112, quae in duas est divisa, prior desinit in vv. *examina multa producunt* (M. 57, 515, B, 4). [84] (f. 111^v) 113. [85] (f. 112^v) 91. [86] (f. 113^v) 92. [87] (f. 114) 93. [88] (f. 116) 86. [89] (f. 117) sermo 112. [90] (f. 118^v) s. Ambrosii (?) sermo 1, praeit scholium: *Debemus si placet hos çomplures dies aliquid uberius predicare - Benedixi iam sancta.* [91] (f. 119) 3. [92] (f. 120) ⟨s. Augustini (?)⟩ sermo 139. [93] (f. 121) s. Ambrosii (?) sermo 14. [94] (f. 122) 15. [95] (f. 122^v) 17. [96] (f. 123) 25. [97] (f. 124^v) 30. [98] (f. 125^v) 29. [99] (f. 126) 32. [100] (f. 127) 31. [101] (f. 127^v) 34. [102] (f. 128^v) 36. [103] (f. 129) ⟨s. Maximi (?)⟩ sermo 14. **2** (f. 131^v). ⟨Guillelmi abbatis s. Theodorici commentarius in cantica canticorum e scriptis s. Ambrosii collectus⟩ libri I-IV (in ms. tantum haec verba: *Cantica Canticorum*). Inc. a vv. *Osculetur me... Constitue ergo uirginem desponsatam.* usque ad vv. *in pectore prudentis scilicet prudentis sacerdotis* (M. 15, 1949, A, 6 - 2059, B, 5); praeit (f. 131) prologus, qui inc. *Salomon librum de proverbiis scripsit quo moralem locum uberius expressit.* Des. *uel spiritus et carnis uel spiritus et anime.* (D. Ambrosii opp., Parisiis 1569, 4, col. 4046, sed in cod. uberior). **3.** S. Ambrosii [1] (f. 181) de obitu Valentiniani consolatio (M. 16, 1417-1444). [2] (f. 192) epist. 53 (M. ibid.), [3] (f. 192^v) 24, [4] (f. 194^v) 17, non subiungitur relatio Symmachi praefecti urbis, [5] (f. 196^v) 20, [6] (f. 200) 21, cum sermone contra Auxentium, [7] (f. 208) 40. [8] (f. 212^v). ⟨De obitu Theodosii oratio⟩ (M. l. cit., 1447-1468).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 38 signatur, titulos habet litteris maiusculis rubris, initiales maiusculas auro et coloribus, initiales maximas aureas floribus ornatas. In f. 1^v circulus magnus floribus decoratus, quem circumdant novem circuli minores, in quibus tituli operum. In f. 2 ornamentum ex floribus, avibus, una cum insignibus et tessera gentilicia Friderici ducis Urbini posterius pictis. Ff. I, 1^r, 130, 180, 221 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

43 (olim 69). Saec. XV, membran., mm. 331 × 230, ff. I. 194.

Eusebii Pamphili de praeparatione evangelica Georgio Trapezuntio interprete libri I-XIV. Primus inc. *Cum quid sit christianismus nescientibus aperire statuerim hunc librum quo euangelice doctrine ueritatem approbamus.* Lib. XIV des. *magno risu omnium explosi sunt;* praeit (f. 2) praefatio Trapezuntii ad Nicolaum V Summum Pont. Inc. *Eusebium Pamphili de euangelica preparatione latinum ex graeco beatissime pater iussu tuo effeci.* Des. *solummodo latinis hominibus hac traductione obtulimus* (Ed. Michael Manzolinus parmensis, Tarvisii 1480, a iiii - p iiii, 2^v).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 114 signatur, inscriptiones habet minusculis rubris, litteras initiales maiusculas alias caeruleas alias rubras, litteras initiis librorum aureas intextis lineis et coloribus ornatas. In f. I^v circulus magnus floribus decoratus in quo titulus operis. In f. 2 ornamentum ex intextis lineis, geniis et bestiis. In latere inferiore tessera gentilicia C⟨omitis⟩ F⟨riderici⟩ urbinatis posterius depicta. In ff. 191-192^v index capp. XIV librorum. Ff. I, 1^r, 194 scriptura vacant.
In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

44 (olim 63). Saec. XV, membran., mm. 331×232, ff. I. 150.

Origenis περὶ ἀρχῶν, **Pamphili** apologia, **Rufini** epilogus in apologeticum.

1. Origenis περὶ ἀρχῶν libri I-IV interprete Rufino (M. Patr. gr. 11, 115-412, B, 13): lib. IV mutilus sub finem abrumpitur ad vv. *Propter quod et propheta dicit reminiscentur;* praeit (f. 2) Rufini prologus (Patr. gr. 11, 111-114). **2** (f. 117). Pamphili martyris apologia pro Origine interprete Rufino (Patr. gr. 17, 541-616); praeit (f. 116) Rufini prologus (Patr. gr. 17, 539-542). **3** (f. 144^v). ⟨Rufini epilogus in apologeticum... seu liber de adulteratione librorum Origenis⟩ (Patr. gr. 17, 615-632).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 120 signatur, inscriptiones habet litteris maiusculis rubris, prima excepta quae maiusculis aureis; litteras initiis librorum maiusculas aureas coloribus, sed aliquando intextis ad ingenium lineis ornatas. In f. I^v templi frons eleganter auro et coloribus picta, in cuius medio tituli operum litteris aureis. In f. 2 ornamentum ex intextis lineis et coloribus. In latere inferiore posterius fuit depicta tessera gentilicia in cuius pagina, duo leones erecti et duo aquilae nigrae, fortasse insignia comitum feltrensium. Ff. I, I^r, 150 scriptura vacant.
In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

45 (olim 130). Saec. XV, membran., mm, 320×210, ff. II. 204.

SS. **Paulini** et **Augustini** epistolae et opuscula nonnulla. **Ausonii** carmen.

1. S. Paulini epistolarum libri I-V. [1](f. 21) epistola 4 (M. 61); praeeunt ⟨scriptorum testimonia de s. Paulino⟩; [a](f. 7) Uranii presbyteri epist. ad Pacatum de obitu s. Paulini (M. 53, 859-866); [b](f. 12) s. Gregorii papae ex dialogorum 3, 1 (M. 77, 216-221); [c](f. 14) Gennadii ex lib. de viris illustribus cap. 49 (in ms. *48*) (ed. Richardson, Leipzig 1896, p. 78-79); [d](ibid.) s. Isidori hispal. de viris illustribus cap. 17 (in ms. *19*) (M. 83, 1092); [e](f. 14^v) Marci Michaelis presbyteri carnotensis (in ms.... *Coritensis in libro de illustribus viris capitulo* (!); inc. *Paulinus nolane urbis illustris episcopus moribus grauis, honestate conspicuus,* des. *Valentiniano et Honorio imperantibus urbi et orbi;* [f](f. 15) ex s. Hieronymi epist. 53 ad Paulinum (M. 61, 128-130); [g](f. 16)

eiusdem ex epist. 53 ad Paulinum a vv. *Habes hic amantissimum tui* ad vv. *cogitat esse moriturum* (M. 22, 549, 10, lin. 3 ad finem); [h] (f. 16v) ex s. Augustini ⟨epist. 27 alias 32 ad Paulinum, in compendium excerptum⟩ inc. *O bone uir*. Des. *si parum hoc putem tibi non credidisse conuincar* (cf. M. 61, 131-132); [i] (f. 17) eiusdem ex libro 1, 10, de civitate dei; inc. *Qui receperunt consilium domini*. des. *qui mamona iniquitatis prodesse maluerunt boni non erant* (M. 41, 24, lin. 23-25, lin. 5). [2] (f. 23). Epistola 6, [3] (f. 23v) 50, [4] (f. 30) 3. **2.** S. Augustini epistolae [1] (f. 31v) 186 (M. 33), [2] (f. 44) 149, [3] (f. 55) 27, [4] (f. 58) fragmentum libri de cura pro mortuis gerenda, usque ad vv. *quam gessit in corpore* (M. 40, 591-593, lin. 29; [5] (f. 58v) epist. 31, [6] (f. 61) 80. **3.** S. Paulini epistolarum lib. II ad Severum. [1] (f. 62v). Epist. 5, [2] (f. 68v) 24, [3] (f. 77v) 23, [4] (f. 96) 11, desunt quinque verba initio, [5] (f. 101v) 1, [6] (f. 105) 30, [7] (f. 107) 22, [8] (f. 108) 28, [9] (f. 110v) 29, [10] (f. 117) 31, [11] (f. 120) 32. 3 (f. 130). ⟨Ausonii epist. 29⟩ (in ms. *epist. s. Seueri monachi ad Paulinum episcopum egregiis uersibus contexta. Vbi ipsum prouocat ad scribendum*). (Ed R. Peiper, Ausonii opusc., Lipsiae 1886, p. 284-289). **4.** S. Paulini epist. lib. III ad Delphinum. [1] (f. 131v) epist. 10, [2] (f. 132v) 20, [3] (f. 135v) 19, [4] (f. 137v) 14, [5] (f. 138v) 35. Liber IV ad Amandum. [1] (f. 139v) 36, [2] (f. 140v) 12, [3] (f. 145) 9, [4] (f. 147) 2, [5] (f. 148v) 21, [6] (f. 150v) 15, [7] (f. 152v) 40, [8] (f. 158) 41, sed haec epistola priori subnectitur, nullo spatio interiecto. Liber V ad diversos. [1] (f. 159v) 37, [2] (f. 162v) 18, [3] (f. 166v) 38, [4] (f. 171) 39, [5] (f. 173v) 44, [6] (f. 177) 42, [7] (f. 179) 33, [8] (f. 179v) 13 fragmentum, inc. a vv. *quod licet auctore diverso* (M. 61, 213, lin. 2-223 ad finem) [9] (f. 186) 34, [10] (f. 190) 43, [11] (f. 192v) 16, [12] (f. 197) carmen 22, deest ultimus versus; [13] (f. 199v) epist. 7, [14] (f. 201) 8.

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 73 signatur, inscriptiones habet litteris maiusculis rubris, litteras initiales magnas aureas tum floribus, tum aureis coloribus ornatas. In ff. 1-5 tabula seu tituli epistolarum cum earum initiis. Ff. I, II, 6, 18, 19, 20r, 203v, 204 scriptura vacant. In f. 20v circulus magnus floribus ornatus in cuius medio titulus operis. In f. 21 ornamentum tripartitum ex floribus et bestiis, in latere inferiore inter duos genios buccinis aureis sonantes tessera gentilicia Friderici Ducis Urbini posterius picta. Recensuerunt hunc codicem Zechmeister et F. Weigel pro Guill. de Hartel (S. Paulini epistolae, Vindobonae 1894, p. VIIII).

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

46 (olim 67). Saec. XV, membran., mm. 328×216, ff. IV. 249 (+ f. 198 bis).

SS. Athanasii et **Basilii** opera varia, Ioannis **Tortelli** vita s. Athanasii, **Pseudo-Amphilochii** vita s. Basilii, **SS. Benedicti** anianensis et **Petri Damiani** aliqua.

1 (f. 2v). Ioannis ⟨Tortelli⟩ archipresbyteri aretini vita s. Athanasii. Inc. *Cum post foelicem consummationem beatissimi martyris*. Des. *qui sua uir-*

tute et sapientia pacem ecclesiis reddere procurauit: donante domino... (D. Athanasii opp., Argentinae 1522, f. 296-314); praecunt [1] (f. 1) eiusdem epist. nuncupatoria ad Eugenium IV; inc. *Non ab re futurum arbitror eugeni;* des. *amor ingens atque deuotio sanctissimo athanasio augeatur* (l. cit. f. 295-295ᵛ); [2] (f. 2) prologus; inc. *Cum post persecutionem diocletiani et maximiani;* des. *et uitae tam mirabilis iudicium paucis explicabimus* (l. cit. f. 295ᵛ-296).

2. S. Athanasii [1] (f. 40) de salutari adventu (in ms. *epiphania*) Iesu Christi adversus Apollinarium liber II (cf. M. Patr. gr. 26, 1131-1166). Inc. *Qui dominum nostrum iesum christum non ex deo et homine unum confitentur.* Des. *et non ex trauerso* (!) *extendentes effetare conemini ueritatem;* - (f. 48ᵛ) liber I; inc. *Pius quidem modus sine labore est dilectissime taciturnitate colere uniuersum.* Des. *sed dicet quae scripta sunt confitenda et existentem deum deum* (!) *adorari et confessionem bonitatis eius et spes* (!) *salutis nostrae* (cf. Patr. gr. l. cit. 1091-1131). [2] (f. 58). De incarnatione dei verbi et contra arianos. (cf. Patr. gr. l. cit. 983-1028; et 1027-1028, nota 5). Inc. *Qui uersute diuinas scripturas intelligere uolunt humana uerba.* Des. *aequalis et consubstantialis patri: quia ex paterna essenti⟨a⟩ natus est.* [3] (f. 67ᵛ). S. Athanasii (?) de sancta trinitate dialogus IV (in mss. *liber dialogi contra Apollinarem, hereticum*) (cf. Patr. gr. 28, 1250-1263, A, 14). Inc. *Orthodoxus dixit. Corpus humanum habuit christus an non?* usque ad vv. *et quomodo ipsius anima est anime sic et ipsius uox est uox animae.* [4] (f. 71ᵛ). *Eiusdem* (?) de catholica et vera fide. Inc. *Credere iubemur in dei patris omnipotentiam.* Des. *semper nouis operibus abundemus ut audiamus ab apostolo gratia iesu christi et dilectio dei et communicatio spiritus sancti...* (D. Athanasii opp., Coloniae 1548, f. 55ᵛ-58ᵛ). [5] (f. 77ᵛ). S. Athanasii epistola ad Epictetum. Inc. *Ego quidem putabam omne uaniloquium uniuersorum.* Des. *Te omnes qui nobiscum sunt plurimum salutant* (ed. cit. f. 129-131ᵛ). [6] (f. 82ᵛ). Ad Episcopos per Africam constitutos. Inc. *Sufficiunt quidem ea que scripta sunt et a dilectissimo et comministro.* Des. *Valere uos et memores esse nostri opto in christo dilecti desideratissimi* (ed. cit. f. 132ᵛ-134; cf. M. Patr. gr. 26, 1048, nota 90). [7] (f. 87ᵛ). ⟨Pseudo-⟩ *Athanasii* et *aegyptiorum* epistola ad Liberium papam de oppressionibus arianorum (in ms.... *de christianae uerae fidei regula*) (Patr. gr. 28, 1467-1470). [8] (f. 89ᵛ). *Liberii papae responsiua epistola* (l. cit. 1469-1472). [9] (f. 91). ⟨Pseudo-⟩ *Athanasii* et *aegyptiorum* pontificum epist. ad Felicem papam de infestationibus arianorum (l. cit. 1473-1477). [10] (f. 94ᵛ) ⟨Pseudo-⟩ *Athanasii* et *aegyptiorum* pontificum epistola ad Marcum papam pro exemplaribus nicaeni concilii (in ms. *sibi mitti exemplaria... sub tuta stipulatione*) (l. cit. 1445-1446). [11] (f. 96). *Epistola responsiva s. Marci* papae (l. cit. 1447-1450). [12] (f. 97ᵛ). S. Athanasii epist. ad Adelphium episcopum.

(cf. Patr. gr. 26, 1071-1083). Inc. *Inspicientes litteras quae a tua ueneratione scripta* (!) *sunt, tuam quidem pietatem.* Des. *saluta diligentes dominum nostrum iesum christum* (desunt pauca in fine; cf. l. cit. col. 1083, nota 20). [13] (f. 101). Ad Maximum philosophum (cf. l. cit. 1086-1090). Inc. *Inspiciens ea quae a te modo scripta sunt, tuam quidem beniuolentiam.* Des. *in uerbo dei blasphemantem in spiritu sancto impie agentem.* [14] (f. 102v). S. Athanasii (?) de incarnatione dei verbi (in ms. ... *epistola ad orthodoxos de vera fidei confessione quam debent profiteri aduersus hereticos*). ⟨Ambrosio Traversari interprete⟩. Inc. *Confitemur filium dei qui ante secula sempiterna et patre natus est.* Des. *acquiescens diuino apostolo dicenti. Si quis uobis euangelizauerit...* (S. Athanasii, opp. Lutetiae 1520, de qua editione cf. Patr. gr. 25, p. XVI, sed eam videre non potui). [15] (f. 103). Ad episcopum persarum (Patr. gr. 28, 1559-1561).

3 (f. 105). ⟨Pseudo-⟩ *Amphilochii* vita s. Basilii ⟨Urso s. r. e. subdiacono interprete⟩ (M. 73, 295-312); adduntur in fine tria capita edita ex versione Combefisii in Patr. gr. 29, p. CCCXIII-CCCXVI). Inc. *Mulier autem quedam diuitiis et nobilitate compta et reliquo uano huius uitae officio,* des. *libros quos per sancti spiritus operationem conscripsit in laudem et gloriam domini nostri...*

4 (f. 122). ⟨S. Benedicti Anianensis admonitio ad filium spiritualem⟩ (in ms. *s. Basilii de militia monachali...* (M. 103, 683-700).

5 (f. 132v). ⟨S. Petri Damiani caput 19 opusculi, quod inscribitur *dominus uobiscum*⟩ (in ms. *s. Basilii de laudibus vitae solitariae*) (M. 145, 246-251).

6. S. Basilii (?) [1] (f. 136v) de vera integritate virginitatis Ambrosio ⟨Traversari⟩ interprete. *Cum plurimi ex his qui immortalem sponsum nostrum familiarius ambiunt.* Des. *immortalitatisque corona digni inueniamur per iesum christum* (Operum D. Basilii... Parisiis 1548, f. 130-148); praeit praefatio traductoris ad patrem Gabrielem: *Prolixum librum s. Basilii Cesariensis uiri profecto grauissimi – tranquillam euo longiore tueatur. Domine mi uenerabilis ac desiderabilis pater* (l. cit. f. 129v). [2] S. Basilii epist. I-V ⟨Rufino interprete; cf. Bandini, Biblioth. Laurentiana, 1, col. 357⟩. [a] (f. 183) epist. 236 (cf. Patr. gr. 32); ad Amphilochium inc. *Inquisitum iam a multis euangelicum dictum quasi ignoret dominus noster;* des. *uerum etiam impium est. Vale,* [b] (f. 185v) 214, ad Terentium ⟨comitem⟩, inc. *Quomodo audiuimus uenerationem tuam iterum compulsam esse*; des. *baculum et fulcimentum dominus donauit,* [c] (f. 187v) 197, ad b. Ambrosium, inc. *Magnae et multae domini nostri donationes et neque magnitudinis eorum mensura est* usque ad vv. *que super terram est omnimodo dissideamus.* [d] (f. 188) 173 ad Theodoram, inc. *Pigros nos efficit ad scribendum quod non credimus epistolas nostras;* des. *euasionem decertantes paucissimi sunt,* [e] (f. 188v) 52, ad ancillas dei, inc. *Quantum exagitavit nos pri-*

mum mestificus rumor auditum nostrum circumsonans. Des. *inueniemus aliquam a uobis satisfactionem. Valete.* [3] (f. 190v). De studio gentilium litterarum ad nepotes Leonardo aretino interprete (ed. Calphurnius brixiensis f. e2v-f8); praeit praefatio traductoris ad Colucium Salutatum (l. cit.). [4] (f. 198). Epist. 2 (cf. Patr. gr. 32). Inc. *Agnoui litteras tuas ut ii qui amicorum filios ex ingenita quam praeseferunt parentum similitudine.* Des. *ad ea perficienda que studiose proponit.* [5] (f. 201). Homiliae I-III, VI-VIII, IV-V, quas transtulit Rufinus de graeco in latinum (Patr. gr. 31, 1723-1794); praeit (f. 201) Rufini praefatio (l. cit. 1723).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 110 signatur, inscriptiones habet alias maiusculis alias minusculis rubris, litteras initiales maiores auro et floribus, minores caeruleo colore pictas. In ff. II-III index manu librarii, in f. IVv circulus magnus floribus ornatus in cuius medio tituli operum. Ff. I, IVr, 228, 249 vacua. In f. 1 ornamentum ex avibus et floribus, in cuius latere inferiore tessera gentilicia minor Friderici ducis Urbini.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

47 (olim 68). Saec. XV, membran., mm. 335×225, ff. III. 266.

SS. Athanasii et **Ioannis Scholastici** seu **Climaci** opuscula aliquot, **Manuelis Caleca** de processione s. Spiritus.

1. S. Athanasii [1] (f. 1) oratio contra gentes Ambrosio ⟨Traversari⟩ interprete. Inc. *Vere ac diuine religionis pietatisque cognitio.* Des. *contraria tamen his cessere quae nouerant* (Athanasii opp., Argentinae 1522, f. 237-249). [2] (f. 23). ⟨Oratio de humana natura a uerbo assumpta et de eius per corpus ad nos adventu Ambrosio Traversari (?) interprete⟩. Inc. *Satis quidem quae premisimus de execrabili errore et superstitione gentilium.* Des. *qui uirtutis secuntur uiam diligentes deum et patrem in christo Jhesu domino nostro* (l. cit. f. 249-262). [3] (f. 46). ⟨Pseudo-Athanasii fragmentum disputationis contra Arium incerto interprete⟩. Inc. *Aberam per dei prouidentiam profectus cum amantissimis fratribus meis* usque ad vv. *Profer de thesauro tuo quae sunt a patre tuo* (cf. M. Patr. gr. 28, 439-454, C, 12).

2 (f. 54). S. Ioannis Climaci scala paradisi Ambrosio ⟨Traversari⟩ interprete. Inc. *Cum summe incomprehensibilis et incircumscripte bonitatis.* Des. *bonorum omnium causa est fuitque et erit in infinita secula* (Climax Io. Scholastici, Venetiis per Ioannem Antonium et fratres de Sabio 1531, f. 16-177r); praeeunt [1] (f. 49v) prologus Ambrosii ⟨Traversari⟩ ad Matthaeum praesidem suum; inc. *Hortatus es domine amantissime et merito venerabilis;* des. *venerabilis ac merito desiderabilis pater* (l. cit. f. 3-4v); [2] (f. 50r) s. Ioannis Climaci vita; inc. *Quaenam hunc diuinum uirum ciuitas;* des. *contemplatiue doctrina con-*

tinentes (l. cit. f. 9-13); [3] (f. 52ᵛ) epistola Ioannis abbatis Rhaitu ad Ioannem abbatem montis Synai; inc. *Agnoscentes nos a perfectione;* des. *et errore omni liberum ostendet. Vale in domino carissime ac nimium uenerande pater* (l. cit. f. 13ᵛ-14); [4] (f. 53) responsio Ioannis abbatis montis Synai; inc. *Accepi conuenientissimam honestissimo tuo atque impassibili;* des. *sed alacri proposito atque feruentissime uoluntati* (l. cit. f. 14ᵛ-15ᵛ).

3 (f. 138). Manuelis Caleca (in ms. *Calera*) contra graecos de processione sancti spiritus libri I-IV Ambrosio Traversari interprete (M. Patr. gr. 152, 17-258); praeit prologus auctoris (ibid. 13-16).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. **111** signatur, inscriptiones habet maiusculis rubris, litteras initiales minores maiusculas tum caeruleas tum rubras, initiales maximas auro et floribus ornatas. In f. IIIᵛ circulus maximus floribus decoratus quem circumdant quatuor circuli minores, in quorum tribus tituli operum, in quarto tessera gentilicia minor Friderici ducis Urbini. In f. 1 ornamentum ex floribus, avibus, insignibus et tesseris gentiliciis fridericianis posterius in codice depictis. Ff. I-IIIʳ, 265, 266 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

48 (olim 102). Saec. XIV ex., membran., mm. 333 × 230, ff. II. 225; (+ f. 101 bis signato, - ff. 160-169 librarii oscitatione omissis).

Vitae Sanctorum a diversis conscriptae et translatae.

S. Isidori hispalensis opera varia, eiusdem et s. **Braulionis** epistolae, **Iuliani Pomerii** de vita contemplativa.

1. S. Isidori [1] (f. 3) Etymologiarum libri I-XX (M. 82, 73-728; in cod. numerantur libri XXII quia secundus et quintus in duos dividuntur). Praeeunt [2] s. Isidori et s. Braulionis epistolae I-VI. [a] (f. 1) Epist. 8 (M. 80, 655), [b] (ibid.) 3, [c] (f. 1ᵛ) 4, [d] (ibid.) 5, [e] (f. 2ᵛ) 6, [f] (ibid.) 7. [3] (f. 177). De natura rerum ad Sisebutum regem (M. 83, 963-1018; in fine adduntur verba: *CCC autem in longitudine, CC in latitudine. in historiis catholicis hoc dicetur.* Deinde schema in quo inscribitur: *Asia - Europa - Africa*). [4] (f. 190ᵛ) S. Isidori (?) quaestiones

quaedam de caelo. Inc. *Quaeritur utrum unum sit celum an plures.* Des. *Maior enim est scripture eius auctoritas, quam omnis humani ingenii capacitas* (de hoc opusculo cf. Prolegomena isidoriana, M. 81, 629-630, n. 5). [5] (f. 191). S. Isidori In libros V. ac N. Testamenti prooemia (M. 83, 155-180). [6] (f. 196v). De ortu et obitu patrum (M. 83, 129-156). [7] (f. 204v). Allegoriae quaedam sacrae scripturae (M. 83, 97-130). [8] (f. 211). Synonymae ⟨excerptae⟩ de lamentatione animae peccatricis Inc. a secundo prologo: *Venit nuper ad manus meas.* Des. *quibusque possunt mentem bonam pacatamque uitam.* Sed in hoc opusculo multa adduntur quae in Isidori operibus desiderantur, de septem originalibus Adae peccatis, de disciplina christiana... (cf. Prolegomena isidoriana cap. 104, M. 81, 886, nn. 8-9). [9] (f. 217). De differentiis rerum seu differentiarum liber II (M. 83, 69-98; des. vv. *humilitatis christi,* desunt in fine fere tres lineae). [10] (f. 227). De fide catholica contra iudaeos libri I-II (M. 83, 449-538). [11] (f. 253). Chronicon; plenam descriptionem huius operis et differentias cum edito quaere in Prolegomenis isidorianis, M. 81, 887-888. nn. 11-14.

2 (f. 273). ⟨Iuliani Pomerii⟩ (in ms. *Prosperi notarii s. Leonis papae...*) de vita contemplativa libri I-III (M. 59, 415-520).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 79 signatur, binis columnis exscriptus est. Tituli minusculis rubris, litterae initiales maiores tum caeruleae tum rubrae lineis initiales maximae aureae floribus ornatae sunt. In ff. I-VII tabula seu index capitum et in f. VIII ordo librorum, quos codex continet. In f. IX circulus maximus aureus, floribus et coloribus ornatus, in decem circulis minoribus inscripti sunt tituli operum. In f. 1 ornamentum tripartitum ex floribus et coloribus, in cuius parte inferiore tessera gentilicia Friderici ducis Urbini posterius picta. Ff. I, VIIv, IXr, 306v-309 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

101 (olim 145). Saec. XV, membran., mm. 363×215, ff. I-VI. 263.

Venerabilis **Bedae** et **s. Anselmi** cantuariensis opera varia.

1. Bedae [1] (f. 1) in s. Marci evangelium expositio (M. 92, 131-302). [2] (f. 77). ⟨Super acta apostolorum⟩ (M. 92, 937-996). [3] (f. 119). Super epistolam s. Iacobi apostoli (M. 93, 9-42). [4] (f. 133). In epist. I s. Petri apostoli (M. 93, 41-68). [5] (f. 146). In epist. II eiusdem (M. 93. 67-86). [6] (f. 154). In epist. s. Iudae apostoli (M. 93, 123-130). [7] (f. 157). In epist. I s. Ioannis (M. 93, 85-120). [8] (f. 172r). In epist. II (M. 93, 119-122). [9] (f. 173r). In epist. III (M. 93, 121-124). [10] (f. 174v). Explanatio Apocalypsis (M. 93, 133-206). Desunt prologus et capita; in fine additur (f. 202v) ⟨Bedae (?) brevis deprecatio ad lectorem⟩. Inc. *Explicito tandem tantoque periculoso labore suppliciter obnixeque deprecor.* Des. *lignique uite cuius aliquatenus odore famaque aspersit. Amen. Deo gratias Amen.*

2. S. **Anselmi cantuariensis archiep.** [1] (f. 203) **de divinitatis essentia Monologium** (M. 158, 141-224). [2] (f. 224v). **Proslogion seu Alloquium de dei existentia** (in ms. *de uita contemplatiua*). (M. 158, 223-242; inter prologum et cap. I praeeunt capita in librum). [3] (f. 231). **De conceptu virginali et originali peccato** (M. 158, 431-464). [4] (f. 240). **Dialogus de libero arbitrio** (M. 158, 489-506). [5] (f. 245). **De concordia praescientiae Dei cum libero arbitrio** (M. 158, 507-542). [6] (f. 255v). ⟨**De fide Trinitatis et**⟩ **de incarnatione verbi ad Urbanum papam** (M, 158, 261-284; deest praefatio, inc. ab epistola nuncupatoria ad Urbanum).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 88 signatur, binis columnis exscriptus est. Tituli, primo excepto, minusculis rubris, litterae initiales maiores tum caeruleae tum rubrae, initiales maximae coloribus depictae sunt. In f. I-Vr tabulae capitum cum eorum initiis. In f. VIv circulus magnus auro, coloribus et gemmis ornatus, quem ambiunt quatuor circuli minores in quibus insignia ac tessera gentilicia F⟨riderici⟩ D⟨ucis⟩ Urbini. In f. 1 ornamentum tripartitum, coloribus, candelabris, insignibus ac tesseris gentiliciis Friderici ducis urbini posterius pictis cum litteris F⟨ridericus⟩ D⟨ux⟩. Ff. I, Vv, VIr, 76, 263 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

102 (olim 144). Saec. XV, membran., mm. 357×250, ff. VIII. 310.

Venerabilis **Bedae** opera nonnulla, **s. Leonis M.** epistola, **astronomica et chronologica** aliqua.

1. **Bedae** [1] (f. 1) **in s. Lucae** evangelium expositio, libri I-VII (M. 92, 307-634; desunt initio epistolae nuncupatoriae). [2] (f 153). **De temporum ratione** (M. 90, 293-522, lin. 25; abrumpitur enim in vv. *genus propagaret humanum;* reliqua quaere infra in f. 215). [3] (f. 189). *Bedae* (?) **Computus.** Inc. Prologus. *Multiplicem computandi scientiam perscrutatus quedam rudimenta.* Des. *Verum ne in opere paruo lectoris intentionem prolixa prefatione moremur ad propositum accedamus.* ⟨Cap. I⟩ *De concurrentibus.* Inc. *Seriem concurrentium.* Pergunt capp. *De regularibus ferialibus, de regularibus lunaribus, de epactis lunaribus, de decimaquarta luna paschatis, de dominica pasche.* Des. *Sin autem primo partitio duodenario concludatur in uirgine memoratum semper inueniri planetam.*

2 (f. 193). S. **Leonis** ⟨Magni⟩ epistola 138 (M. 54).

3. **Astronomica** et **chronologica** [1] (ibid.). *Quibus modis dicuntur menses IIII. Quomodo sub ydolis. sub rebus. sub regibus. sub numeris.* Inc. *Ianuarius quibus modis dicitur.* Des. *et december eo quod decimus.* Sequuntur nonnulla de nonis et idibus uniuscuiusque mensis. [2] (f. 193v). **Regulae astronomicae** variae cap. 1: *ad inueniendas concurrentes.* Inc. *si uis scire concurrentes.* pergunt alia capita omnino ut in cod. XII S. Crucis apud Bandini, Biblioth. Lau-

rent. 4, coll. 618-619, n. V. Des. *ipsos addimus nos ad lune cursum.* [3] (f. 202v). Alius cómputus. Inc. *Circa hanc scientiam que compotus dicitur.* Des. *et obseruationem nostram nichil habere erroris.*

4 (f. 215). Bedae continuatio operis de temporum ratione a medio cap. 66 ad finem (in ms. *cronica de prima etate seculi*). Inc. *Adam annorum CXXX genuit Seth.* (M. 90, 522, lin. 26-578).

5 (f. 233). *Excerptio venerabilis Bedae* (?) *ex opusculis s. Augustini episcopi. In epistolas s. Pauli apostoli.* Inc. *Paulus servus... Ex libro contra quinque hereses. Ordo iste sequendus est ut loquens de euangelio.* Des. cum sententia *ex libro de ciuitate dei XVI, tit. 37. Hic discimus in uescendo non ciborum genere sed auiditate immodesta quemquam culpandum. Amen;* sunt hae sententiae 449 ex omnibus operibus s. Augustini, sed omnes recensere supervacaneum puto.

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 89 signatur, eadem manu et eodem tenore exscriptus est quibus codex antecedens. In f. IIv circulus magnus floribus decoratus, quem ambiunt quinque circuli minores; in quatuor inscripta sunt opera quae codex continet, quintus est vacuus. In f. III-VIII tabula capp. et sententiarum. In f. 1 ornamentum tripartitum satis elegans ex floribus cum tribus insignibus ac tessera gentilicia F⟨riderici⟩ D⟨ucis⟩ Urbini. In prima initiali B imago s. Lucae evangelistae manu italica. In f. 153 ornamentum tripartitum ex auro et floribus, in cuius parte inferiore circulus adhuc vacuus ad excipiendam emptoris tesseram gentiliciam. Ff. I, IIr, 151v, 152, 309, 310 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

103 (olim 157). Saec. XV, membran., mm. 352×248, ff. II. 290.

Richardi et **Hugonis** de s. Victore opera varia.

1. Richardi de s. Victore [1] (f. 1) de Trinitate libri I-VI (M. 196, 887-992) [2] (f. 41). ⟨De praeparatione animi ad contemplationem seu Beniamin minor⟩ (M. 196, 1-64; in summis margg. opusculum titulum habet *de duodecim patriarchis*). [3] (f. 66). De statu interioris hominis tractatus I-III (M. 196, 1115-1160). [4] (f. 84). De exterminatione mali et promotione boni (in ms. *de transitu iordanis*) tractatus I-III (M. 196, 1073-1116). [5] (f. 101). De gratia contemplationis seu Beniamin maior libri I-V (M. 196, 63-192; in cod. hoc opusc. titulum habet *de contemplatione libri IV*, quia quartus et quintus edd. in cod. quartum constituunt).

2. ⟨Hugonis de s. Victore⟩ [1] (f. 155) Commentariorum in Hierarchiam caelestem s. Dionysii areopagitae libri I-X (M. 175, 923-1154). [2] (f. 235). ⟨Eruditionis didascalicae liber VII⟩ (in ms. *de tribus diebus;* M. 176, 811-838). [3] (f. 245v). Soliloquium de arrha animae (M. 176, 951-970).

[4] (f. 253). De laude caritatis (M. 176, 969-976). [5] (f. 255^{v}). Eruditionis didascalicae libri I-VI (M. 176, 741-812).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 87 signatur, eadem manu atque eodem tenore descriptus est, quibus codices 101-102. In f. II^{v} circulus magnus floribus decoratus in cuius medio compendiarius titulus codicis. In f. 1 ornamentum tripartitum ex candelabris, coloribus, floribus, quatuor insignibus ac duabus tesseris gentiliciis F⟨riderici⟩ D⟨ucis⟩ Urbini. In f. 283-289 tabula seu indices capp. operum, quae codex continet. Ff. I, II^{r}, 282^{v}, 289^{v}, 290 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

104 (olim 980). Saec. XV, membran., mm, 330×231, ff. XVIII. 239.

S. Brigittae revelationes, Sibyllae erithraeae prophetiae.

1 (f. 1). S. Brigittae Revelationum libri I-IV priores (Ed. Consalvus Durantus episcopus feretranus Revelationes s. Brigittae, Romae 1628, 1, pars II, p. 1-545); praeit [1] (f. XI) ⟨Magistri Mathiae de Svetia prologus in librum revelationum⟩ (l. cit., pars I, p. 38-42 non numeratae). **2** (f. XIV). Sibyllae erithraeae prophetiae quas e graeco sermone transtulit dominus Eugenius regni Siciliae, capita I-VII. (*Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde*, Hannover 1890, p. 155-173). **3** (f. 229). ⟨S. Brigittae revelationum extravagantium capp. I-XXI seu auctarium in lib. IV⟩. [1] (ibid.) Extravagantium cap. 24 (ed. cit., 2, p. 425-426), [2] (f. 229^{v}) 39, [3] (f. 230) 50, sed desunt quatuor verba in fine [4] (f. 231) 51, [5] (f. 232^{v}) 62, [6] (ibid.) 75, [7] (f. 233^{v}) 89, [8] (f. 234) 17, [9] (f. 234^{v}) 80, [10] (f. 235) 63, [11] (f. 235^{v}) 69, [12] (ibid.) 64, [13] (f. 236) 88, [14] (f. 236^{v}) 52, [15] (ibid.) 86, [16] (ibid.) 87, [17] (f. 237) 5, [18] (ibid.) 6, [19] (ibid.) 91, [20] (f. 237^{v}) 65, [21] (f. 238) 73.

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 86 signatur, titulos habet minusculis rubris, litteras initiales maiores tum caeruleas tum rubras, initiales maximas aureas floribus decoratas. In ff. III-X capitum tabula. In f. XVIII^{v} circulus magnus floribus ornatus in cuius medio titulus operis. In f. 1 ornamentum tripartitum ex floribus, avibus, bestiis, geniis, in parte inferiore tessera gentilicia Friderici ducis Urbini posterius picta. Ff. I-II, XVIII^{r}, 238^{v}, 239 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Innocentii XI et Lau. Brancati card. bibliothecarii.

105 (olim 146). Saec. XV in., membran., mm. 334×228, ff. II. 221.

Haymonis ⟨Hirsaugiensis?⟩ et **Haymonis** Halberstatensis episcopi homiliae.

1. Haymonis halberstatensis (f. 2) homilia 2 (M. 118).

2. Haymonis ⟨Hirsaugiensis?⟩ [1] (f. 7) Homil. in Dominica II adventus. Inc. *Beatus Iohannes baptista.* Des. *angelus uocatur* (Homeliae d. Haymonis, Colo-

niae, 1534, Anth. Bonnemein, f. 11-13ᵛ; cf. *Hist. litt. de la France*, 5, p. 118). [2] (f. 9). Dominica IIII: Inc. *Eo tempore quo beatus Iohannes*. Des. *ualeamus peruenire* (ed. cit. f. 13ᵛ-16ʳ). [3] (f. 12). In vigilia nativitatis domini... Inc. *Exordium huius euangelii*. Des. *huius seculi ac futuri* (ed. cit. f. 16ʳ-19). [4] (f. 14ʳ). In festivitate natalis domini. Inc. *Quare non dicitur in hoc*. Des. *plenus est dei* (ed. cit. f. 23-28). [5] (f. 19ʳ). In natali s. Stephani... Inc. *Verba huius leccionis*. Des. *quandoque uenturus sit* (ed. cit. f. 28-31ʳ). [6] (f. 23ʳ). In die s. Ioannis... Inc. *Postquam dominus celebrauit*. Des. *maior esset mens quam deus* (ed. cit. f. 31ʳ-34ʳ). [7] (f. 26ʳ). In die ss. Innocentium... Inc. *Iste locus erat superior*. Des. *concepcione consecrata sit* (ed. cit. f. 34ʳ-38ʳ). [8] (f. 30ʳ). Dominica I octavae natalis. Inc. *In textu euangelii*. Des. *perfectus est Christus* (ed. cit. f. 38ʳ-42ʳ [9] (f. 34ʳ). In die circumcisionis... Inc. *Postquam consumati sunt dies octo*. Des. *et corpore et corde adiuuante domino nostro*... (ed. cit. f. 42ʳ-44ʳ). [10] (f. 37). In die epiphaniae... Inc. *Tria in hoc versiculo*. Des. *uidere merebimur, qui cum*... (ed. cit. f. 44ʳ-49ʳ). [11] (f. 42ʳ). Dominica I octavae epiphaniae... Inc. *Cum factus esset Ihesus*. Des. *etas proficit* (ed. cit. f. 51-53). [12] (f. 45). Dominica I post octavam epiphaniae. Inc. *Nupcie fatte* (!) *sunt in chana*. Des. *solidati sunt in fide christi* (ed. cit. f. 53ʳ-59ʳ). [13] (f. 51ʳ). In octava epiphaniae. Inc. *Vidit Iohannes yhesum*. Des. *appellauit eum filium dei* (ed. cit. f. 49ʳ-51). [14] (f. 53ʳ). Dominica III post epiphaniam. Inc. *Cum descendisset... Superior sermo*. Des. *nos perducat dominus ihesus*... (ed. cit. f. 59ʳ-63). [15] (f. 57ᵛ). In purificatione b. Mariae. Inc. *Postquam impleti sunt dies*. Des. *et ueritatis sue domni israel* (ed. cit. f. 201ᵛ-205ᵛ). [16] (f. 61ᵛ). In septuagesima. Inc. *Simile est regnum celorum... Intellectus huius lectionis*. Des. *De quibus nos liberare dignetur dominus yhesus*... (ed. cit. f. 63-66). [17] (f. 64ʳ). In sexagesima. Inc. *Cum turba plurima... Ubicumque in sacra scriptura uocabulum turbe*. Des. *fruttum afferunt. Quod nobis prestare dignetur*... (ed. cit. f. 66-68). [18] (f. 67). In quinquagesima. Inc. *Assumpsit yhesus... Redemptor et saluator noster*. Des. *Sine me nichil potestis facere* (ed. cit. f. 68-71). [19] (f. 70). In die cinerum Inc. *Cum ieiunatis non solum a cibo et potu*. Des. *deus illius uenter* (ed. cit. f. 71-72). Subnectitur [20] (f. 71ʳ). ⟨In feria VI post cineres⟩ Inc. *Audistis quia dictum est iudeis*. Des. *et reddet tibi mercedem* (ed. cit. f. 72-72ʳ). [21] (f. 72). Dominica I quadragesimae. Inc. *Ductus est... Hoc primum in huius*. Des. *qui diligunt eum* (ed. cit. f. 72ᵛ-76). [22] (f. 76.) Dominica II quadragesimae. Inc. *Superior sermo*. Des. *ualeamus inuenire* (ed. cit. f. 76ᵛ-79ᵛ). [23] (f. 80). Dominica III quadragesimae. Inc. *Mutum dicebatur demonium*. Des. *beatus est* (ed. cit. f. 80-82). [24] (f. 83ʳ). Dominica IV quadragesimae. *In Illo tempore abiit yhesus trans mare galilee*... Inc. *In exordio huius leccionis dicendum est quod mare galilee pro di-*

uersitate locorum multis uocabulis nuncupatur. Des. *De uisibilibus ad inuisibilia de dyabulo ad christum* (differt ab ed. f. 82ʳ-83ᵛ). [25] (f. 84ᵛ). Dominica V quadragesimae. Inc. *In subleuatione oculorum yhesu inditium pietatis eius demonstratur.* Des. *prout gessit siue bonum siue malum.* (Differt ab ed. f. 82ʳ-86ᵛ). [26] (f. 87ᵛ). Dominica in passione. Inc. *Sermo euangelicus describit.* Des. *paratum est ab origine mundi. Ad quod regnum...* (ed. cit. f. 87-89ᵛ). [27] (f. 91). Dominica palmarum. Inc. *Redemptor noster pro humani generis.* Des. *percipite regnum... Ad quod regnum...* (ed. cit. f. 3-6ᵛ). [28] (f. 95ᵛ). In festo Paschae. Inc. *Quatuor marias legimus.* Des. *gloriam eternam. Ad quam...* (ed. cit. f. 90-92). [29] (f. 98ᵛ). Feria III Paschae. Inc. *Superius textus euangelicus.* Des. *bonis operibus adornaueritis* (ed. cit. f. 97-98ᵛ). [30] (f. 100ᵛ). In octava Paschae. Inc. *Cum esset sero... Quare metuebant discipuli iudeos.* Des. *Ego sum uia ueritas et uita. Ad quam vitam contemplationis...* (Differt ab ed. l. cit., f. 98ᵛ-101ᵛ). [31] (f. 104). Dominica II post Pascha. Inc. *Loquens dominus ouibus.* Des. *neque sitiet amplius* (ed. cit. f. 109ᵛ-111ᵛ). [32] (f. 107). Dominica III post Pascha. Inc. *Sciens redemptor noster.* Des. *et omnia bona aderunt ad que nos...* (ed. cit. f. 112-114ᵛ). [33] (f. 110). Dominica IV post Pascha. Inc. *Tempore passionis appropinquante.* Des. *et annunciabit uobis* (ed. cit. f. 114ᵛ-119). [33] (f. 115ᵛ). Dominica V post Pascha. Inc. *Amen hebreus sermus* (!) *est.* Des. *et verus dei filius* (ed. cit. f. 119-121ᵛ). [34] (f. 118). In die rogationum. Homilia in evangelium: *Quis vestrum habebit amicum...* Inc. *Rogatus dominus a discipulo ut orationis formam.* Des. *si enim ex toto corde petiuerimus,* (differt ab ed. f. 121ᵛ-123). [35] (f. 120). In die Ascensionis. Inc. *Recumbentibus undecim... In textu euangelii habetur.* Des. *id est miraculis* (ed. cit. f. 123-126). [36] (f. 123ᵛ). Dominica infra octavam Ascensionis. Inc. *In multis leccionibus.* Des. *fidelissimus remunerator* (ed. cit. f. 126-128). [37] (f. 126). In die Pentecostes. Inc. *De dilectione dei.* Des. *confidentiam nostram* (ed. cit. f. 128-131ᵛ). [38] (f. 130). Dominica I post Pentecosten. Inc. *Homo quidam... Sensus istius leccionis.* Des. *in sinu abrahe recipi mereamur, adiuuante...* (ed. cit. f. 131ʳ-135ᵛ). [39] (f. 134). Dominica II post Trinitatem. Inc. *Homo fecit cenam... Narrat superius.* Des. *remaneant in pena* (ed. cit. f. 136-138ᵛ). [40] (f. 137). Dominica III post Pentecosten. Inc. *Erant appropinquantes... Eo tempore quo dominus.* Des. *illorum habere consortium... domino adiuuante...* (ed. cit. f. 138ᵛ-141ᵛ). [41] (f. 140). Dominica IV post Pentecosten. Inc. *Estote misericordes... Misericors dicitur a misero.* Des. *a minoribus peccatis* (ed. cit. f. 142-144). [42] (f. 142ᵛ). Dominica V post Pentecosten. Inc. *Cum turbae irruerent... Cum turbae irruerent id est cum festinatione.* Des. *uel aliquis doctor* (ed. cit. f. 144ʳ-148). [43] (f. 146ᵛ). Dominica VI post Pentecosten. Inc. *Amen dico uobis... Sensus huius leccionis.* Des. *erit illi acceptabile* (ed. cit.

f. 148-150ᵛ). [44] (f. 148ᵛ). In nativitate s. Ioannis Baptistae. Inc. *Audiamus sub breuitate sensum.* Des. *sic narrent* (ed. cit. f. 207-208ʳ). [45] (f. 150). In festo apostolorum Petri et Pauli. Inc. *Philippus iste frater.* Des. *et reconciliat altari* (ed. cit. f. 208ᵛ-210ʳ). [46] (f. 151ʳ). In commemoratione s. Pauli apostoli. Inc. *Superius dixerat dominus de diuitibus.* Des. *hereditatis mee* (ed. cit. f. 210ʳ-213). [47] (f. 150). Dominica VII post Trinitatem. Inc. *Quicumque in sacro euangelio.* Des. *qui est, qui erat et qui uenturus est* (differt ab ed. f. 150ʳ-154ʳ, praesertim sub finem). [48] (f. 157ʳ). Dominica VIII post Trinitatem. Inc. *Preuidens dominus dottrinam hereticorum.* Des. *ille talis nullo modo intrabit in regnum celorum* (alia est quam quae in ed. cit.). [49] (f. 160). In Dominica IX post Trinitatem. Inc. *Homo iste deus omnipotens intelligitur, quo nichil est ditius.* Des. *uitam eternam et non dabitur ei.* [50] (f. 161ʳ). Altera expositio verborum Evangelii: *Homo quidam erat diues qui habebat uillicum...* Inc. *Hic dottor in uillico incipit hoc quod dominus eitiebat a uillicatione.* Des. *quod parauit dominus diligentibus se. Ad quod gaudium...* [51] (f. 163). Dominica X post Trinitatem. Inc. *Flens yhesus Christus appropinquante tempore passionis sue.* Des. *consortes regni celorum effici mereamur...* (in ultimis lineis tantum convenit cum homilia ed. cit. f. 158-159ʳ). [52] (f. 166ʳ). Dominica XI post Trinitatem. Inc. *Ex superioribus lectionis euangelice uerbum.* Des. *quod uobis paratum est ab origine mundi. Ad quod...* (ed. cit. f. 160-161ʳ, sed differt aliquantum in prioribus et ultimis lineis). [53] (f. 168). Dominica XII post Trinitatem. Inc. *Superius dixit Marchus euangelista.* Des. *se laudare et benedicere* (ed. cit. f. 161ʳ-164). [54] (f. 170). Dominica XIII post Trinitatem homil.: *In exordio huius lectionis queritur quare dominus beatificauerat oculos.* (Ed. Liverani, Spicilegium Liberianum, Florentiae 1863, p. 451-455). [55] (f. 173). Dominica XIV post Trinitatem. Inc. *Appropinquante tempore passionis sue.* Des. *factis autem negauit* (differt ab ed. anni 1534, f. 167ʳ-168ʳ). [56] (f. 175). Dominica XV post Trinitatem. Inc. *Diuina leccio supra memorauit.* Des. *diligentibus se* (ed. cit. f. 168ʳ-172). [57] (f. 179). Dominica XVI post Trinitatem. Inc. *Naym ciuitas.* Des. *in penis inferni* (ed. cit. f. 172-175ʳ). [58] (f. 181). Dominica XVII post Trinitatem. Inc. *Pergebat dominus.* Des. *exaltabitur* (ed. cit. f. 176-178ʳ). Dominica XVIII post Trinitatem. Inc. *Eo tempore.* Des. *tu dicis* (ed. cit. f. 178ʳ-181ʳ). [59] (f. 187). In Dominica ultima post Pentecosten alia homilia quae pergit continuo post antecedentem. Inc. a lin. 11 primae columnae: *Tunc loquutus est yhesus ad turbas et ad discipulos suos dicens: Super cathedram moysi... Postquam dominus superauit scribas et phariseos sermonibus suis.* Des. *eo amplius in celesti beatitudine gloriaberis* (ed. cit. f. 197-199, sed alio initio). [60] (f. 188ʳ). Dominica XIX post Trinitatem. Inc. *Superius sermo euangelicus narrat.* Des.

nihil potestis facere. (ed. cit. f. 182-184v). [61] (f. 191). Dominica XX post Trinitatem. Inc. *Parabola grece latine dicitur similitudo.* Des. *cum angelis. Ad quorum consortium...* (ed. cit. f. 184v-187v). [62] (f. 193v). Dominica XXI post Trinitatem. Inc. *Regulus diminutiuum.* Des. *subrogare* (ed. cit. f. 188-189). [63] (f. 194v). Dominica XXII post Trinitatem. Inc. *Proprium est Syris.* Des. *ex corde dimittatis* (ed. cit. f. 189v-161v, desunt in fine aliquot verba). [64] (f. 196v). Dominica XXIII post Trinitatem. Inc. *Eo tempore quo dominus secundum carnem.* Des. *beatitudine uiuamus. Ad quam...* (ed. cit. f. 192-193v). [65] (f. 198). Dominica XXIV post Trinitatem. Inc. *Ubicumque in euangelio nomen turbe.* Des. *uerbo dei uesci* (ed. cit. f. 194-197). [66] (f. 201). Dominica ultima post Trinitatem. Inc. *Postquam dominus ac saluator multa atque immensa miraculorum signa.* Des. *credo uidere bona domini in terra uiuentium.* [67] (f. 202v). In festo s. Michäelis. Inc. *Quit pertinet haec interrogatio.* Des. *dei filius aduenit* (ed. cit. f. 215-216v). [68] (f. 203v). In festo omnium sanctorum. Inc. *Predicante domino euangelium.* Des. *donabimini.* (ed. cit. f. 216v-218v). [69] (f. 205). In vigilia s. Andreae. Inc. *Quia in gratia dei manebant stare perhibentur.* Des. *super filium marie descendunt.* [70] (f. 206v). In festo s. Andreae. Inc. *Hoc mare propter adiacentes regiones.* Des. *in celis peruenire merebitur. ad quam...* (ed. cit. f. 199v-201v). [71] (f. 208). In Annuntiatione b. Mariae V. Inc. *In mense sexto.* Des. *et obumbraret mihi et pariam filium dei* (post nonnullas lineas alia ab ed. in op. cit. f. 205v-207). [72] (f. 209v). In nocte Natalis domini. Inc. *Exiit edictum idest mandatum.* Des. *imminutus* (ed. cit. f. 19-21v); sed huic homiliae additae sunt in fine ultimae duodecim lineae homil. sequentis in Natali domini a vv. *stans quoque filius dei in carne* usque ad vv. *atque aditum introeundi faceret in quo uiuit...* (ed. cit. f. 22v-23). [73] (f. 211). In octava Epiphaniae. Inc. *De galilea prouincia uenit in alteram prouinciam que uocabatur iudea.* Des. *nec maculam prabi operis.* [74] (f. 213). In natali s. Laurentii. Inc. *Granum frumenti corpus christi humanum quod ex uirgine.* Des. *dedit eis potestatem filios dei fieri.* [75] (f. 213v). In decollatione s. Ioannis. Inc. *Ex occasione commemorationis iohannis inserit euangelista.* Des. *predicari cepit* (ed. cit. f. 213v-215). [76] (f. 215). In festo unius confessoris. Inc. *Homo qui peregre proficiscitur.* Des. *pro eius amore erogabit* (differt aliquantum initio ab ed. l. cit. f. 222-224). [77] (f. 216v). In festo unius confessoris et episcopi. Inc. *Luxuria uirorum.* Des. *ad regnum redit* (ed. cit. f. 224v-225).

3. Sententiae ex patribus, [1] (f. 217) de die iudicii. Inc. *Sicut fasciculum lignorum ad combustionem.* Des. *quando dyabolum dampnari constituit purgabuntur.* [2] (ibid.). Ex s. Gregorio ⟨de vitio gulae⟩. Inc. *Sciendum autem quod nos quinque modis uitium gule temptat.* Des. *non que edenda libido sugerit,*

[3] (f. 218^{r}). Ex s. Isidoro, de tentationibus. Inc. *Mota se* (More suo?) *ysaac apud alienam gentem.* Des. *temptationum cogitationibus ingerunt.* [4] (ibid.). Ex s. Gregorio, de eisdem. Inc. *Sepe cum uerbis diuinis intendimus.* Des. *et scrutabor mandata dei mei.* [5] (ibid.). Ex s. Gregorio, de culpa. Inc. *Tribus modis culpa perpetratur.* Des. *consensu legamus.* [6] (ibid.). Ex s. Gregorio, de peccato. *Mulier quam dedisti...* Inc. *Quattuor modis peccatum perpetratur.* Des. *desperationis nutritur.*

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 101 signatur, binis columnis exscriptus est. Tituli maiusculis rubris; litterae initiales maiores tum caeruleae, tum aureae lineis ornatae sunt. In f. 1^{v} circulus magnus floribus decoratus in cuius medio titulus codicis. In f. 2 ornamentum quadripartitum ex foliis, fructibus, avibus, in duobus circulis caput Iesu Christi Salvatoris, et in altero *Yhesus*. In parte inferiore posterius picta tessera gentilicia F⟨riderici⟩ D⟨ucis⟩. In litt. P initiali codicis manu italica Haimonis episcopi imago cum nimbo. Ff. I-II^{r}, 218^{v}-221 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

106 (olim 159). Saec. XV membran., mm. 344×230, ff. I. 214.

Hugonis Eteriani de haeresibus graecorum, **s. Isidori** hispalensis sententiarum libri, **Lucii III** epistola.

1. Hugonis Eteriani [1] (f. 2) de haeresibus graecorum (in ms. *de immortali deo*) libri I-III (M. 202, 231-396). Subnectuntur [a] (f. 120^{r}) epistola nuncupatoria ad Alexandrum ⟨III⟩ pontificem (M. 202, 227-228); [b] (f. 121) rescriptum Alexandri pontificis (M. 202, 229-230); [c] (f. 121^{v}). Hugonis epistola ad Aimericum antiochenum patriarcham (M. 202, 229-230); [d] (f. 122) rescriptum Aimerici ad Hugonem (M. 202, 231-232); [e] (f. 124). Lucii ⟨III⟩ papae epistola consolatoria de obitu magistri Hugonis ad huius fratrem Leonem imperialium epistolarum interpretem (Constantinopolim) (ed. Bandini, Biblioth. Laurent. 4, col. 632-633; cf. Jaffé Regesta Pont. Rom. n. 14712); [f] (f. 125) adnotatio in librum magistri Hugonis (ed. Bandini l. cit. col. 633).

2 (f. 127^{v}). Isidori hispalensis sententiarum (in ms. *de summo bono*) libri I-III (M. 83, 537-738); praeit (f. 126) epistola Massonae episcopo (M. 83, 899-902; singulis libris praeeunt capita).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 83 signatur, titulos habet tum maiusculis tum minusculis rubris, litteras initiales maiores caeruleas, sed aliquando rubras, litteras initiales maximas auro et coloribus pictas. In f. 1^{v} circulus magnus floribus, gemmis ac tesseris gentiliciis F⟨riderici⟩ D⟨ucis⟩ Urbini posterius decoratus in cuius medio titulus codicis. In f. 2 ornamentum tripartitum ex floribus, insignibus ac tesseris gentiliciis F⟨riderici⟩ D⟨ucis⟩. Ff. I, 1^{r}, 213^{v}, 214 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

107 (olim 158). Saec. XV, membran., mm. 357×250, ff. III. 311.

Hugonis de s. Victore de sacramentis christianae fidei, **s. Anselmi** cantuariensis archiepiscopi opera nonnulla, **s. Ioannis** damasceni de fide orthodoxa.

1 (f. 1). Hugonis de s. Victore de sacramentis ⟨christianae fidei⟩ libri I-II (M. 176, 173-618).

2. S. Anselmi cantuariensis archiep. [1](f. 169) de processione Spiritus sancti contra graecos (M. 158, 285-326). [2](f. 180). Cur Deus homo libri I-II (M. 158, 359-432). [3](f. 201). Dialogus de veritate (M. 158, 467-486). [4](f. 207v). De casu diaboli dialogus (M. 158, 325-360). [5](f. 218). *S. Anselmi* (?) *questiones de preceptis* ⟨de lege aeterna et lege naturali⟩. Inc. *Questio de preceptis est Mt. XIX. Si uis ad uitam ingredi serua mandata. Solent mandata distingui.* Des. *tamquam insinuante et instigante sed non tamquam efficiente uel producente etc.* [6](f. 249v). *Questio est utrum liceat militare.* Inc. *Videtur quod non, quia omnis militia uel ob iniuriam propulsandam. uel propter vindictam inferendam.* Des. *in ostentatione corporis obseruanda sunt.*

3 (f. 251). S. Ioannis Damasceni de fide orthodoxa (in ms. *liber qui mansur...*) libri I-IV (cf. M. Patr. gr. 94, 790-1227) a Burgundione pisano ad Eugenium III papam de graeco in latinum translati. Inc. *Deum nemo uidit... Ineffabilis est igitur deus et incomprehensibilis. Nullus enim cognoscit patrem.* Des. lib. IV *uidentes ipsum et uisi et indefitiens id quod ab ipso est gaudium fructificantes.*

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 85 signatur, binis columnis exscriptus est. Tituli minusculis, litterae initiales maiores tum caeruleae tum rubrae lineis initiales maximae aureae floribus ornatae sunt. In f. IIv indiculus manu diversa in opera codicis; in ff. 303-310 index capitum omnium operum quae codex continet. In f. IIIv circulus maximus foliis, auro et coloribus ornatus, in cuius medio titulus codicis. In f. 1 ornamentum elegans tripartitum auro, foliis et coloribus decoratum una cum tribus insignibus ac tessera gentilicia maiore Friderici ducis Urbini. Ff. I-IIIr, 302v, 311 vacua.
In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

108 (olim 159). Saec. XV, membran., mm. 361×248, ff. I. 265.

Hugonis de s. Victore opera varia, **Galteri, Achardi, Manducatoris, Henrici, Mauritii, Gaufridi, Odonis, Petri Lombardi, Richardi** et anonymi sermones.

1. Hugonis de s. Victore [1](f. 4) ⟨de sacramentis legis naturalis et scriptae dialogus⟩ (in ms. *quid fuit prius antequam mundus fieret*) (M. 176, 17-42). [2](f. 14). ⟨Allegoriarum in N. T. libri II capita 3-14⟩ (in ms. *de septem uiciis principalibus*) (M. 175, 774-789). [3](f. 20). ⟨De quinque septenis caput 5⟩ (in ms. *de septem donis*) (M. 175, 410-414). [4](f. 21v). De amore sponsi ad

sponsam (M. 176, 987-994). [5] (f. 24). De b. Mariae virginitate (M. 176, 857-876). [6] (f. 32). ⟨De mundi vanitate⟩ (in ms. *de rerum mundanarum*) libri I-IV usque ad vv. *stabilitatemque eternam totis desideriis colliguntur* (M. 176, 703-739, B, 10). [7] (f. 47^{r}). Soliloquium de arrha animae (M. 176, 951-970). [8] (f. 56). De modo (in ms. *de uirtute...*) orandi (M. 176, 977-988). [9] (f. 60^{r}). *Hugonis* (?) prologus in sermones ⟨ubi agitur de quaestione: Quomodo movetur voluntas cum se convertit ab incommutabili bono⟩. Inc. *Libro secundo de libero arbitrio fortasse quesiturus es quomodo mouetur.* Des. *cum ad inferiora homo detorquet quasi quedam* (!) *cardinem ueritatis.*

2. Sermones. [1] (f. 61). ⟨Magistri Galteri⟩ expositio primi sermonis magistri Hugonis de s. Victore *de in ramis palmarum.* Inc. *Benedictus qui uenit in nomine domini. Mediator dei et hominum homo christus ihesus ut sue meditationis impleret offitium.* Des. *dicamus omnes, dicamus singuli. Benedictus qui uenit in nomine domini. amen.* (cf. Hauréau, *Notices et Extraits de mss. lat.* Paris 1891, 3, p. 20). [2] (f. 63). ⟨Galteri, l. cit. p. 21⟩ *in die parasceue.* Inc. *Christus mortuus est propter delicta nostra.* Des. *et gaudium nostrum nemo tollet a nobis. quod nobis prestare...* [3] (f. 65). ⟨Galteri, l. cit. p. 23⟩ *de spiritu sancto.* Inc. *Advenit ignis diuinus non comburens.* Des. *ad summe trinitatis contemplacionem in omnem ueritatem. ad gloriam sempiternam ad quam...* [4] (f. 66^{r}). ⟨Magistri Achardi, l. cit. p. 24⟩ *de natali domini.* Inc. *In natalis* (!) *emanuelis eius cibo nos refici condecet.* Des. *nisi leo de tribu iuda qui per merita sue carnis nos perducat ad fruitionem sue deitatis.* [5] (f. 68^{v}). ⟨Galteri (?), l. cit. p. 25⟩ *de Epiphania.* Inc. *Ecce stella quam uiderant magi... Sollempnitates presentis diei tribus miraculis.* Des. *ad quam inebriationem et omnium bonorum affluentiam nos perducere...* [6] (f. 70^{r}). ⟨Galteri, l. cit. p. 25⟩ *de Purificatione.* Inc. *De sollempnitate purificationis scriptum est.* Des. *iubilant omnes filii dei ad quorum consortium...* [7] (f. 72). ⟨Magistri Petri Manducatoris, l. cit. p. 25⟩ *in Purificatione.* Inc. *Oblatus est quia uoluit. Bis legitur dominus oblatus fuisse.* Des. *quod ipse qui est thronus gratie...* [8] (f. 74). ⟨Achardi, l. cit. p. 26⟩ *in dedicatione.* Inc. *In sole posuit... Sol iste est uisibilis splendorem habet et calorem.* Des. *ad cuius templi dedicationem nos perducat ipse auctor huius templi et dedicator. Amen.* [9] (f. 75). ⟨Achardi, l. cit. p. 28⟩ *in aduentu domini.* Inc. *Veni domine ihesu. hec uerba posuit iohannes in fine apocalipsis.* Des. *totus deificatus ad cuius diuinitatis contemplationem...* [10] (f. 77). ⟨Magistri Henrici, l. cit. p. 29⟩ *de apostolis.* Inc. *Estote prudentes sicut serpentes... Precipitur in euangelio ut edificamus* (!) *turrim...* Des. *uitam conferens sempiternam ad cuius esum et saturitatem nos perducere dignetur...* [11] (f. 78^{r}). ⟨Magistri Mauricii, l. cit. p. 29⟩ *de s. Victore.* Inc. *Vincenti dabo manna... Decet in sollempnitate gloriosi martiris...* Des. *melius nos fama quam experientia nouimus ad*

cuius experientiam nos perducere... [12] (f. 79r). ⟨Magistri Petri Manducatoris, l. cit. p. 30⟩ *de assumptione uirginis.* Inc. *Moyses tulit uirgam aaron et reposuit in archa federis. filii namque israel.* Des. *de merito castitatis ad premium beatitudinis...* [13] (f. 81). ⟨Magistri Mauricii, l. cit p. 30⟩ *de s. Victore.* Inc. *Hec est uictoria... Scitis fratres mei. diem presentem uenerari.* Des. *et amor dei semper dulcescat. qui uictores coronat eterna corona. ad quam...* [14] (f. 82r). ⟨Magistri Petri Manducatoris de s. Augustino, l. cit. p. 31⟩ (in ms. *de s. Victore*). Inc. *Filius accrescens... Iacob diem* ⟨finis⟩ *sui preuidens.* Des. *Ad quam benedictionem et uocem iucundam et cunctis seculis desiderabilem nos perducere...* [15] (f. 84v). ⟨Magistri Galteri, l. cit. p. 32⟩ *de purificatione.* Inc. *Sunt lumbi... Festiua sollemnitas presentis diei in tribus linguis.* Des. *et in omni et bonitate perfectos ad regnum caritatis perducat amen.* [16] (f. 87r). ⟨Magistri Petri Manducatoris, l. cit. p. 33⟩ *de annuntiacione domini.* Inc. *Eo tempore egressus est Isaac ad meditandum in agro in occursum serui sui.* Des. *Ille qui ingressus est propter nos per se uiam perducat nos ad se patriam* (!) *Amen.* [17] (f. 89). ⟨Galteri, l. cit. p. 34⟩ *de epiphania.* Inc. *Hic est filius meus... Sit omnis homo uelox ad audiendum.* Des. *et credendo ad eorum consortium conueniremus. quod nobis...* [18] (f. 90v). ⟨Galteri, l. cit. p. 34⟩ *de spiritu sancto.* Inc. *Non accepistis spiritum seruitutis... Spiritus sanctus creatrix est potentia.* Des. *ad quem iubilum nos perducere dignetur dominus ihesus christus qui est uia ueritas et uita.* [19] (f. 92r). ⟨Galteri, l. cit. p. 34⟩ *in die dominicae resurrectionis.* Inc. *Si qua in Christo noua creatura transierunt uetera.* Des. *in hereditatem sibi ad cuius consortium nos perducere dignetur dominus...* [20] (f. 94r). ⟨Magistri Gaufridi, l. cit. p. 35⟩ *de sermone communis* (!). Inc. *Vidi aquam egredientem a dextro latere... Libenter suffertis insipientes.* Des. *gloria sempiterna erit super capita eorum gaudium et leticiam ad quam nos perducat dominus...* [21] (f. 96v). ⟨Galteri, l. cit. p. 35⟩ *de assumptione.* Inc. *Ostende mihi faciem... cum omni deuotione colenda est gloriosa assumptio.* Des. *meritis et precibus beate marie nos perducere dignetur filius...* [22] (f. 98r). ⟨Magistri Achardi, l. cit. p. 35⟩ *de resurrectione.* Inc. *Dies iste dies Christus est dies domini dies.* Des. *et ad apostolos suos perducat. Amen.* [23] (f. 101). ⟨Magistri Achardi, l. cit. p. 37⟩ *in ramis palmarum.* Inc. *Venit ihesus ad montem oliueti... Venit mons ad montem.* Des. *ducit eos in ierusalem in ueram pacis uisionem. ad quam...* [24] (f. 102v). ⟨Anonymi vel Achardi, l. cit. p. 37⟩ *de communi exortacione.* Inc. *Veni in altitudinem maris... Mare seculum presens mare salsum.* Des. *longe a portu quietis ad portum nos perducat...* [25] (f. 103r). ⟨Magistri Achardi, l. cit. p. 38⟩ *in pascha.* Inc. *Dominice resurrectionis excellentia tante festiuitatis.* Des. *Gratia enim dei datur uita eterna. ad quam nos perducere...* [26] (f. 105r). ⟨Magistri Mauritii, l. cit. p. 39⟩ *de ascensione domini.* Inc. *Sol oritur et occidit...*

De sollempnitate ascensionis dominice non prout uestre. Des. *per fidem et uirtutem passionis dominice ad quam...* [27] (f. 107). ⟨Magistri **Mauritii**, l. cit. p. 39⟩ *sermo communis.* Inc. *Quid est bonum dei. quid est pulchrum dei. fructum electorum.* Des. *ideo addo quantum possibile est.* [28] (f. 108). ⟨Magistri **Odonis**, l. cit. p. 40⟩ *de purificatione.* Inc. *Adorna thalamum tuum syon et suscipe regem... Scriptum est ubi maius est scientie donum.* Des. *et nos in ipso quietis beatitudine perfrui faciat.* [29] (f. 110). ⟨Magistri **Achardi**, l. cit. p. 41⟩ *de septuagesima.* Inc. *Septuagesima in alterius rei memoriam et in alterius rei figuram.* Des. *ad quam laudem nos perducere dignetur. Amen.* [30] (f. 111ᵛ). ⟨Magistri **Mauricii**, l. cit. p. 41⟩ *de sollempnitate cuiuslibet martyris.* Inc. *Vincenti dabo manna... Semel loquitur deus et duo audiuntur.* Des. *ad quam uisionem beati uictoris meritis nos perducere dignetur. Amen.* [31] (f. 112ᵛ). ⟨Magistri **Petri Manducatoris**, l. cit. p. 41⟩ *de assumptione...* Inc. *Cum sim puluis et cinis timeo loqui uobis.* Des. *uirginis filius nos perducere dignetur.* [32] (f. 114). ⟨Anonymi, l. cit. p. 42⟩ *de dedicatione.* Inc. *Vidit Iacob scalam... Triplex est uisio, Visio noctis.* Des. *habent consortium angelorum. ad quos nos militantes perducat...* [33] (f. 115ᵛ). ⟨**Achardi**, l. cit., p. 42⟩ *de natiuitate beate marie.* Inc. *Ego quasi uitis... Apostoli bonus odor et suauis erant deo.* Des. *filius eternaliter procedit et nascitur a patre ad cuius contemplationem...* [34] (f. 117). ⟨**Galteri**, l. cit. p. 43⟩ *de omnibus sanctis.* Inc. *In domo patris mei multe mansiones... Nemo aliquid habet nisi quod accepit.* Des. *per mansiones iusticie ad permansiones glorie perducat. Amen.* [35] (f. 120). ⟨**Galteri**, l. cit. p. 43⟩ *in natali domini.* Inc. *Verbum caro... Fratres quotiens hoc genere loquendi uobis loqui compellor.* Des. *ut regem nostrum possimus uidere in decore suo.* [36] (f. 123ᵛ). ⟨**Galteri**, l. cit. p. 44⟩ *in festo beate marie.* Inc. *Gaudeamus omnes... Presens generatio nostra non attendit quid dicatur.* Des. *de tabernaculo ad domum ad quam nos perducat dominus...* [37] (f. 125). ⟨Petri **Lombardi**, l. cit. p. 44⟩ *sermo communis* (ed. l. cit. p. 44-49). [38] (f. 126ᵛ). ⟨Magistri **Achardi**, l. cit. p. 50⟩ *de sollempnitate s. Augustini.* Inc. *Quoniam oportet me implere locum sapientis.* Des. *nos perducat diuina maiestas trina et una. Amen.* [39] (f. 128). ⟨Magistri **Achardi**, l. cit. p. 51⟩ *de uinea domini excolenda.* Inc. *Simile est regnum... patrifamilias qui exiit... In euangelio quod hodie legitur in ecclesia dicitur.* Des. *de quibus reddet eterne beatitudinis mercedem ad quam...* [40] (f. 129ᵛ). ⟨**Achardi**, l. cit. p. 51⟩ *in dominica palmarum.* Inc. *Que* (!) *sunt processiones principales inter ceteras maiores.* Des. *facie ad faciem ad quam uisionem nos perducere dignetur.* [41] (f. 131). ⟨**Galteri**, l. cit. p. 51⟩ *de natiuitate beate marie.* Inc. *Quam pulchra est casta... Quotiens sermo fit de uirgine uirginum domina angelorum.* Des. *medicina uulnerum nostrorum qui cum patre...* [42] (f. 132ᵛ). ⟨Magistri **Mauricii**, l. cit. p. 52⟩ *de s. Augustino.* Inc. *Anima cum obtulerit sacrificium oblationis... Hec auctoritas*

habetur in leuitico. Des. *qui in celis est. ad cuius uisionem meritis et precibus b. augustini nos perducere dignetur dominus...* [43] (f. 134). ⟨Magistri Achardi, l. cit. p. 52⟩ *de transfiguratione domini.* Inc. *Assumpsit ihesus petrum... In hac sua transfiguratione dominus quid sperare.* Des. *qui pro nobis transfigurari dignatus est. Amen.* [44] (f. 136). ⟨Galteri, l. cit. p. 52⟩ *de ascensione domini.* Inc. *Ascendo ad patrem... Deceret aliquem uirum magnum proferre sermonem.* Des. *et subleuati per ihesum christum qui cum patre...* [45] (f. 138). ⟨Galteri, l. cit. p. 52⟩ *de eadem ascensione.* Inc. *Qui descendit ipse est... Omnis qui lactis est particeps. expars* (!) *est sermonis iustitie. Vos autem fratres mei et domini non estis lactis participes.* Des. *ut adimpleret omnia. Amen.* [46] (f. 140). ⟨Galteri, l. cit. p. 59⟩ *de epiphania.* Inc. *Qui misit me baptizare... Fratres Veritas que sine periculo auditur non absque periculo predicatur.* Des. *est eterna satietas summa beatitudo nos perducere dignetur.* [47] (f. 142^{r}). ⟨Richardi de s. Victore⟩ *in die Paschae* (M. 196, 1067-1074).

3 (f. 145^{r}). Hugonis de s. Victore expositio super Ecclesiasten. Inc. *Sapiencia attingit a fine usque ad finem. a fine super quem nihil est.* Des. *Idcirco si peccatores respice ad mariam, hac fauearis donec coroneris* (cf. homilias in Ecclesiasten XI, XIII etc.; Hauréau, l. cit. p. 32, hoc opusculum primum tentamen esse suspicatur homiliarum seu commentarii in Ecclesiasten).

4. Sermones. [1] (f. 152^{r}). ⟨Achardi, l. cit. p. 53⟩ *in dedicatione ecclesie.* Inc. *Sapiencia edificauit... uerbum proposui de edificatione non dedicatione.* Des. *a celesti et tota domo tua sine fine lauderis pro me toto uite. Amen.* [2] (f. 162^{r}). ⟨Magistri Achardi, l. cit. p. 56⟩ *in festo omnium sanctorum.* Inc. *Magnorum et spiritualium uirorum.* Des. *superexaltatus. Per omnia secula seculorum.* [3] (f. 169). ⟨Achardi, l. cit. p. 57⟩ *tractatus super eodem* ⟨quadragesima⟩. Inc. *Ductus est ihesus in desertum... De serie lectionis euangelice sufficit.* Des. *glorie illius plenitudine. qui est benedictus et gloriosus...* [4] (f. 180). ⟨Anonymi, op. cit., 1, p. 27⟩ *super eodem* ⟨quadragesima⟩. Inc. *Iustum deduxit dominus... Iustus iustitia dei, iustitia autem tripliciter accipitur.* Des. *sunt magis in siluis.*

5. Hugonis de s. Victore [1] (f. 180^{v}) adnotationes elucidatoriae in Pentateuchum cap. I (M. 175, 29-32; cetera huius opusculi quaere in f. 187^{r}). [2] (f. 181^{r}). ⟨Praenotatiunculae de scripturis et scriptoribus sacris⟩ (M. 175, 9-24; abrumpitur vv. *a iuda iudaei,* deest ergo cap. XVIII). [3] (f. 187^{r}). Adnotationes elucidatoriae in Pentateuchum (cf. f. 180^{v} huius cod., inc. a cap. II et abrumpitur paullum ante finem vv. *ioseph super genua*, M. 175, 32-61, A, 7). [4] (f. 199) in Exodum. Inc. mutilus... *locus in qua stans* (!) (M. 175, 62 A, lin. 13-74). [5] (f. 204). In Leviticum (M. 175, 74-84). [6] (f. 208) Adnotatiunculae in librum Iudicum (M. 175, 87-96). [7] (f. 212). Adnotationes in libros IV Regum

(M. 175, 95-114). [8] (f. 218v). ⟨Fragmenta elucidationum in libros Exodi, Numerorum, Genesis mixtim⟩. Inc. ab Exodo cap. IV, 11, *Quis fecit os hominis. Qui os dedi uerba dare possum. Quis fabricatus est mutum et surdum his instrumentis dedi uidentem.* Des. cum commentario in verba, *Pastor egressus est lapis Israel* (Gen. LXVIIII, 24-25): *donec ueniret desiderium altitudinis seculi, id est usque ad id quod altius et maius desiderari potest in hoc seculo.* [9] (f. 220v). *Hugonis* (?) ⟨Chronicon de patriarchis, regibus assyriorum, persarum et regibus iudae⟩. Inc. *Presens seculum distinguitur in duos status siue in tria tempora.* Des. *sub osee qui ultimus in samaria regnauit. Tempore acham regis iuda.* [10] (f. 222). ⟨Nonnullae narrationes ad intelligentiam sacrae scripturae⟩. Inc. *Multa in scriptura sacra occurrunt que rerum gestarum seriem ignorantibus difficultatem pariunt* (agit de Nabuchodonosor, de successoribus Alexandri Magni usque ad Herodem Agrippam). Des. *Tertius Agrippa herodes, cuius auus fuit primus herodes. Secundus patruus qui iacobum interfecit.* [11] (f. 224). De ponderibus et mensuris. Inc. *Proportiones rerum in ponderibus et mensuris considerantur.* Des. *Leuca-Miliare et dimidium.* [12] (f. 225). Hugonis de laude charitatis (M. 176, 969-976) [13] (f. 227v). *Hugonis* (?) ⟨De incarnatione verbi et mysterio eius respectu nuntii et virginis, sc. Collatio III⟩ (M. 177, 320-324). [14] (f. 228v). ⟨De annuntiatione sermo⟩. Inc. *Egredietur uirga de radice yesse... Hodie fratres karissimi impletum est quod per tam multa ante secula promissum.* Des. *et per Christum datur salus. Quam prestare dignetur nobis, qui natus est et datus est nobis, et mortuus pro nobis. Amen.* (Cf. Molinier, Catal. Biblioth. Mazarine, 1, p. 332, n. 21). [15] (f. 230). De cibo Emmanuelis (sc. Miscellaneorum titulus 2, M. 177, 477-481). [16] (f. 231v). Hugonis ⟨De sapientia animae Christi⟩ (M. 176, 845-856). [17] (f. 236). *Hugonis* (?) fragmentum ⟨de b. Maria Virgine⟩. Inc. *Maria porta...* Des. *donec consoleris et coroneris* (Molinier, l. cit. n. 22). [18] (ibid.). ⟨Collatio II⟩ (M. 177, 318-320). [19] (f. 237). ⟨De gratitudine beneficiorum Dei⟩ (Miscell. tit. 99, M. 177, 529-532). [20] (f. 238). ⟨De spiritu dei et spiritu mundi⟩ (Miscell. tit. 103, M. 177, 533-535). [21] (f. 239). ⟨De sacramento et re sacramenti paenitentiae⟩ (Miscell. tit. 105, M. 177, 535). [22] (ibid.). ⟨De virtute paenitentiae⟩ (Miscell. tit. 105, M. 177, 535-536). [23] (f. 239v). ⟨De sapientia in faciendo bono et de patientia in tolerando malo⟩ (Miscell. tit. 107, M. 177, 536-537). [24] (f. 240). ⟨Quomodo se debeat quisque deo in cibum praeparare⟩ (Miscell. tit. 108, M. 177, 537). [25] (ibid.) ⟨De fuga Eliae a facie Jezabel⟩ (Miscel. tit. 109, M. 177, 538-539). [26] (f. 240v). ⟨De duobus nuntiis ad nos missis⟩ (Miscell. tit. 110, M. 177, 539). [27] (ibid.). ⟨De deserto quod est cor hominis...⟩ (Miscell. tit. 111, M. 177, 538-540). [28] (f. 241). ⟨De tribus festis...⟩ (Mi-

scell. tit. 112, M. 177, 540). [29] (ibid.). ⟨De festis sanctorum recolendis⟩ (Miscell. tit. 113, M. 177, 540-541) [30] (f. 241ᵛ). ⟨Quod finis legis Christus est⟩ (Miscell. tit. 114, M. 177, 541-542) [31] (f. 242). ⟨De duplici quiete...⟩ (Miscell. tit. 115, M. 177, 542-543). [32] (ibid.). ⟨De eo quod scriptum est: Favus distillans...⟩ (Miscell. tit. 116, M. 177, 543). [33] (ibid.). ⟨De duplici gloria veri Salomonis Christi...⟩ (Miscell. tit. 117, M. 177, 543). [34] (f. 242ᵛ). De lectulo et ferculo Salomonis (Miscell. tit. 60, M. 177, 503). [35] (ibid.). Hugonis De potestate et voluntate Dei (M. 176, 839-742). [36] (f. 243ᵛ). *Hugonis* (?) ⟨Quod generalis praedicatio Deum deceat... et de argutiis dialecticis⟩ (Miscell. tit. 118, M. 177, 543-544). [37] (ibid.). ⟨Hugonis⟩ De quinque septenis capp. 4 priora (M. 175, 405-410, C, lin. 7). [38] (f. 246). *Hugonis* (?) ⟨De verbo Dei seu pars secunda opusculi de unione corporis et spiritus⟩ (M. 177, 289-294). [39] (f. 248). ⟨Quod Deus tribus modis cor emollit⟩ (Miscell, tit. 164, M. 177, 559-550). [40] (f. 248ᵛ). ⟨Quod pater non iudicat quemquam...⟩ (Miscell. tit. 169, M. 177, 561-563). [41] (f. 249ᵛ). ⟨De eo quod scriptum est: Dimitte nobis debita nostra...⟩ (Miscell. tit. 170, M. 177, 563). [42] (ibid.). ⟨Quod amor Dei sit vita cordis⟩ (Miscell. tit. 171, M. 177, 563-565). [43] (f. 250). ⟨De natura ignis et speciebus⟩ (Miscell. tit. 173, M. 177, 567-571, lin. 5 vv. *amor est enim ignis...* pergit deinde longius et diverse ad ed. *... et est amor bonus et est amor malus, amor mundi cupiditas. Medium quippe est cor hominis.* Des. *non ordinata castitas est, sed inordinata cupiditas.* [44] (f. 253). Miscell. titulus 39 (M. 177, 550). [45] (ibid) 140. [46] (ibid.) 141. [47] (f. 253ᵛ) 142-146. [48] (f. 254) 151. [49] (f. 254ᵛ) 152-154. [50] (ibid.). Miscell. lib. II titulus 33. [51] (f. 255ᵛ). Miscell. tituli 34-37. [52] (f. 256). Miscell. tit. 44. [53] (ibid.) 46. [54] (f. 257). Hugonis Epistola 2 de solutione quatuor quaestionum (M. 176, 1011-1014). [55] (f. 257ᵛ). *Hugonis* (?) *Divisio philosophiae continentium.* Inc. *Tria sunt Sapientia. Virtus. Necessitas. Sapientia est comprehensio rerum pro ut sunt.* Des. *Nouissime mechanica que se omnino inefficax est nisi ratione precedentium fulciatur.* [56] (f. 258). De magica et partibus eius. Inc. *Magice repertor primus creditur zoroastres.* Des. *Ydromantia primum a persis uenit.* Haec duo postrema scholia sunt excerpta ad synesim ex operibus Hugonis. [57] (f. 258ᵛ). Hugonis Epitoma Dindimi in philosophiam (Ed. Hauréau, *Hugues de s. Victor, N. Examen de l'Edition de ses œuvres, Paris* 1859, p. 161-175, sed tabula in philosophiam et reliquas scientias pergit ordine aliquantum mutato). Inc. *Logica. due sunt partes logice. Gramatica. Ratio disserendi.* Des. *intelligibilis. intellectibilis.* [58] (f. 263). De grammatica. Inc. *Sostenes. Quid est gramatica. D. Gramatica est scientia recte loquendi secundum liberalium litterarum instituta.* Des. *Sane omnem linguam potest homo aut audiendo tenere, aut legendo a preceptore*

accipere et cetera. (Est summarium operis de quo loquitur **Hauréau, op. cit. p. 121,** 2^a ed. *Paris* 1886 p. 104; cf. Molinier, l. cit. p. 331, n. 6).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 84 signatur, duabus columnis exscriptus est. Tituli, primo excepto, minusculis rubris, litterae initiales maiores tum caeruleae tum rubrae, initiales maximae aureae floribus decoratae. In ff. 1^v-2^r indiculus sermonum et tractatuum; in f. 3^v circulus floribus decoratus in cuius medio titulus codicis; in f. 4 ornamentum ex floribus et avibus in cuius parte inferiore circulus cum tessera gentilicia Friderici ducis Urbini posterius picta. Ff. I, 1^r, 2^v, 3^r, 264^v-265 vacua. In codice omnia opera et sermones Hugoni de s. Victore tribuuntur.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

109 (olim 24) nunc inter libros in pergameno impressos translatus est et signatus: *Membr. S. 24.* Continet Missale fratrum minorum secundum consuetudinem romanae curiae.

110. Saec. XV ex., membran., mm. 352×252, ff. XI. 238.

Missale romanum plenum Mathiae Corvini.

1 (f. 1). Proprium de tempore a Dominica I Adventus usque ad Dominicam XXIV post Pentecosten. Introitus I Dom. inc. *Ad te levavi...* postcommunio Dom. XXIV des. *ipsius meditacionis dono curetur...* (Missale Rom., Venetiis 1497, f. 1-157^v). Haec tamen sunt adnotanda: [a] (f. V-X) praeit kalendarium, index astronomicus, nomina mensium apud hebraeos et graecos cum versibus ante et post singulos menses. Ante mensem Ianuarii: *Prima dies iani timor est et septima uani,* in calce: *Nona parit bellum sed quarta dat hora flagellum:* ante mensem Decembris: *Septimus exanguis. uirosus denus ut anguis,* in calce: *Prima parat luctum nullum dat septima fructum;* [b] (f. 1) post primam orationem Dom. I Adventus adduntur vv. *Et famulum tuum regem nostrum. Qui uiuis et regnas...*; [c] (f. 61^v) in passionibus signa cantorum: *a. c. p.;* [d] (f. 95) inter litanias Sabati sancti invocantur: Erasme, Christophore, *Blasii* (!), Dionisi, Geminiane, Liberata, Elena, Ursolina; [e] (f. 107^v) post canonem missae desunt orationes quas recitare solet sacerdos exuens se vestibus et earum vice additur: *Gloria in excelsis Deo;* [f] (f. 129) in festo corporis Christi sequentia: *Aue uerum corpus* (Kehrein, *Lateinische Sequenzen des Mittelalters, Mainz* 1873, n. 157). **2** (f. 149). Festivitates sanctorum per circulum anni. Inc. in vigilia s. Andreae: *Dominus secus mare.* Des. postcommunio in festo s. Catherinae: *cunctas a nobis iniquitates expellat. Per...* (Missale cit., f. 157^v-213^v). Sed praeter alia haec sunt adnotanda: [a] (f. 150^v) *in festo Conceptionis beatae Mariae v. totum officium dicitur de eius natiuitate excepto quod loco nativitatis dicitur conceptio;* [b] (f. 168) in festo Visitationis b. M. virginis sequentia: *Veni pretiosa domina Maria* (Kehrein l. cit. n. 206). 3 (f. 188^v). Comune sanctorum. Inc. *E*⟨go autem⟩ *sicut oliua,*

Des. postcomunio missae in honorem sanctorum, quorum corpora habentur vv. *et celestis gratie donis reficiamur...* (Missale cit., f. 213r-225r.) 4 (f. 210r). ⟨Missae votivae et diversae⟩. Inc. *Benedicta sit sancta Trinitas.* Des. cum missa pro infirmo qui proximus est morti vv. *sed transitum habere mereatur ad uitam eternam* (Missale cit., f. 235r-248r). 5 (f. 224r). Missae in agenda mortuorum. Inc. *Requiem eternam.* Des. *ad celestis regni beatitudinem facias peruenire* (Missale cit., f. 248r-253r); deest tamen sequentia: « Dies irae, dies illa ». 6 (f. 228v). Missae pro desiderantibus paenitentiam... et pro cuius anima dubitatur. Inc. *Omnipotens et misericors deus in cuius humana conditio.* Des. *obtineat ueniam.* (Missale cit., f. 253r-254). 7 (f. 229r). Missa pro sponso et sponsa. Inc. introitus: *Deus israel sit uobiscum;* oratio: *Exaudi nos omnipotens... ut quod nostro ministratur officio;* epistola: *Fratres. Nescitis quoniam corpora nostra;* graduale: *Uxor tua sicut uitis abundans... propterea benedixit te deus in eternum;* evangelium: *In illo tempore Venit iesus in finem iudee;* offertorium: *In te domine speraui;* secreta: *Suscipe domine quesumus pro facta connubij lege;* orationes ante pacem: *Propiciare domine... quibus propagationem;* sequitur *prephatio* usque ad vv. *eterne deus;* deinde: *Qui federa nuptiarum blando concordie iugo... Deus qui potestate uirtutis tue de nihilo cuncta creasti...* des. *ad optatam perueniat senectutem;* comunicato sponso et sponsa adduntur verba: *Ecce sic benedicetur homo;* postcomunio: *Quesumus omnipotens deus instituta prouidentie tue;* finita missa: *In nomine patris et filii...* oratio: *Accipe hanc uxorem et sit tibi ab hodierna die.* des. *Angelus dei bonus comitetur uobiscum. Amen;* praeit missae benedictio *anuli*: *Manda deus uirtuti tue... Gloria patri... kyrie eleison, Pater noster,* oratio: *Creator hominum et conseruator humani generis... super hunc famulum et famulam tuam. Per...* 8 (f. 230r). Missa (in ms. *officium*) conceptionis beatae mariae virginis. Introitus inc. *Gloriose uirginis marie conceptionem hodiernam;* oratio: *Deus ineffabilis misericordie qui prime piacula mulieris;* epistola: *Dominus possedit me;* graduale: *Propter ueritatem et mansuetudinem... admiratur sydera specie marie alleluia;* evangelium: *Liber generationis;* offertorium: *Felix namque es;* secreta: *Salutarem omnipotens pater hostiam immolamus;* comunio: *Beata uiscera ma*⟨riae⟩; postcomunio: *Celestis alimonie uegetati libamine,* des. *extitit hodierna conceptio. Per...* 9 (f. 231). Missa beati Ludovici conf. et regis Francorum. Introitus: *Gaudeamus omnes in domino;* oratio: *Deus qui b. Ludouicum... de terreno ac temporali regno;* graduale: *Domine preuenisti eum in benedictionibus;* sequentia: *Regem regum ueneremur et de regis* (Kehrein, l. cit., n. 641); evangelium: *Confiteor tibi pater domine;* offertorium: *filie syon exultent;* secreta: *Presta quesumus... ut sicut b. ludouicus... per habundantiam gratie tue;* comunio: *fidelis seruus et prudens;* postcomunio:

Deus... almum confessorem ludouicum mirificasti. **10** (f. 231r). Ordo benedicendi aquam. Inc. *Adiutorium... Exorcizo te creatura salis.* Des. *omnes habitantes in hoc habitaculo. Per...* (Missale cit., f. 265v-266r). **11** (f. 232r). ⟨S. Thomae aquinatis⟩ sequentia: *Lauda sion saluatorem* (Kehrein, l. cit., n. 150).

Praestantissimus hic codex binis columnis exscriptus est cum rubricis minusculis et initialibus maioribus caeruleis atque aureis alternis. Initiales maximae historicis figuris variis manibus scholae Attavante florentini non omnibus quidem peritis pictae sunt. Folia 1, 8v, 13v, 81v, 104v, 105, 108, 118, 121, 127, 128v, 149, 188v et alia fulgent auro atque ornamentis. In ff. 1, 104v, 105 picturae tabulares manu satis perita geniis, insignibus, tesseris gentiliciis atque imaginibus Mathiae Corvini regis Hungariae ac Beatricis uxoris eius ditissime splendideque ornatae. (De hoc codice cf. Ebner, *Quellen und Forschungen... der missale rom. in mittelalter... Freiburg in Breisgau 1896*, p. 245 sq.; Ehrensberger, Libri liturgici Biblioth. apost. vat. manuscripti, Friburgi Brisgoviae 1897, p. 478; Brandley, *A Dictionary of Miniaturists... London*, 1888, 2, p. 276 sqq.). Ff. I-IV, 233v-238 vacua.

Tegumenti tabulae panno serico villoso rosacei coloris coopertae sunt.

111 (olim 26). Saec. XV, membran., mm. 356×249, ff. II. 534.

Breviarium romanum fratrum minorum.

1 (f. 1). Kalendarium et index astronomicus cum quibusdam versibus et praecepto de valetudine. Ianuarius inc. *Annus habet menses XII. Septimanas LII... Prima dies iani minor est et septima uani.* Des. *sancti geminiani episcopi et confessoris.* December inc. *Est octaua canis: et quarta uidetur inanis.* Des. *sancti siluestri papae et confessoris.* **2** (f. 8). Proprium de tempore a Dominica I Adventus usque ad Dom. XXIV post Pentecosten (in ms. *ordo breuiarii secundum consuetudinem romane curie*). Inc. *In primo sabato de Aduentu Capitulum: Fratres. Scientes quia hora est iam.* Des. Dominicae XXIV antiphona in secundis vesperis: *uerba autem mea non transient dicit dominus.* Haec sunt adnotanda: [a] (f. 12) absolutio nona ad lectionem evangelii: *Per euangelicam lectionem det nobis dominus suam benedictionem;* [b] (f. 104r) post feriam IV cinerum litaniae sanctorum; [c] (f. 199) in officio ss. Trinitatis prima antiphona ad vesperas: *Gloria tibi trinitas...* hymnus: *Adesto sancta trinitas par splendor una deitas* (Chevalier, Repert. hymn., Louvain 1892, n. 487); [d] (f. 202) officium corporis Christi cum octava, in primis vesperis antiphona inc. *Sacerdos in eternum,* ultima lectio octavae des. *Accepit oraculum. uicit dyabolum. peruenit ad triumphum;* [e] (f. 216v) scripturae lectio inc. a libris regum; [f] (f. 221r) homiliae dominicarum post Pentecosten incipiunt a Dom. IV; [g] (f. 231v) scripturae lectio a mense augusto inc. a parabolis Salomonis. **3** (f. 254). Psalterium cum invitatoriis, hymnis, antiphonis et versiculis secundum consuetudinem rom. curiae. Inc. *Regem*

uenturum dominum. Des. cum oratione post antiphonam: *Regina coeli laetare... perpetue capiamus gaudia uite. Per eundem d. n. y.* Haec sunt adnotanda: [a] (f. 262) post laudes in dominicis adduntur horae dominicarum et festorum; primus psalmus ad primam: *Deus deus meus respice in me;* [b] (f. 274ᵛ) post laudes feriae II ordinarium primae ferialis; [c] (f. 314ᵛ) post vesperas dominicales completorium; [d] (f. 317) post completorium rubricae: *Aduentus domini celebratur ubicumque... cum cantantur antiphone maiores scilicet. O sapientia.* **4** (f. 318ᵛ). Festivitates sanctorum per anni circulum. Inc. a festo s. Saturnini, oratio: *Deus qui nos beati saturnini... meritis adiuuari. Per...* Des. cum lectionibus in festo s. Catherinae: *Corpus uero regine porfirius sublatum quo ualuit honorifice sepelliuit. Tu autem domine...* Sanctorum commemorationes fiunt inter alios 29 Ian., ss. Papiae, Mauri, Salvii, Calendini et Severi mm. - 31, Geminiani ep. c. - 4 Febr., Giliberti c. - 8, Iventii ep. c. - 1 Mart., Herculani ep. m. - 25 Maii, Zenobii ep. - 5 Iun., Laurentini et Pergentini mm. - 31 Iul., Germani c. - 10 Sept., Salvii ep. - 10 Oct., Cerboni c. - 16, Galli abb. - 23, Donati Scotti ep. - 25, Miniatis m. cum sociis - 3 Nov., Euphrosini ep. c. - 13, Britii ep. c. - 16, *Fidriani* (Frediani) ep. c. - 19, Columbani abb. - 8 Dec., Zenonis ep. c. - 9, Syri ep. c. **5** (f. 504). ⟨Comune sanctorum⟩. In Natalitiis apostolorum: *Fratres iam non estis.* Des. cum rubrica in festo alicuius nec virginis nec martyris: *et capitula dicuntur uelud in festo beate marie magdalene.* **6** (f. 517ᵛ). In festo dedicationis ecclesiae. Ad vesperas antiph. *Domum tuam domine.* Des. cum antiph. in secundis vesperis: *domus dei et porta celi.* **7** (f. 520). Officium b. Mariae virginis per anni tempora. Inc. cum rubrica: *Incipit ordo offitii... Et notandum quod offitium beate uirginis non dicitur a dicto completorio.* Des. cum antiphona: *regina celi ... ora pro nobis Domine alleluia.* **8** (f. 523). Officium defunctorum. Inc. rubrica: *Notandum quod offitium defunctorum agitur secundum consuetudinem romane ecclesie.* Des. cum oratione in die tertio septimo vel trigesimo: *Quesumus domine ut anime... et rorem misericordie tue perhennem infundas. Per dominum...* **9** (f. 525ᵛ). Ordo ad communicandum infirmum. Inc. rubrica: *In primis pulsetur campana capituli;* subnectitur ordo ad ungendum infirmum, ordo commendationis animae et ⟨sepeliendi⟩ des. cum oratione *tibi domine commendamus.* **10** (f. 531). Ordo ad benedicendam mensam per totum annum. Inc. *Conuocatis fratribus ad prandium in refectorio.* Des. *In prandio uero dicte dominice resumitur benedictio consueta.* **11** (f. 532). Benedictio aquae secundum consuetudinem romanae curiae. Inc. *Adiutorium nostrum.* Des. *habitantes in hoc habitaculo. Per Christum...* **12** (f. 533). ⟨Quatuor hymni quadragesimae⟩: *Audi benigne conditor - Ex more docti mistico - Iam christe sol iustitie - Aures ad nostras* (Chevalier, l. cit., nn. 1449,

5609, 9205, 1612). **13** (f. 533v). **Hymnus ad laudes tempore resurrectionis**: *Aurora lucis rutilat* (Chevalier, l. cit., n. 1644).

Codex qui idem videtur, qui in indice antiquo urbin. n. 19 designatur, binis columnis exscriptus est et titulos habet minusculis rubris, initiales minores tum caeruleas tum rubras lineis, initiales maiores auro et coloribus, initiales maximas elegantibus sanctorum imaginibus ornatas manu italica. In ff. 8, 254, 318, 504 ornamenta ex auro, frondibus, angelis; in parte inferiore f. 8 adiecta fuit tessera gentilicia nunc evanida F⟨riderici⟩ C⟨omitis⟩ Montisferetri; in f. 504 spatium ad excipiendam tesseram gentiliciam adhuc vacuum. Ff. I, II, 7, 534 vacua. Descripsit hunc codicem Ehrensberger, Libri liturgici Biblioth. vat., Friburgi 1897, p. 252 sq.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

112 (olim 1764). Ann. 1487 (cf. f. 597), membran., mm. 393×272, ff. I. 598.

Breviarium romanum Mathiae Corvini regis Hungariae.

1 (f. 1). **Kalendarium et index astronomicus**. Inc. *Ianuarius habet dies*. Des. *Siluestri papae et confessoris*. Inter sanctos: 24 Aprilis, festum s. Georgii dupl. m. - 4 Mai, s. Floriani m. - 5, Gothardi ep. c. - 12 Iul., Hermachorae et Fortunati mm. - 18 Sept., Victoris et Coronae mm. - 8 Dec., Zenonis ep. c. **2** (f. 8). **Proprium de tempore** a primo sabbato Adventus usque ad Dominicam XXIV post Pentecosten. Inc. *Fratres hora est iam*. Des. cum antiphona ad Dom. XXIV post Pentecosten: *uerba autem mea non transibunt dicit dominus*. Haec sunt adnotanda; [a] (f. 113v) post feriam IV cinerum litaniae in quibus sanctus Leonardus; [b] (f. 210) officium de s. Trinitate inc. *Gloria tibi Trinitas* des. *laudamus atque benedicimus. tibi gloria in secula;* [c] (f. 212v) officium corporis Christi cum lectionibus infra octavam inc. antiphona ad vesperas: *Sacerdos in eternum*, des. lectio IX in sabbato post festum: *iudicium sibi manducat et bibit*. **3** (f. 240v). **Scripturae lectio** a mense Augusto: *Parabole salomonis* des. cum lectione ex Malachia: *Mensa domini despecta est*. **4** (f. 266v). **Rubricae** in (ms. *tabula de Adventu*). Inc. *Aduentus domini celebratur*. Des. septima tabula: *Iudea et hierusalem cum reliquis*. **5** (f. 272v). **Rubrica** *pariensis* (!) inc. *Notandum quod ab octaua pentecostes usque ad aduentum*. Des. *sine comune illius dominice ut dictum est*. **6** (f. 273). *Rubrice nobilissime* (!). Inc. *Notandum quod si octaua epiphanye cadat in sabbato*. Des. *et in festis sint inclinati ad totam*. **7** (ibid.). *Noue rubrice et earum declarationes, que defectuose in libris reperiuntur* ⟨per anni menses⟩. Inc. *In primis sciendum est quod nulla hystoria propria uocatur*. Des. cum praescriptione de antiphonis: *usque ad uigiliam natiuitatis domini exceptis laudibus que habent antiphonas spetiales*. **8** (f. 278v). **Ordo psalterii secundum consuetudinem romanae curiae**. Inc. *Inuitatoria subscripta di-*

cuntur singula. Des. post antiphonam ad completorium: *cum laude doctorum* (nempe Te deum laudamus) Credo, Pater noster, Ave Maria et benedictione: *Benedicite dominus* (!) *quod appositum est et apponetur per uerbum dei sanctificetur. In nomine patris...* 9 (f. 346). Proprium sanctorum. Inc in festo s. Saturnini, oratio: *Deus qui... natalitio perfrui... meritis adiuuari.* Des. cum antiphona in festo s. Catherinae: *o beata uirgo ora iugiter pro reatibus supplicum tuorum.* 10 (f. 551ᵛ). Officium IX lectionum s. Iacobi Intercisi. Inc. *Iacob cognomento intercisus nobilis generatione sed fide nobilior.* Des. *quinto halendas decembris* (Surius, Vitae ss. 1581, VII, p. 960). 11 (f. 555ᵛ). Commune sanctorum; in natalitiis apostolorum ad Vesperas capitulum (f. 556) inc. *Fratres iam non estis,* des. lectio IX nec virginis nec martyris: *deserit habita* (!) *congregata dispergit.* 12 (f. 583ᵛ). In anniversario dedicationis ecclesiae, ad Vesperas antiphona: *Domum tuam domine,* des. *domus dei et porta celi.* 13 (f. 587). Officium b. Mariae secundum consuetudinem romanae curiae ⟨per diversa anni tempora⟩. Inc. *Domine labia mea aperies...* ad Matutinum invitatorium: *Aue Maria gratia plena dominus tecum.* des. vv. antiphonae: *ora pro nobis deum alleluia.* 14 (f. 592). Officium defunctorum secundum consuetudinem romanae curiae. Inc. ab antiphona ad Vesperas: *Placebo domino in regione* des. cum rubrica: *in laudibus defunctorum dicitur.* 15 (f. 595ᵛ). Ordo ad benedicendam mensam per totum annum. Inc. *Congregatis fratribus ad prandium.* Des. *Oculi omnium in te sperant domine ut supra.*

Celebris hic codex ornatissimus binis columnis exscriptus est. Tituli maiores litteris aureis, initiales maiores aureae coloribus, initiales maximae sanctorum imaginibus ornatae sunt. In plurimis paginis ornamenta quadripartita ex auro et floribus cum imaginibus prophetarum, apostolorum, evangelistarum, sanctorum, insignibus ac tesseris gentiliciis Mathiae Corvini regis Hungariae. Codicem commendant picturae septem sive Attavante florentini sive eius scholae; in f. 7ᵛ altare, in f. 8 s. Paulus apost. praedicans ante regem, reginam et populum, in f. 278ᵛ frons templi cum prophetis et populo, in f. 279 David rex orans, in f. 345ᵛ altare, apostoli et nota: *Anno domini MCCCC.LXXXXII,* in f. 346 vocatio ad apostolatum ss. Petri atque Andreae, in f. 555ᵛ altare, deus pater, patriarchae, prophetae, sancti et sanctae dei, in f. 556 sancta trinitas inter choros sanctorum in paradiso. In nonnullis foliis tesseris gentiliciis regis Hungariae fuerunt superpictae tesserae gentiliciae cardinalis Augustini Trivultii (an. 1513–1548). In f. 597 subscriptio librarii: *Sit laus deo: pax uivis. et requiem* (!) *defunctis.* Infra: *Quis scripsit scribat, semper cum domino uiuat. Viuat in celis: semper cum domino felix. Amen.* In alia columna: *Exemplaribus satis fidis Mathie inclyti regis hungarie et boemmie breuiarij codicem ego martinus antonius presbyter dei gratia faustissime manu propria scripsi:* infra: *Opus absolutum pridie kalendas nou. Anno salutis M°CCCCLXXXVIJ°.* Ff. I, II, 277ᵛ, 278, 344ᵛ, 345, 554, 555, 597, 598 vacua. Descripsit hunc codicem Ehrensberger, Libri liturgici Biblioth. vat., Friburgi 1897, p. 276 sq.; cf. G. Fraknói, *Mathias Corvinus König von Ungarn,* Freiburg 1891, p. 297.

In tegumenti tabulis tesserae gentiliciae Gregorii XVI et Ios. Albani card. bibliothecarii.

113 (olim 232). Saec. XV, membran., mm. 370×251, ff. VI. 341.

Guilielmi Duranti Rationale divinorum officiorum libri I-VIII. Liber I (f. 3) inc. *Prius est ut de ecclesia et eius partibus videamus.* Liber VIII des. *pro peccatis meis deuotas orationes effundant;* praeeunt: [1] (f. V) epistola nuncupatoria Iohannis Aloisii tuscani auditoris camerae apostolicae Petro Cardinali Tirasonensi: *Inter omnes libros quos hominem qui sacris initiatus sit - laudetur, negatur, ametur;* [2] (f. 1) prologus: *Quecumque in ecclesiasticis officiis rebus ac ornamentis consistunt... in octaua de compoto et kalendario* (ed. Venetiis, opera Iohannis Rubei Vercellensis, 6 Iun., 1499, f. 1-136).

In antiquo indice urbinate hunc codicem binis columnis exaratum n. 193 signavi. Initiales maiores caeruleae et rubrae alternae, maximae auro et floribus exornatae sunt; tituli minusculis rubris. In ff. I-IV index capitum, in f. VI^v circulus auro et floribus circumornatus in cuius medio titulus codicis inscriptus est; in f. 1 solitum ornamentum ex floribus, bestiis ac tessera gentilicia Friderici Urbini ducis. F. 341 vacuum.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

114 (olim 168). Saec. XV, membran., mm. 374 × 252, ff. I. 369.

Alberti Magni de sacrificio missae et sacramento Eucharistiae, mariale et commentarium in evangelium s. Marci, orationes tres.

1 (f. 2). De sacrificio (in ms. *misterio*) Missae. Inc. *Ysaye LXVI. dicit dominus. ecce ego declinabo.* Des. *subtilia melioribus relinquendo* (B. Alberti magni opp. ed. P. Jammy, Lugduni 1651, 21, f. 1-92). **2** (f. 60). ⟨De sacramento Eucharistiae⟩. Subnexum priori operi inc. *Quia de sacramento altaris autem multa sunt.* Des. *utiliter multa in eis dicta inueniet* (ed. cit., pars 2^a, 21, f. 1-139). **3.** ⟨Orationes tres ad SS. Eucharistiae sacramentum⟩. [1] (f. 146). Inc. *Omnipotens eterne deus fili dei unigenite.* Des. *omnem sue beatitudinis perfectionem qui cum dulcissimo patre et spiritu...* (l. cit., f. 140). [2] (f. 146^v). Inc. *Salue salus mundi, uerbum patris hostia uera... et sancte incorporationis concorporales. cui est honor...* [3] (ibid.). Inc. *Perficiant in nobis domine tua sacramenta... rerum ueritate capiamus. Per dominum...* **4** (f. 147^v). ⟨Mariale sive quaestiones super evangelium: Missus est angelus Gabriel⟩ (in ms. *De laudibus beate Marie Virginis*). Inc. a n. 18 quaestionis II, col. 2, lin. 15: ⟨Nam⟩ *sicut beatissima uirgo licet in aliis hoc non sit impletum.* Des. *mirabilius fiat miraculum de miraculo* (ed. cit., 20, f. 8-156); praeit prooemii fragmentum: *Numquam inardescit sapientia et facile uidetur,* abrumpitur vv. *iustitie et uite obtineret* (l. cit., f. 1-2, lin. 2 ab imo). **5** (f. 241). ⟨Praefatiuncula commentarii in evangelium s. Marci⟩. Inc. *Ecce uicit leo de tribu iuda - ecce materia*

tocius libri (in op.: Postilla super Marcum, Hagenau 1505, f. 2). **6** (f. 241ᵛ). ⟨Postillae in prologum s. Hieronymi super evang. s. Marci fragmenta⟩. Inc. *Premittit autem hieronymus prologum in quo tangit tria principaliter,* abrumpitur vv. *et hoc facit ad sue scripture auctoritatem unde in...* (ed. cit., f. 2ᵛ, col. 1, lin. 44). **7.** ⟨Marialis sive quaestionum super evangelium Missus est fragmenta⟩ [1] (f. 242). ⟨Quaestionis III numeri 3-10⟩. Inc.... *Matheus habet faciem hominis et plura scripsit;* abrumpitur vv. *et accepit super eos* (ed. Lugduni, 20, f. 8, col. 2, lin. 5 - f. 13 col. 2, § 3, lin. 10, sed post finem pergit: *Qui⟨a⟩ ei nullum bonum defuit cuius pura creatura in statu uie capax fuit*). [2] (f. 244ᵛ) Quaestiones I-II. Prior inc. *Queritur an necesse fuerit hanc missionem esse... uidetur quod non inter quecumque distantia.* Altera des. aliquantum diverse *et tunc actualiter in trono glorie sedit* (l. cit., f. 3, col. 1 - f. 8, col. 2, lin. 22). [3] (f. 247ᵛ) Quaestiones XI-XIII. Inc. *Post hoc queritur de hoc quod dicitur ad uirginem.* - quaest. XIII, abrumpitur in § IV vv. *quinto ut origo domine describatur, quia...* (l. cit., f. 13-17, col. 1, lin. 20). **8** (f. 250). ⟨Commentarium in evangelium s. Marci⟩. Inc. mutilum vv. *nisi ueniat ad dominum.* Des. *et regnum eius regnum sempiternum et potestas eius in generationem et generationem cui est honor...* (ed. cit. 9, f. 10, col. 2, lin. 18 - f. 194).

Codex, qui in antiquo indice urbinate n. 163 signatur, binis columnis exaratus est. Tituli minusculis rubris, litterae initiales grandiores tum caeruleae tum rubrae lineis, initiales maximae aureae floribus ornatae sunt. In f. Iᵛ circulus magnus floribus circumornatus quem circumdant tres circuli minores in quibus tituli operum; infra circulum tessera gentilicia Friderici ducis Urbini. In f. 1 ornamentum ex floribus atque avibus, in cuius parte inferiore tessera gentilicia fridericiana sine aquilis. Ff. I, 1ʳ, 240, 369 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

115 (olim 162). Saec. XIV-XV, membran., mm. 358×223, ff. I. 174.

⟨Petri Lombardi⟩ Sententiarum libri I-IV (M. 192, 521-962).

F. 92ᵛ post librum II capitulum in quo *huius uoluminis continentia sub compendio perstringitur.* Inc. *Sic enim rationis ordo postulat.* Des. *ut samaritanus ad uulneratum medicus ad infirmum gratia ad miserum accedat* (ed. Ioan. Aleaume, Lovanii 1557, p. 254).

Binis columnis exscriptus est hic codex, qui in antiquo indice urbin. n. 125 signatur. Tituli minusculis rubris, litterae initiales maiores tum caeruleae, tum rubrae, initiales maximae caeruleae lineis rubris ornatae sunt. In f. 1 ornamentum ex floribus et in margine inferiore tessera gentilicia F⟨riderici⟩ C⟨omitis⟩ Montisferetri posterius addita. Ff. I, 93, 173ᵛ, 174 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

116 (olim 212). Saec. XV, membran., mm. 346×238, ff. III. 208.

1 (f. 1). **Duns Scoti Ioannis** ordinis fratrum minorum in I sententiarum Petri Lombardi. Inc. sine prologo a I quaestione: *Utrum homini pro statu isto sit necessarium aliquam doctrinam specialem supernaturaliter inspirari. Omnis potentia habens aliquid comune.* Des. *alpha et o principium et finis* (ed. Venetiis Bernardinus de Novaria 1490... 1, f. a2^v, col. 1, lin. 13 ab imo - Z9^v, col. 1, lin. 9). **2.** ⟨Additamenta nonnulla⟩. [1] (f. 197) Ad distinctionis III quaestionem VI adiectae quaestiones duae; I: *Queritur utrum memoria intellectiua sit conseruatiua speciei cessante actu intelligendi.* Inc. *Videtur quod non quia conseruaret unam speciem pari ratione.* Des. *per habitum autem qui est species fit presens.* II: *Queritur utrum intellectu nostro sit notitia genita uel producta.* Inc. *Arguo quod non, actionis non est actio ut terminus nec passionis est passio.* Des. *Ad tertium patet per predicta in tertia questione quare...* (Ioannis Scoti liber I in sententias cum additamentis, sine loco et anno, cf. Hain, Repert. bibliograph. n. 6421, f. hh4-hh6, col. 2, lin. 20 ab imo). [2] (f. 199^r) ⟨Distinctionis IV pars prima⟩. Inc. *Circa quartam distinctionem quero utrum ista sit uera* usque ad vv. *cum descriptionibus* (ed. Venetiis 1490, 1, f. h 3, col. 1-h 3^v, col. 1, lin. 13). [3] (f. 200^r) ⟨Distinctionis XVII quaestio XIII⟩. Inc. *Circa augmentum caritatis supposito quod caritas.* Des. *nec mutabilis de uno ad aliud* (ed. cit. 1, f. o4^v col. 1 lin. 49-o5^v, col. 1, lin. 13 ab imo). [4] (f. 202) ⟨Distinctionis XVIII quaestio I⟩. Inc. *Circa distinctionem 18 in qua magister querit... utrum donum dicat proprietatem personalem.* Des. *ad septimam dico quod spiritus s. est datiuus sui nec inclusus in ea sed connotatus* (ed. cit. 1, f. o8-o8^v, col. 2 linea ultima). [5] (f. 204) ⟨Distinctionis XXVI quaestionis I fragmentum⟩. Inc. a vv. *Confirmatur ratio sic: prima ydemptitas uidetur esse prime nature ad proprium suppositum.* Des. in vv. *quia maiorem perfectionem diceret formaliter quam ista uel non minorem* (ed. cit. 1, f. r, 4, col. 1 lin. 24 ab imo - r, 4^v, col. 1, lin. 39). [6] (ibid.). ⟨Eiusdem quaestionis aliud fragmentum⟩. Inc. a vv. *Ad auctoritates augustini iam adductas hic in quarta uia respondetur quod augustinus loquitur de formali significato huius nominis persona.* Des. in vv. *si illud secundum formale significatum est ad se habere propositum. Sequitur modo hic, scilicet Tertia opinio etc.* (ed. cit. 1, f. r4^v, col. 1, lin. 14 ab imo - col. 2, lin. 6).

In antiquo indice urbin. hic codex binis columnis exscriptus n. 172 signatur. In ff. 206-207 index in capita seu quaestiones. Tituli minusculis rubris, initiales maiores tum caeruleae tum rubrae lineis ornatae, littera initialis prima maxima aurea floribus decorata est. In f. III^v circulus magnus floribus pariter et auro circumornatus, in medio circulo titulus operis. In f. 1 ornamentum tripartitum ex floribus, in parte inferiore tes-

sera gentilicia Friderici ducis Urbini posterius picta. Folia 197-207 supplevit alia manus eiusdem aetatis. Ff. I, II, 208 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX atque A. Mai card. bibliothecarii.

117 (olim 213). Saec. XV, membran., mm. 346×238, ff. VI. 246.

Duns Scoti Ioannis ordinis fratrum minorum in II et III sententiarum Petri Lombardi. Liber II inc. *Circa creationem etc. In hoc secundo tractatu magister de deo.* Des. *ita est a deo quoniam ex ipso et in ipsum sunt omnia, ipsi honor...* (ed. Venetiis 1490, 1, f. aa2-rr8, col. 1, lin. 21, sed multae quaestiones deficiunt, nonnullae alio ordine positae sunt); (f. 131) lib. III aliquantum diverse inc. *Circa incarnationem quero primo: Utrum possibile fuerit naturam humanam uniri uerbo in unitate suppositi, uidetur quod non quia actus purus et infinitus.* Des. *Iugum meum suaue est et onus meum leue... cui sit honor et gloria per...* (ed. cit., 2, f. A2ᵛ, col. 1, lin. 33 - N6, col. 1, lin. 21).

Codex, qui in antiquo indice urbinate n. 173 signatur, binis columnis exaratus est ab eodem librario et eodem tenore quo codex antecedens. In ff. I-III index distinctionum. In f. VIᵛ circulus magnus floribus ornatus in quo titulus operis. In f. 1 ornamentum ac tessera gentilicia Friderici ducis Urbini. Ff. IV-VIʳ, 130, 244-246 vacua.

Tegumentum uti in codice antecedenti.

118 (olim 215). Saec. XV, membran., mm. 350×242, ff. V. 251.

Duns Scoti Ioannis ordinis fratrum minorum in IV sententiarum Petri Lombardi. Inc. *Samaritanus ille piissimus spoliatum uidens hominem ab ierusalem in ierico descendentem.* Des. *in eterna beatitudine firmauit ad quam nos perducat qui sine fine uiuit et regnat* (ed. Venetiis 1490, 2, f. AA2 - RR7ʳ).

Codex, qui in antiquo indice urbinate n. 174 signatur, binis columnis exscriptus est eadem manu, quae nonnulla sub finem cod. 116 supplevit. Tituli minusculis rubris, litterae initiales maiores tum caeruleae tum rubrae coloribus ac lineis ornatae sunt. In f. III-IV index eadem manu librarii, in codice nonnullae correctiones alia manu. In f. V circulus magnus auro et floribus ornatus, in cuius medio titulus operis. In f. 1 ornamentum ex auro, floribus, avibus, duobus insignibus ac tessera gentilicia minore Friderici ducis Urbini. In littera initiali S magistri Scoti imago manu italica. Ff. I-II, IVᵛ, Vʳ, 250ᵛ, 251 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

119 (olim 217). Saec. XV, membran., mm. 350×242, ff. II. 251.

1 (f. 1). **Duns Scoti Ioannis** ordinis fratrum minorum Quodlibeta. Incipiunt: *Cuncte res difficiles, ait salomon.* Desinunt: *nihil nouum ponitur in deo ut dictum est et sic patet ad rationes* (ed. Venetiis 1490, 2, f. aaa2-ggg7, col. 2, lin. 27).

2 (f. 95). Quaestiones super IX libros **Metaphysicae Aristotelis. Incipiunt**: *In principio omnes homines natura scientiam desiderant...* Desinunt: *intentionem aristotelis assignantes doctrinam predictam* (ed. Venetiis per Bonetum Locatellum Bergomensem, 1497, f. 2-82).

In antiquo indice urbinate hic codex n. 175 signatur. Idem librarius et idem tenor qui in codice antecedenti. In f. II circulus magnus floribus, auro atque avibus ornatus, quem circumdant quatuor circuli minores, in quibus tres tesserae gentiliciae et insigne Friderici ducis Urbini. In medio circulo maiore tituli operum. In f. 1 ornamentum quadripartitum ex floribus, avibus, geniis, insignibus ac tessera gentilicia eiusdem Friderici, quae in duobus circulis satis rudi manu est picta. In marginibus ff. 95-249 correctiones et supplementa alia manu. Ff. I, II^r, 249^v-251 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

120 (olim 218). Saec. XIV-XV, membran., mm. 355×246, ff. I. 154.

Thomae anglici ⟨Walleis?⟩ ordinis praedicatorum liber propugnatorius contra **Scotum** in I sententiarum. Inc. sine prologo a vv. Scoti: *Utrum homini pro statu isto sit necessarium aliquam doctrinam....* Prima verba Thomae anglici: *In ista questione dicuntur aliqua minus bene et ideo contra dicta restat arguere.* Des. *ab aliis circumstantiis et potissimum a fine ultimo* (ed. Venetiis 1523, f. 1-125^r).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 176 signatur, binis columnis exscriptus est. Tituli litteris minusculis, litterae initiales maiores tum caeruleae tum rubrae lineis ornatae sunt. In f. 1 circulus magnus floribus saeptus in cuius medio titulus operis. In f. 2 ornamentum tripartitum posterius pictum ex floribus et avibus, in cuius margine inferiore tessera gentilicia Friderici Ducis Urbini. Ff. I, 1^r, 153^v, 154 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

121. Saec. XV, membran., mm. 358×252, ff. II. 329 (+ f. 243^a librarii oscitatione neglecto).

Francisci de Mayronis ordinis minorum in I sententiarum et s. **Bonaventurae** opera nonnulla.

1 (f. 1). **Francisci de Mayronis** in I librum sententiarum. Inc. *Circa prohemium primi libri sententiarum queritur primo utrum primum principium complexum possit formari.* Des. *ad alium habitum practicum seu artem* (ed. Venetiis 1520, p. 2-136^r).

2. S. **Bonaventurae** [1] (f. 244) **Breviloquium** partes I-VII (ed. Lugduni 1668, 6, p. 5-55). [2] (f. 282). **Lignum Vitae** (in ms. *Arbor;* ed. cit., 6, p. 403-411). [3] (f. 288^v). *LXXII operationes Ihesu Christi.* Incipiunt ut in opp. supplementis

Tridenti, 1774, 3, p. 1159; sed quartus versus dicit: *fructus fecundat gratus Ihesus ex patre genitus*. Desinunt: *Ihesus cruce immolatus... ac sempiternus status;* praeit (ibid.) declaratio: *Hec est meditatio quedam facta richmatice a fratre bonauentura de operationibus d. n. Ihesu Christi, ... 4.° quantum ad fructificationem ibi. Ihesus captiuos eruens.* [4] (f. 289). Contemplatio duodecim fructuum Arboris s. Crucis (opp. suppl. 3, 1161, sed in cod. quinti et sexti rythmi in singulis strophis desunt); praeit scholium quod inc. *Sequuntur XII loca notabilia in quibus gessit Christus operationes mirabiles.* Des. *locum sepulti domini, locum ascensionis;* subnectitur (f. 289ʳ) scholiolum seu testimonia post rythmum, inc. *Erunt fructus eius in cibum et folia eius.* des. *qui sanguine proprio uiuificat filios.* [5] (f. 290). Legenda (in ms. *Vita*) s. Francisci (ed. cit., 7, p. 274-308). [6] (f. 319). Legenda minor sancti Francisci (opp. suppl. 3, col. 1065-1116).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 182 signatur, binis columnis exscriptus est. Tituli minusculis rubris, litterae initiales maiores tum caeruleis tum rubris lineis, initiales maximae aureae tum coloribus, tum floribus decoratae sunt. In f. IIᵛ circulus magnus floribus ornatus, in cuius medio titulus operis. In f. 1 ornamentum ex floribus atque avibus, in cuius parte inferiore duo angeli ac tessera gentilicia Friderici ducis Urbini posterius picta. In ff. 326-329 tabulae seu indices in codicis opera. Ff. I, IIʳ, 243ᵃ vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

122. Saec. XV, membran., mm. 335×248, ff. II. 332.

Richardi de media villa ordinis fratrum minorum in IV sententiarum. Inc. *Innoua signa et inmuta mirabilia.* Des. *paratus essem humiliter retractare* (ed. Christophorus veneta clarus in urbe notis, sine anno).

Codicem, qui in antiquo indice urbin. n. 183 signatur, binis columnis librarius exaravit. Tituli minusculis rubris, litterae initiales maiores caeruleo et rubro colore alterno. Fol. IIᵛ habet solitum circulum floribus et aureis globulis ornatum, in medio circulo titulus codicis. In f. 1 ornamentum ex floribus, geniis, insignibus ac tesseris gentiliciis F⟨riderici⟩ D⟨ucis⟩ Urbini perita manu pictis. In ff. 321-330 index distinctionum et quaestionum eiusdem librarii manu. Ff. I, IIʳ, 330ᵛ, 331, 332 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX atque A. Mai card. bibliothecarii.

123 (olim 163). Saec. XV, membran., mm. 388×268, ff. II. 238 (+ f. 233ᵃ librarii negligentia omisso).

Alexandri de Ales, ordinis fratrum minorum, in I sententiarum. Inc. *Quoniam sicut dicit boecius in libro de trinitate.* Des. *idest diuine unitatis et trinitatis cui honor...* (ed. Papiae per Antonium de Birretis... 1489).

Codicem in antiquo indice urbin. n. 165 distinctum binis columnis librarius exscripsit. Tituli atque initiales uti in cod. antecedenti. F. IIᵛ habet solitum circulum lineis aureis

et floribus ornatum, in medio circulo titulus operis. In f. 1 ornamentum ex foliis, floribus, geniis, insignibus ac tesseris gentiliciis F⟨riderici⟩ D⟨ucis⟩ Urbini posterius in codice pictis. In prima initiali manu italica picta imago Boetii (?). In ff. 234-237 eiusdem librarii manu index distinctionum et capitum. Ff. I, II^{r}, 233^{a}, 238 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

124 (olim 124). Saec. XV, membran., mm. 386×266, ff. XII. 465.

Alexandri de Ales, ordinis fratrum minorum, in II sententiarum. Inc. *Completis tractatibus de hiis que pertinent ad speculationem.* Des. *tamquam ydolatriam gentium dampnare crederetur* (ed. Papiae per Antonium de Birretis 1489, die XX octobris).

Codicem in antiquo indiquo indice urbin. n. 164 distinctum binis columnis librarius exscripsit. Tituli atque initiales litterae uti in codice 122. In ff. I-X tabula seu index eiusdem librarii manu. In f. XII^{v} solitus circulus corona querna et floribus ornatus, in medio circulo titulus operis. F. 1 undequaque ornatum floribus, avibus, geniis, insignibus ac tesseris gentiliciis F⟨riderici⟩ D⟨ucis⟩ Urbini. Ff. XI, XII^{r}, 465 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Pii VI.

125 (olim 165). Saec. XV, membran., mm. 388×268, ff. II. 364.

Alexandri de Ales, ordinis fratrum minorum, in III sententiarum. Inc. *Nota christiane fidei disciplina pertinet ad duo.* Des. *sic terminat istud symbolum* (ed. Papiae per Antonium de Birretis... 1489).

Codicem in antiquo indice urbin. n. 166 distinctum binis columnis librarius transcripsit. Tituli atque litterae initiales uti in codice 122. F. II^{v} habet circulum corona laurea ac foliis ornatum, in medio circulo titulus operis. F. 1 ornatum est floribus, insignibus ac tesseris gentiliciis Friderici ducis Urbini. In parte dextera ornamenti prophetae imago atque in parte inferiore pictura annuntiationis b. Mariae V. manu italica. In littera initiali N prophetae caput eiusdem scholae manu. In ff. 357-363 index in codicem. Ff. I, II^{r}, 356^{v}, 364 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

126 (olim 166). Saec. XV, membran., mm. 388×268, ff. II. 209.

Alexandri de Ales, ordinis fratrum minorum, in IV sententiarum. Inc. *Dictum est supra de redemptore.* Des. *quod unum ueniat ad aliud* (ed. Papiae per Antonium de Birretis... 1489).

Codicem in antiquo indice urbin. n. 167 signatum binis columnis librarius exscripsit cum titulis atque initialibus uti in cod. 122. In f. II^{v} circulus corona ex quercu et floribus circumornatus; in medio circulo titulus operis. In f. 204 clausula: *Explicit quartus Ale-*

xandri de Ales... quod opus non explevit preventus morte. In f. 205-208r tabula seu index in codicem. Ff. I, IIr, 208v, 209 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

127 (olim 198). Saec. XV, membran., mm. 398 × 266, ff. XII. 343.

S. Thomae de Aquino opuscula genuina et suppositicia.

1 (f. 1). De regimine principum libri I-IV. Inc. *Principium autem intentionis nostre.* Des. *et est contra normam docentis;* praeit auctoris prooemium ad regem Cypri: *Cogitanti mihi quid offerrem - super omnes deos* (Divi Thomae aquinatis opp., Venetiis 1593, 17, f. 161-192v). **2** (f. 48v). De praescientia et praedestinatione divina. Inc. *Instantissime rogastis me karissimi fratres.* Des. *cuius potestas non auferetur et regnum non corrumpetur in secula seculorum. Amen* (S. Thomae opp., Parisiis 1660, 20, p. 883-894). **3** (f. 55v). De angelorum natura seu de substantiis separatis (in ms. *de Angelis*). Inc. *Quia sacris angelorum solempniis.* Des. *ex inferiori ordine et corporeos esse* (Divi Thomae opp., Venetiis 1593, 17, f. 86-97v). **4** (f. 73). In librum b. Dionysii de divinis nominibus expositio. Inc. *Ad intellectum librorum beati dyonisii.* Des. *referende sunt gratie bonorum omnium largitori, qui est trinus et unus deus...* (ed. cit., 10, pars 2a, f. 1-47v). **5** (f. 151). Contra impugnantes dei cultum et religionem (in ms. *contra Guilielmum de Amore et alios impugnantes...*) Inc. *Ecce inimici tui sonuerunt.* Des. *a qua liberemur. hec dicta suffitiunt deo adiuuante cui sit honor...* (ed. cit., 17, f. 127v-160v). **6** (f. 201v). De duobus praeceptis charitatis et decem legis praeceptis (in ms. *de decem preceptis*). Inc. *Tria sunt homini necessaria ad salutem.* Des. *Non adulterabis quod est in persona coniuncta* (l. cit., f. 53-61, sed desunt quinque lineae in fine). **7** (f. 211v). Declaratio quorundam articulorum contra graecos, armenos et saracenos ad Cantorem antiochenum (in ms. *De rationibus fidei ad c...* Inc. *Beatus Petrus apostolus qui promissionem.* Des. *alibi diligentius pertractata sunt* (l. cit., f. 48v-53). **8** (f. 219). Expositio devotissima orationis dominicae, videlicet Pater noster. Inc. *Pater noster etc. Inter alias orationes oratio dominica.* Des. *sed libera nos a malo. Amen* (l. cit., f. 71-75). **9** (f. 224v). Devotissima expositio super salutatione angelica scilicet Ave Maria. Inc. *Aue Maria... Ista salutatio triplicem habet partem.* Des. *sed fructus eius magis benedictus. Amen* (l. cit., f. 75-76). Sed in hoc opusculo inter verba *diriguntur per Mariam ad gloriam* et verba *benedictus fructus uentris tui* (l. cit., f. 76, col. 1, C) inserta est altera expositio quae inc. *Aue Maria etc. Beatus Jeronymus in quodam sermone dicit ceteris per partes.* Des. *Accedamus cum fi-*

dutia ad thronum gratie eius nam et ipsa in ecclesiastico dicit: In me omnis gratia... qui concupiscitis me rogemus etc. (ed. Uccelli in ephemeride *I Gigli a Maria*, Napoli 1874, p. 109-113). **10** (f. 226ᵛ). De potentiis animae. Inc. *Ut adiutorium homini collatum.* Des. *uoluntati subduntur ut uisum est* (ed. Venetiis 1593, 17, pars 2ª, f. 7-9ᵛ). De inventione medii. Inc. *Quoniam principium syllogizandi.* Des. *cum quibus sunt conuertibilia* (l. cit., pars 2ª, f. 35ᵛ-36, desunt sex verba in fine). **12** (f. 232). De principio individuationis. Inc. *Quoniam due sunt in homine potentie.* Des. *que est earum subiectum* (l. cit., f. 206ᵛ-207). **13** (f. 233). De natura generis. Inc. *Quoniam omnis creatura.* Des. *quam ille a deo sunt. qui est super omnia benedictus. Amen* (loc. cit., pars 2ª, f. 1ᵛ-7). **14** (f. 245). De natura accidentis. Inc. *Quoniam omnis nostra cognitio.* Des. *spetiee predicatur. Et hec de natura accidentis dicta sufficiant. Amen* (l. cit., pars 2ª, f. 1-1ᵛ). **15** (f. 246ᵛ). De propositionibus modalibus. Inc. *Quia propositio modalis.* Des. imperfecte versu: *Sit tibi sub contraria linea prima secunde...* (l. cit., f. 226-226ᵛ, H, 8). **16** (f. 247). Super librum de Trinitate (in ms. *super Boetium...*). Inc. *Ab initio natiuitatis inuestigabo... Naturalis mentis humane intuitus.* Des. *propter eminentiam illius finis* (l. cit., pars 2ª, f. 114ᵛ-135). **17** (f. 277). **Compendium theologiae ad fratrem Reginaldum pars I.** Inc. *Eterni patris uerbum sua immensitate.* Des. *XII articuli et hec dicta de fide sufficiant* (l. cit., f. 9ᵛ-44ᵛ). **18** (f. 327). De ente et essentia. Inc. *Quia paruus error in principio.* Des. *et consummatio huius presentis sermonis* (ed. cit., 4, f. 1-35, sed sine commentario card. Caietani). **19** (f. 333). De aeternitate mundi. Inc. *Supposito secundum fidem catholicam.* Des. *uidentur probabilitatem afferre* (ed. cit., 17, f. 202ᵛ-203ᵛ). **20** f. 334ᵛ). De mixtione elementorum. Inc. *Dubitatio apud multos esse solet.* Des. *saluantur* (!) *enim uirtus eorum. Et hec de commixtione elementorum dicta sufficiant* (l. cit., f. 212ᵛ-213). **21** (f. 253ᵛ). Expositio super librum Boetii de hebdomadibus. Inc. *Precurre prior... Habet hoc priuilegium sapientie studium.* Des. *deriuantur a primo bono. Et in hoc terminatur expositio libri. Benedictus deus...* (l. cit., pars 2ª, f. 111-114ᵛ).

Codex, qui in indice antiquo urbinate n. 147 signatur, binis columnis exscriptus est. Tituli minusculis rubris, litterae initiales maiores tum caeruleae tum rubrae lineis, initiales maximae tum aureae tum caeruleae tum rubrae lineis et coloribus ornatae sunt. In ff. II-XI index in codicis opuscula. In f. XIIᵛ circulus floribus decoratus, in medio circulo titulus codicis. In f. 1 ornamentum tripartitum ex floribus et auro, in cuius parte inferiore posterius picta fuit tessera gentilicia Friderici ducis Urbini, quam sustentant duo angeli. In prima initiali G picta imago s. Thomae de Aquino manu italica. Ff. I-XIIʳ, 340ᵛ-343 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

128 (olim 192). Saec. XV, membran., mm. 388×268, ff. I. 329.

S. Thomae de Aquino in librum IV sententiarum. Inc. *Misit uerbum suum et sanauit eos... Ex peccato primi hominis humanum genus.* Des. *et finis ad quem omnia ordinantur* (ed. Parisiis 1660, vol. 10).

Binis columnis librarius exaravit hunc codicem, qui in antiquo indice urbin. n. 135 signatur. Tituli minusculis rubris, initiales maiores lineis et coloribus alternis caeruleo ac rubro ornatae sunt. In ff. 1-6^{v} tabula seu index articulorum. In f. 8^{v} solitus circulus lineis, foliis, floribus, fructibus ornatus, in medio circulo titulus operis. F. 9, in quo incipit opus, ornamento distinguitur ex foliis, floribus, fructibus, avibus, geniis ac tessera gentilicia maiore Friderici ducis Urbini. In marginibus codicis insunt supplementa nonnulla et correctiones forte eiusdem librarii manu. Ff. I, 7-8^{r}, 329 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

129 (olim 193). Saec. XV, membran., mm. 373×257, ff. I. 312 (— f. 10 librarii oscitatione omisso).

F. 12. **S. Thomae de Aquino** Summae theologiae pars I (ed. Lugduni 1686, 21, p. 1-259).

Codicem, qui in antiquo indice urbin. n. 136 signatur, binis columnis exaravit librarius. Tituli atque initiales litterae uti in codice antecedenti. In ff. 1-9 index in opus. In f. 11^{v} circulus floribus et fructibus auro pictis ornatus, in medio titulus operis. In f. 12 ornamentum ex floribus, geniis, insignibus F⟨riderici⟩ D⟨ucis⟩ ac tessera gentilicia maiore eiusdem, circa quam inscriptio: *Federicus de monte feretro urbini comitem* (!). In prima initiali Q manu italica s. Thomae ad tabulam litterariam scribentis imago. In marginibus codicis correctiones et supplementa eiusdem fortasse librarii manu. Ff. I, 9^{v}, 11^{r}, 311^{v}, 312 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

130 (olim 194). Saec. XV, membran., mm. 374×258, ff. I. 271.

F. 9. **S. Thomae de Aquino** prima secundae Summae theologiae (in ms. *prima pars secundi libri*)... (ed. Lugduni 1686, 21, pars 2^{a}, p. 1-264).

Codex in antiquo indice urbinate n. 137 distinctus eodem tenore exaratus est quo codd. 128-129. In ff. 1-5 index in opus quod codex continet. In f. 8^{v} circulus magnus auro et floribus circum ornatus, in medio circulo titulus codicis. In f. 9 ornamentum ex floribus, globulis aureis, insignibus ac tessera gentilicia F⟨riderici⟩ D⟨ucis⟩ Urbini: in prima initiali Q aliud insigne eiusdem Friderici. In margg. codicis supplementa et correctiones manu eiusdem aetatis. Ff. I, 8^{r}, 271 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

131. Saec. XV, membran., mm. 390×264, ff. 420.

S. Thomae de Aquino secunda secundae Summae theologiae (ed. Lugduni 1686, 21, pars 3ª, p. 1-396).

Codicem, qui in antiquo indice urbin. n. 126 signatur, eodem tenore exaravit librarius quo codicem 128. In ff. 1-8 index quaestionum. In f. 10ᵛ circulus octo florum vasibus circumornatus, in quibus singulis taenia cum voce: *semper*. In f. 2 ornamentum quadripartitum foliis, floribus, avibus, geniis, insignibus ac tesseris gentiliciis F⟨riderici⟩ D⟨ucis⟩. In prima initiali P s. Thomae imago italica manu picta. Ff. 9, 10ʳ, 420 vacua. Expenditur hic codex in ed. opp. s. Thomae, Romae 1899, vol. 10, p. V.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Pii VI.

132 (olim 196). Saec. XV, membran., mm. 376×258, ff. I. 292 (— f. 7 librarii negligentia omisso).

S. Thomae de Aquino tertia pars Summae theologiae (ed. Lugduni 1685, 22, pars 1ª, p. 1-244).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 138 signatur, eodem tenore exaratus est, quo codices 128-131. In f. 8ᵛ circulus auro et floribus ornatus, in quo titulus operis. In f. 9 ornamentum satis elegans in pagina aurea ex foliis, floribus, lineis affabre intextis, ac tessera gentilicia maiore Friderici ducis Urbini; in prima initiali Q manu italica s. Thomae ad tabulam scriptoriam picta imago. Ff. I, 6ᵛ, 8ʳ, 291ᵛ. 292 vacua. In calce codicis subsciptio librarii: *Nievkerke*. In marginibus codicis supplementa et correctiones eiusdem librarii manu.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

133 (olim 197). Saec. XV, membran., mm. 368×255, ff. II. 215.

S. Thomae de Aquino supplementum (in ms. *additiones*) tertiae partis Summae theologiae (ed. Lugduni 1685, 22, p. 245-444).

Codicem in antiquo indice urbin. n. 139 signatum eodem tenore exaravit librarius, quo codd. 128-132. In f. IIᵛ circulus floribus et fructibus decoratus, in medio circulo titulus operis. In f. 1 ornamentum ex floribus, avibus ac tessera gentilicia Friderici Urbini ducis posterius addita. In ff. 209-214 index quaestionum. Ex aversa parte tegumenti manu saec. XVII: *Tomo 29*. Ff. I, IIʳ, 214ᵛ, 215 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

134 (olim 202). Saec. XV, membran., mm. 360×250, ff. VI. 308.

S. Thomae de Aquino de Veritate, quaestiones disputatae I-XXIX. Inc. *Questio est de ueritate et primo queritur quid est ueritas*. Des. quaestio XXIX de gratia Christi vv. *sed aliquid eorum non sufficienter* (ed. Parisiis 1660, 12, p. 554-948).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 143 signatur, binis columnis exscriptus est. Tituli et initiales litterae uti in codicibus 128-133. In f. II-IV^{v} tabula quaestionum. In f. VI^{v} circulus magnus floribus decoratus in medio circulo titulus operis. In f. 1 ornamentum tripartitum ex floribus, avibus, papilionibus, in parte inferiore tessera gentilicia Friderici ducis Urbini posterius picta. Ff. I, V, VI^{r}, 307^{v}, 308 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

135 (olim 204). Saec. XV, membran., mm. 348×244, ff. II. 326 (+f. 315^{a} librarii negligentia omisso).

S. Thomae de Aquino Summa contra gentiles libri I-IV (ed. Parisiis 1660, voll. 13 et 14).

Numero 131 signatur hic codex in indice urbin. antiquo. Tituli atque initiales litterae uti in codd. 128 sqq. In f. I^{v} circulus auro et coloribus ornatus, in medio circulo titulus operis. In f. 1 ornamentum perita manu pictum ex floribus, avibus, geniis, ac tessera gentilicia minore Friderici ducis Urbini posterius addita. In prima littera initiali V manu italica s. Thomae duabus manibus in sinu librum gestantis picta imago. In ff. 316-325 index capitum cum eorum initiis. In imis marginibus altera foliorum numeratio nunc partim abrasa ex litteris et numeris composita uti in libris impressis eiusdem aetatis. Ff. I, II^{r}, 315, 325^{v}, 326 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

136 (olim 199). Saec. XV, membran., mm. 346×241, ff. III. 282.

S. Thomae de Aquino quaestiones disputatae nonnullae et expositio in psalmos.

1 (f. 1). Quaestiones de p o t e n t i a Dei I-X. Inc. *Questio est de potentia dei et primo queritur utrum in deo sit potentia et uidetur quod non.* Des. ad articulum IV quaest. X « utrum Spiritus s. procedat a filio » vv. *unde in hoc non est standum sententie damasceni* (ed. Parisiis 1660, 12, p. 1-186). **2** (f. 125^{v}). De s p i r i t u a l i b u s c r e a t u r i s, quaestio unica, articuli I-XI. Inc. *Questio est est de spiritualibus creaturis et prius queritur utrum substantia spiritualis creata sit composita ex materia et forma.* Articulus XI, utrum animae sint idem quam essentiae animae, des. *est aliqua compositio actus et potentie ut supra dictum est* (l. cit., p. 372-406). **3** (f. 152^{v}). Expositio super p s a l m o s I-LI. Inc. *Beatus uir. Qui distinguitur contra totum opus* - psalmus LI des. *non possunt nisi diligere eum;* praeit (f. 151) prologus: *In omni opere suo dedit confessionem... Verba hec dicuntur de dauid - in qua premittitur psalmus iste* (ed. cit., 15, p. 259-452).

Codex convenit numeris 141 et 142 antiqui indicis urbinatis. Librarius hunc eodem tenore exaravit, quo codices 128 seqq. In f. II tabula seu index in codicem. In f. III^{v} circulus floribus et globulis aureis aliquantum ornatus, in medio circulo titulus codicis. F. 1 floribus, intextis lineis, globulis auro illitis ornatum est, in parte inferiore tessera gentilicia Friderici ducis Urbini. Ff. I, III^{r}, 150^{v}, 281^{v}, 282 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

137 (olim 189). An. 1473, (cf. subscr. f. 208^v), membran., mm. 348×244, ff. II. 214; (+ f. 208^a, 208^b librarii negligentia omissis).

S. Thomae de Aquino in librum I sententiarum. Inc. *Ego sapientia effudi flumina... Inter multas sententias que a diuersis de sapientia.* Des. *in uobis per fidem nunciauit. cui est honor...* (ed. Parisiis 1660, vol. 7).

Codex eodem tenore exaratus quo codices 128 sqq. et in antiquo indice urbin. n. 132 distinguitur. In f. II^v circulus magnus coloribus et floribus ornatus et in medio titulus operis. F. 1 ornatum est floribus, insignibus ac tessera gentilicia Friderici ducis Urbini. In f. 208^v subscriptio librarii: *Per me theodoricum goch scriptum et completum in scarparia in conventu sancti Augustini. 1473.* In ff. 209-213 index distinctionum et quaestionum, quas codex continet. Ff. I, II^r, 208^a, 208^b, 214 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

138 (olim 190). An. 1474 (cf. f. 235), membran., mm. 345×246, ff. II. 240; (+ f. 235^a librarii negligentia omisso).

S. Thomae de Aquino in librum II sententiarum. Inc. *Spiritus eius ornauit celos... Creaturarum consideratio pertinet ad theologos.* Des. *cuius potestas non auferretur* (!) *et regnum non corrumpetur in secula* (ed. Parisiis 1660, vol. 8).

Codicem, in antiquo indice urbin. n. 133 signatum, idem librarius scripsit, qui eodem tenore atque iisdem ornamentis distinxit, quibus codicem antecedentem; desunt tamen insignia fridericiana. In f. 235 subscriptio: *Explicit... per me Theodoricum goch. 1474. Laus Deo.* In ff. 336-339 tabula distinctionum et quaestionum. Ff. I, II^r, 235^v, 235^a, 240 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

139 (olim 191). Saec. XV, membran., mm. 350×245, ff. II. 264.

S. Thomae de Aquino in librum III sententiarum. Inc. *Ad locum unde exeunt... Ex uerbis istis duo possumus accipere.* Des. *et uirtutes perficit quibus ad uitam peruenit eternam in qua cum Christo uiuamus in secula...* (ed. Parisiis 1660, vol. 9).

Codex, qui in indice antiquo urbin. n. 134 distinguitur, eodem tenore exaratus est, quo codd. 128-138. In f. II^v solitus circulus leviter floribus exornatus, in cuius medio titulus operis. In f. 1 ornamentum ex floribus, in cuius parte inferiore adiecta fuit posterius tessera gentilicia minor Friderici Urbini ducis. In ff. 259-263 index distinctionum et quaestionum. Ff. I, II^r, 258^v, 264 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

140 (olim 203). Saec. XV, membran., mm. 346×249, ff. I. 305.

S. Thomae de Aquino quaestiones quodlibetales et disputatae nonnullae.

1 (f. 7). Quodlibeta I-XI, sed hoc ordine: I-VII, IX-XI, VIII; desunt autem quaestioni VII quodlibeti VII articuli duo ultimi et quodlibetum XII. Primum inc. *Quesitum est de deo angelo et homine.* VIII des. *per prius intendemus Christi diuinitatem* (ed. Parisiis, 1660, 11, pars 2ª, p. 1-155). **2** (f. 100). Quaestiones de Malo ⟨disputatae⟩ I-XV. Inc. I: *Questio est de malo et primum queritur an malum sit aliquid.* Des. XV: *secundum causas per accidens, sed secundum causas per se* (deest XVI, ed. cit., 12, p. 191-340). **3** (f. 206). De anima articuli (in ms. *questiones*) I-XXI. Inc. I: *Questio est de anima et primo queritur utrum anima humana possit esse forma.* Des. XXI: *pene autem intelligi possunt corporaliter* (l. cit., p. 406-464). **4** (f. 249ᵛ). De virtutibus in comuni, articuli (in ms. *questiones*) I-XIII. Inc. I: *Questio est de uirtute in comuni et primo queritur utrum uirtutes sint habitus.* Des. ult. *ad sperandum superna* (ed. cit., 12, p. 475-504). **5** (f. 270ᵛ). De caritate, articuli (in ms. *questiones*) I-XI. Inc. I: *Questio de caritate. Et primo queritur utrum caritas sit aliquid creatum.* Des. XI: *Unde ratio non prosequitur* (desunt VII et XIII, ed. cit., 12, p. 505-530). **6** (f. 288). De correctione fraterna, articuli (in ms. *questiones*) I-II. Prior inc. *Questio est de correptione fraterna et primo queritur utrum sit in precepto.* Des. alter: *et in loco iudicii presidenti* (ed. cit., 12, p. 531-537). **7** (f. 293). De Spe, articuli (in ms. *questiones*) I-III. Primus inc. *Questio est de spe et primo queritur. Utrum spes sit uirtus.* Tertius des. *imperfecta perfectis sunt priora* (deest art. IV, ed. cit., 12, p. 537-542). **8** (f. 296). De virtutibus cardinalibus, articuli (in ms. *questiones*) I-IV. Inc. I: *Questio est de uirtutibus cardinalibus. Et primo queritur.* Des. IV: *ultimum finem sicut alie uirtutes* (ed. cit., 12, p. 544-554).

Codex, qui convenit fortasse n. 140 antiqui indicis urbinatis, exaratus est eodem tenore atque iisdem ornamentis decoratus quibus codices 128 sqq., desunt insignia gentilicia Friderici Urbini ducis, atque eius tessera gentilicia posterius imperfecteque est picta. In ff. 1-5 tabula seu index articulorum. Ff. 1, 5ᵛ, 6ʳ, 304, 305 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

141 (olim 176). Saec. XV membran., mm. 358×254, ff. II. 214. (+ f. 209ª numeratoris negligentia omisso).

S. Bonaventurae in I sententiarum (s. Bonaventurae opp. ad claras aquas « Quaracchi », 1882, t. 1).

In antiquo indice urbin. codex n. 168 distinguitur, binis columnis librarius illum exaravit cum titulis ac litteris initialibus uti in codd. 128 sqq. In f. 11ᵛ circulus globulis aureis et floribus ornatus, in medio circulo titulus operis. In f. 1 ornamentum ex floribus, avibus,

insignibus ac tessera gentilicia F⟨riderici⟩ Urbini D⟨ucis⟩. In ff. 210-213 index in opus. Descripserunt hunc codicem editores opp. cit. s. Bonaventurae, 1, p. LXXIX, n. 55. Ff. I, II^{r}, 209^{a}, 213^{v}, 214 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

142 (olim 177). Saec. XV, membran., mm. 362 × 252, ff. II. 353 (+ f. 347^{a} numeratoris culpa omisso).

S. Bonaventurae in II sententiarum (s. Bonaventurae opp. ad claras aquas « Quaracchi » 1885, t. 2).

Codex eodem tenore et fortasse eadem manu exscriptus est, qua codex antecedens, in indice autem urbinate antiquo n. 169 distinguitur. In f. II^{v} circulus in quo titulus erratus codicis, uti in margine adnotavit Fridericus Veteranus, Urbini ducis bibliothecarius, cuius scripturam agnoscere mihi videor. In f. 1 ornamentum fortasse scholae florentinae ex auro ac foliis, in parte inferiore tessera gentilicia F⟨riderici⟩ D⟨ucis⟩ insignibus fridericianis posterius circumornata, manu non aeque perita. In ff. 248-352 tabula seu index quaestionum. Descripserunt hunc codicem editores opp. cit. s. Bonaventurae, 2, p. XI, n. 65. Ff. I, II^{r}, 347^{v}, 347 a, 353 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

143 (olim 178). Saec. XV, membran., mm. 362 × 255, ff. II. 302 (+ f. 298^{a} numeratoris culpa omisso).

S. Bonaventurae in III sententiarum (s. Bonaventurae opp. ad claras aquas « Quaracchi » 1887, t. 3).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 170 signatur, eodem tenore atque eadem fortasse manu transcriptus est, qua codices 141, 142. In f. II^{v} corona cum floribus et globulis aureis circulum ornat in cuius medio titulus operis. Pagina 1 non eleganter ornata est uti prima pagina in codice antecedenti; posterius in parte inferiore ornamenti inter flores et aves adiecta fuit tessera gentilicia Friderici ducis Urbini. Descriptus est hic codex in ed. cit. p. IX, n. 57. In ff. 298^{a}, 301 index distinctionum et quaestionum. Ff. I, II^{r}, 297^{v}, 298, 302 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

144 (olim 179). Saec. XV, membran., mm. 365 × 254, ff. II. 338 (+ 331^{a} numeratoris culpa omisso).

S. Bonaventurae in IV sententiarum (s. Bonaventurae opp. ad claras aquas « Quaracchi », 1889, t. 4).

Codex, in indice urbin. antiquo n. 171 signatus, eodem tenore atque eadem fortasse manu transcriptus est qua codices 141-143. In f. II solitus circulus floribus ornatus in cuius medio titulus operis. F. 1 manu satis perita ornatum est floribus, bestiis, geniis, et picto capite s. Bonaventurae nunc evanido, insignibus ac tessera gentilicia Friderici ducis Urbini. In ff. 332-337 index distinctionum et quaestionum, quae in parte hac continentur. Descripserunt hunc codicem editores op. cit. p. VII, n. 63. In marginibus foliorum vestigia antiquae numerationis nunc resectae. Ff. I, II^{r}, 331^{a}, 338 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

145 (olim 220). Saec. XV, membran., mm. 378×264, ff. III. 273.

S. Antonini archiepiscopi florentini Summae theologiae pars I. Inc. *Quam magnificata sunt opera tua... Contemplatur propheta in excessu mentis.* Des. *ad hoc ut sit meritorium.* (S. Antonini Summa theologica, Veronae 1740, 1, col. 1-902).

Codex, in antiquo indice urbin. n. 188 signatus, binis columnis exscriptus est. Tituli minusculis rubris, initiales tam maiores quam maximae lineis ornatae sunt. In f. II index in opus: in f. III^v circulus floribus, insignibus ac tessera gentilicia Friderici ducis Urbini ornatus negligenti manu, in medio circulo titulus operis. In f. 1 ornamentum ex floribus, gemmis, geniis, duobus prophetis, insignibus ac tessera gentilicia F⟨riderici⟩ D⟨ucis⟩. In prima initiali Q manu italica s. Antonini ordinis praedicatorum imago. Ff. I, III^r, 273 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

146 (olim 221). Saec. XV, membran., mm. 388×261, ff. III. 330.

S. Antonini archiepiscopi florentini Summae theologiae pars II. Inc. *Tu contribulasti capita draconum... De anima quidem et eius nobilitate.* Des. *subesse divine prouidentie que omnia, falsa sunt* (ed. Veronae 1740, 2, col. 1-1200).

Codex in antiquo indice urbin. n. 189 signatus, eodem librario atque eodem tenore quibus codex antecedens exaratus est. In ff. II-III index titulorum et capitum. In f. 1^v circulus gemmis floribus atque insignibus F⟨riderici⟩ D⟨ucis⟩ satis rudi arte ornatus. In f. 1 ornamentum ex floribus, gemmis, insignibus ac tessera gentilicia fridericiana. Ff. I, III^v, 1^r, 329^v, 330 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

147. 148. Saec. XV, membranei.

I. **147** (olim 222), mm. 390×264, ff. II. 233.

S. Antonini archiepiscopi florentini Summae theologiae pars I partis III. Inc. *Astitit regina a dextris tuis... Verba ista prophete loquentis ad dominum deum.* Des. *quod non uisitetur ab ordinario sed ab alio* (ed. Veronae 1740, 3, col. 1-844).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 190 signatur, eadem manu scriptus atque iisdem ornamentis distinctus, quibus codd. 145-146. In ff. II^v praeter solitum circulum, in cuius medio titulus operis, in margine inferiore notula manu Friderici Veterani bibliothecarii ducalis de defectu indicis in hoc volumine qui per *errorem scriptoris et ligatoris*, ut affirmat, scriptus est in codice 148, quem vide. Ff. I, II^r, 233 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

II. **148** (olim 223), mm. 388×268, ff. 233-442.

S. Antonini archiepiscopi florentini Summae theologiae pars II partis III. Inc. a titulo XVI: *Religiositas custodiat cor... Status religionis denominatur a*

uirtute. Des. *ut dicitur de beatis in titulo antecedenti* (ed. Veronae 1740, 3, col. 843-1624).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 191 signatur, eadem manu, eodem tenore, iisdemque ornamentis quibus codex antecedens distinguitur. In ff. II-IV index primae et secundae partis tertiae partis Summae. In marginibus superioribus f. II duplex nota, prima Friderici Veterani qui hoc advertit (cf. cod. 147), secunda alterius qui in margine dextro scriptorem et *ligatorem* ab errore vindicat cum codices 147, 148 unum corpus efforment. Ff. I, V, VI^r, 442 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

149 (olim 224). Saec. XV, membran., mm, 364×250, ff. II. 315.

S. Antonini archiepiscopi florentini, pars I partis IV Summae theologiae, de confessione, de ornatu mulierum, trialogus, de revelatione divina quaedam.

1 (f. 1). Summae theologicae pars I partis IV ⟨tituli I-VIII⟩. Inc. sine prologo: *Circa uirtutem in generali consideranda sunt septem.* Des. *hec omnia Ieronimus ad damasum papam XXIIII. q. 1. Qm̄* (ed. Veronae 1740, 4, col. 5-462). **2.** Subnectuntur (f. 204) ⟨Nonnulla de necessitate atque utilitate revelationis divinae⟩. Inc. *Eorum que proponuntur credenda quedam ratione naturali probari possunt.* Des. *ut beatus Dominicus et beatus Thomas et alios* (!) *quamplures.* **3** (f. 205). Summula confessorum, (in ms. *Tractatus confessionis*). Inc. *Defecerunt scruptantes... Scruptinium quoddam est confessio.* Des. *quam de nimia iustitia XXI. q. VII. Alligant* (ed. Venetiis 1474). **4** (f. 258^v). Tractatus de ornatu mulierum. Inc. *Queritur utrum ornatus mulierum secundum morem patrie.* Des. *superfluitatem et uanitatem faciant et uendant.* **5** (f. 261^v). Trialogus (in ms. *Omelia*) super evangelium quod incipit: *Duo ex discipulis Iesu ibant ipsa die in castellum Emmaus.* Inc. *Incipiens a moyse et omnibus prophetis. Hec naturalia refert sacer euangelista lucas.* Des. *et alteri cum sputo tetigit linguam eius* (ed. Florentiae 1680, 4).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 192 signatur, eadem manu atque eodem tenore descriptus est, quibus codices 145-148. In ff. 301-313 index capitum omnium operum, in indice Summae addita sunt etiam initia. Ff. I, II^r, 300^v, 314, 315 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

150. Saec. XV, membran., mm. 364×240, ff. IV. 312.

S. Antonini archiepiscopi florentini Summae theologiae pars II partis IV. Inc. a titulo IX: *Emitte lucem tuam... Considerans propheta necessitatem.* Des. *ideo nihil de ea hic. Sed finis sit huic quarte parti que est de uirtutibus et donis spiritus sancti* (ed. Veronae 1740, 4, col. 461-1292).

F. 312. Nota de obitu s. Antonini. Inc. *Obiit ipse beatus Antoninus uir consiliorum.* Des. *ex salutari eius doctrina summatim in epitaphio suo congesta.* Ibid. Epitaphium. *Hic est ille tuus pastor florentia pro quo* (ed. l. cit., **Summae theologicae**, 1, p. LXXXII).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 187 signatur, eadem manu atque eodem tenore descriptus est, quibus codices 145–149. Tamen ornamenta, insignia ac tesserae gentiliciae in ff. IV^v et 1 solito elegantiora sunt, fortasse e schola aliqua florentina. In f. 1 tabula seu index in codicem. Ff. II, III, IV^r, 312 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Pii VI.

151. Saec. XV, membran., mm. 367×221, ff. I. 160.

De la Rovere Francisci (Sixti IV pontificis) de sanguine Christi, de iustitia Dei, de futuris contingentibus.

1 (f. 6). De sanguine Christi ad Paulum II pontificem. Inc. *Cupientes ut tenemur questiones de Christi sanguine.* Des. *et ad uiam ueritas* (!) *reducere* (ed. Romae 1471, f. 4^v-109); praeeunt [1] (f. 2) Ioannis Philippi de Lignamine editore epistola nuncupatoria ad Sistum IV. Inc. *Cogitanti mihi beatissime pater Xyste tuis erga me meritis - et laudum tuarum studiosissimum* (ed. cit., f. 2); [2] (f. 2^v) fragmenta seu initium epistolae Sixti cardinalis ad Paulum II pontificem: *Cum de sanguine Christi beatissime pater... pro ingenii mei facultate...* (ed. cit., f. 4). **2** (f. 132^v). De potentia Dei. Inc. *Quia plerique sunt hac nostra tempestate.* Des. *tota mentem* (!) *complectimur* (ed. cit., f. 110-121). Subnectitur ⟨Registrum huius operis⟩ *Cogitanti - sic deduco* (ed. cit., f. 121^v). **3** (f. 148). De futuris contingentibus. Inc. *Reverendissime pater et domine mi unice... Vidi litteras domini Henrici.* Des. *si bene et absque passione consideretur* (ed. Nuremberg 1473, uti affirmat Brunet *Manuel du Libraire*, sed hanc editionem non vidi); praeit (f. 147^v) Ioannis Philippi de Lignamine epistola ad Sixtum IV, libello praefixa. Inc. *Fueram sanctissime pater tue sanctitatis.* Des. *seruum fidelissimum commendatum suscipe* (l. cit.).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 194 signatur, eleganti littera exaratus est. Tituli litteris aureis minusculis, initiales maiores alias aureae, alias caeruleo colore illitae. In f. 5^v magnus circulus affabre pictus floribus atque insignibus Friderici Urbini ducis ornatus, quinque circuli minores circumstant, in quorum tribus tituli operum, in duobus insignia eiusdem ducis. F. 8 eadem peritissima manu ornatum est auro, intextis lineis, coronis laureis, ansere, phasiano, geniis, inter quos tessera gentilicia fridericiana. In fronte autem huius paginae manu italica atque arte egregia picta est effigies Sixti IV sedentis in throno dextera benedicentis; super eius sinistro genu liber. In ff. 132^v, 147^v eadem manu alia ornamenta, in quibus flores et lepus quiescens. Ff. I, 3-5^r, 158-160 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Clementis XI.

152 (olim 953). An. 1482 (cf. subscr. in f. 228 cod. 153), membran., mm. 324×248, ff. III. 241.

Alvari Pelagii episcopi silvensis de planctu (in ms.... *et statu*) ecclesiae liber I. Inc. *Certum est autem et notorium toti mundo est quod dictus Ioannes* Des. *sub caligine reseruari. uide in capitulo;* praeit prooemium: *Optimis moribus et uirtutibus adornato - de facto et perperant* (!) *processisse* (ed. Venetiis, ex officina Francisci Sansovini 1560, f. 1-70); (f. 147) libri II articuli I-XXVIII (in ms. *XXIX*, quia VIII art. in duos dividitur). Inc. I: *Iam nunc restat de secunda parte istius operis, qui* (!) *est de planctu ecclesie.* Ultimus des. *que tot sacris canonibus allegatis superius contradicit* (ed. cit., pars II, f. 1-70). Articulorum argumenta tamen ampliora sunt quam quae in ed. cit. In art. I post vv. quae in ed. adduntur: *de duplici stercore, expositio multiplicis interpretationis uerbi nazarei, de multiplici igne malo et bono.* Insunt etiam variae lectiones, e. gr. in fine art. VIII (in cod. est *IX*) desunt verba: *et qualem te inuenerit dominus cum uocat...*

Codex, qui in antiquo indice urbinate n. 201 signatur, binis columnis exscriptus est. Tituli maiusculis rubris, primo excepto, initiales maiores tum caeruleae tum rubrae lineis ornatae sunt. In f. III^v circulus belle ornatus floribus atque in medio circulo titulus operis. In f. 1 manu rudiore ornamentum ex floribus in cuius parte inferiore tessera gentilicia Friderici Urbini ducis posterius picta. In ff. 1-3 index articulorum. Ff. I-III, 3^v, 241 vacua.

In tegumenti dorso insignia Innocentii XII ac tessera gentilicia Fr. Laurentii Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

153 (olim 954). An. 1482, (cf. subscr. f. 228), membran., mm. 255×244, ff. V. 230.

Alvari Pelagii episcopi silvensis De planctu (in ms.... *et statu*) ecclesiae libri II articuli XXIX (in ms. *XXV*) - XCIIII. Inc. *Expediti dei gratia de defectibus primi et precipui ordinis.* Des. *et officialis indignus in penitentierie offitio. regnante domino nostro ihesu christo...* (ed. cit., pars 2^a, f. 70-229).

Codex, in antiquo indice urbin. n. 202 signatus, eadem manu atque eodem tenore exaratus est, quibus codex antecedens. In f. V^v circulus atque in f. 1 ornamentum eadem mediocri arte picta. In ff. III-IV index. In f. 228 librarii manu: *1482 4 Novembris.* In ff. I, II, V^r, 220^v-230 vacua.

In tegumenti dorso insignia Innocentii XII ac tessera gentilicia Fr. Laurentii Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

154 (olim 58). Saec. XV, membran., mm. 335×232, ff. II. 215.

Iannotii Manetti adversus iudaeos et gentes libri I-X ad Alfonsum clarissimum Aragonum regem. Liber I inc. *Cum omnipotens deus ac pius et misericors*

dominus. Liber X de mulieribus virginibus ac martyribus des. tractans de s. Brigida verbis: *atque regulam suam iam antea inceptam solemnibus apostolicisque decretis approbauit.*

Codex, in antiquo indice urbin. n. 415 signatus, titulos habet maiusculis rubris, litteras initiales maiores pariter rubras sed aliquando caeruleas. In f. II^v circulus corona laurea, floribus et globulis aureis circumornatus, in medio circulo titulus operis. In f. 1 ornamentum ex floribus, fructibus, avibus, geniis ac tessera gentilicia Friderici Urbini ducis negligenti arte pictum. In marginibus foliorum lemmata ipsius librarii manu. Ff. I, II^r, 215 vacua. De hoc codice cf. Pagnotti, *La vita di Nicolò V* in *Archivio d. soc. rom. di stor. patria*, 1891, p. 436),

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

155 (olim 262). Saec. XV in., membran., mm. 404×255, ff. II. 305.

Roffredi Epiphanii beneventani libelli de iure civili, eiusdem de iure canonico pars VII; **Bonaguida** aretini de dispensationibus fragmentum; formulae nonnullae libellorum in iure canonico.

1. ⟨Roffredi Epiphanii⟩ [1] (f. 2) de libellis et ordine iudiciorum. Pars I Inc. *Tractaturus ergo de libellis et ordine iudiciario.* Pars XII des. *et multa plura sunt addita per studium et sollicitudinem presens opusculum componentis;* praeit prooemium: ⟨S⟩*i considerarem ingenium et scientie proprie facultatem - sciet etiam cetera iudicii pertractare* (ed. Lugduni 1561, p. 5-519, sed in codice titulus est amplior, cf. Bandini, Biblioth. Laurent., 4, col. 59). [2] (f. 292). ⟨Libelli de iure canonico pars VII⟩ Inc. *Cum diligenter secundum facultatem et qualitatem ingenii.* Des. *que mihi iuris canonici scientia non ministrat ut alias Digestum de acquirenda possessione... de criminalibus et est ultima* (ed. cit., p. 648-681).

2 (f. 302). Bonaguida aretini de dispensationibus. Inc. *Credens ego bonaguida de aretio licet insufficiens canonici iuris professor* usque ad vv. *quamuis dudum non de offitio* (ed. in collectione, Tractatus illustrium... iurisconsultorum, Venetiis 1584, 14, f. 173^v-174, col. 1, lin. 6).

3 (f. 303). ⟨Fragmenta formularum libellorum in iure canonico⟩; primus de electionibus mutilus inc. *consanguinei et debet multum probare deceptorem siue errorem detegere,* sequitur libellus *de interdicto uti possidetis,* ultimus libellus abrumpitur in vv. *non suo iuramento quod credit uel confitetur.*

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 342 signatur, binis columnis et tribus manibus exaratus est. Prima scripsit fere integra opera Roffredi, secunda rudissime nonnulla supplevit in fine atque adiecit opus Bonaguida. Fragmenta libellorum tertia manu scripta in f. 303, quod postea custodiae loco tegumento fuit adglutinatum, qua re pagina versa folii non legitur. Tituli minusculis rubris, initiales maiores tum caeruleae tum rubrae lineis, initiales maximae coloribus ac lineis ornatae sunt. In f. 1 index capitum prooemium et principium operis sequentis aliis manibus scripta. In inferiore margine folii 2 tessera gentilicia maior F⟨riderici⟩ D⟨ucis⟩ posterius picta est. Ff. I-II, 304, 305 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

156 (olim 259). Saec. XIV-XV, membran., mm. 410×262, ff. II. 177.

Dini de regulis iuris, lectura super titulo de actionibus, super arbore actionum, additiones super Infortiato et super Digesto novo; **Martini de Fano** casus summarii super Institutis; **Iacobi de Arena** de exceptione criminis fragmenta; **Ioannis** summa Floris ordinis iudiciarii; quaestiones super statutis; de quaestionibus; diversitates inter ius canonicum et civile.

1 (f. 1). Dini de Mugello de regulis iuris in sexto libro Decretalium. Inc. *Premissis casibus singularibus et eorum determinationibus.* Des. *trahantur ad limitationem rationis et non contra, digesto de le. II. l. cum pater § dulcissimis et de Reg. III. l. nomen; § ultimo* (ed. Romae per magistrum Adam Rot, 1472). In marginibus lemmata et notulae variis manibus. Prima: *Hic nota tribus modis constitui regulam per uniuersalem affirmatiuam. per uniuersalem negatiuam et per indefinitam...*; ultima notula: *Nota quot modis fit fraus legi*: laudatur in notis *Iacobus de Arena.*

2 (f. 23). Martini de Fano *Casus summarii super instituta* libri I-IV. Lib. I inc. *Rudibus uniuersis uolentibus legalis scientie radiis renitere Martinus de Fano salutem et opusculum.* Liber IV cap. ult. de iudiciis publicis, lex iulia de residuis, des. *uel iudiciis pauca sufficiunt. Digestum de prescriptis uerbis. VI. Deo gratias. amen.*

3 (f. 43). Ia⟨cobi⟩ De Ar⟨ena fragmenta de exceptione criminis⟩. Inc. ⟨Abu⟩*danciam argenti ut si quis eam habeat in suppellectili eius.* Des. *si uero quemdam et ex illo generali dolum probari. Iacobus de ar*⟨ena⟩.

4. Dini de Mugello [1] (f. 44) lectura super titulo de actionibus. Inc. *Continuare tractatum istum ad precedentes.* Des. *et ideo non potest medicari* (Venetiis, per Philippum Pincium, 1505, f. 1-23ʳ). [2] (f. 63). Super arbore actionum. Inc. *Quia omnes actiones scripte in arbore.* Des. *Amodo ergo scitis breuiter quicquid est in arbore* (ed. cit., f. 23ᵛ-24). [3] (f. 67). Additiones super Infortiato. Inc. *Dotis causa in glossa que incipit.* Des. *lata in una non nocet in altera ut in lege si tamen § 1.* [4] (f. 100). *Additiones super digesto nouo cum quibusdam questionibus insertis quorumdam doctorum.* Inc. *Super libri I Rubrica Per nuntiationem inhiberetur.* Des. *singulariter relatum ad personam comuniter constituit interesse comunione. dy*⟨nus⟩.

5 (f. 147). Quaestiones super statutis. Caput I nempe: *Qui statuta facere possunt* inc. *Primo qui statuta facere possunt uidendum est.* Caput ultimum, in quo exponit de mediolanense qui velit *pergamensem* (!) debitorem convenire, des. *si altum per dominum G*⟨uidonem⟩ *de Sug*⟨zaria?⟩; praeit prologus: *Si considerarem ingenii et scientie mee paruitatem non essem ausus tantum opus assumere –*

domini alberti in aliquo derogare. Auctor profitetur in prologo continuasse se opusculum inceptum ab *Alberto Gale.* In margg. notabilia signantur et nonnulla scholia adduntur. In f. 150 scholium: *Set pone questionem de fisco. Statutum enim quod quicumque fecerit tale malefitium quod bona eius debeant publicari... nisi statutum hoc dicat expresse.* Laudatur in f. 155ᵛ marg. *Albertus de Gandino.*

6 (f. 156). *Tractatus de questionibus.* Inc. *De questionibus plenius tractaturus uidendum est quid sit questio.* Des. *ex quibus proceditur ad tormenta nam et illa dicuntur magnifesta* (!) *argumenta.*

7 (f. 160). *Diversitates inter ius canonicum et civile.* In marg. manus posterior adiecit *sunt CXXX questiones domini Gu*⟨idonis⟩ *de Suzaria* (?) *de Statutis.* Inc. *Quoniam ut ait aristotiles opposita iuxta seposita.* Des. *in delegato post litem cum te, coram se.* In margg. notabilia signantur.

8 (f. 161). *Summa Floris ordinis iudiciarii in utroque iure super quolibet articulo allegans et continens in se libellos Pilei* (!) *et Ricardi anglici, composita per dominum Iohannem.* Inc. *Assiduis petitionibus, carissimi sotii, iamdudum inducere studuistis.* Des. *de acquirendis possessionibus.* l. *possidere*, § *ex pluribus. G. de Suz*⟨aria⟩.

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 339 signatur, binis columnis, sed ff. 23-43 tribus columnis, varia manu exaratus est. Tituli minusculis rubris, litterae initiales maiores rubris lineis ornatae sunt. In f. IIᵛ indiculi duo manibus posterioribus. In margine inferiore folii 1 tessera gentilicia maior F⟨riderici⟩ Urbini D⟨ucis⟩ posterius picta. Ff. I, IIʳ, 22, 64ᵛ, 65, 66, 145ᵛ, 146, 168, 176, 177 vacua. In margine inferiore f. 42ᵛ manus posterior exscripsit formulam seu remedium ad res deperditas inveniendas atque ad futurum praevidendum, quod inc. *Accipe spumam argenti et albumen ovi et fac talem oculum in pariete* et des. *qui est benedictus in secula seculorum. Amen.* Et infra: *Sunt in isto volumine decem et novem quaderni et quinternum.*

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

157 (olim 245). Saec. XV in., membran., mm. 406×270, ff. II. 148.

Innocentii IV Pont. Max. apparatus in libros I-III. V Decretalium cum scholiis (in ms. *In isto Innocentio sunt posite et correcte a capite usque ad finem omnes additiones quas fecit innocentius papa, compilationem unam innocencii et etiam sunt posite omnes additiones quas fecerunt super Innocencium hos. t.* ⟨hostiensis?⟩, *G*⟨uido?⟩). Inc. *Legitur in Ezechiele. uenter tuus... per uentrem qui escas recipit.* Des. *etsi interpellatur* § *ultimo* (ed. Venetiis apud Iuntas 1578); (f. 73) lib. II lacunosus nullis relictis spatiis; (f. 109) lib. III, initio mutilus inc. *sed secundum primam opinionem* (nempe ad rubricam « de cohabitatione clericorum et mulierum » l. cit. f. 144, n. 4, lin. 4); desinit imperfectus in rubrica « de baptismo et eius effectu » in vv. *cum tamen ad solempnitatem pertinet* (l. cit.,

f. 187, n. 5, lin. 24); lib. IV deest; (f. 137) lib. V inc. a rubrica « de sententia excomunicationis » vv. *possunt argumento digesti quia in fraude,* des. *de consuetudine in pr*⟨incipio⟩ (l. cit., f. 228, n. 4, lin. 8-236^{v}). In scholiis subscribuntur nomina *G*⟨uidonis⟩ *de Baysio*, *Got*⟨fridi⟩ *de Trano*, *Gense*⟨lini⟩, *Bernardi, Vincentii* ⟨Bellovacensis⟩, ⟨H⟩*eymerici* et aliorum. Scholium I in marg. inferiore f. 1: *Nota pro simplicibus quod si credunt implicite et simpliciter quicquid ecclesia romana credit... etiam tenet hos super rubrica ista in fine glosse. G*⟨uido⟩. Ultimum scholium (f. 145): *uide quod aliud est communis opinio aliud notorium.*

F. 145^{v}. **Additiones** I-III in **decretales**. Prima inc. *Diocesani episcopi*: *Episcopi enim curam gerunt suarum dyocesium.* Des. *facienda est episcopo et per eum confirmatio facienda: additio innocencii.* Secunda inc. *Iohannes frangens panis in certa quantitate hec non est censenda.* Des. *uel suggestione XX. quest. III constituit, additio innocen*⟨tii⟩. (cf. Corpus Iuris canonici ed. Friedberg, Lipsiae 1881, 2, p. 1043 in nota). Tertia inc. *Examinandi igitur clerici fratrum presentantur episcopis,* et des. *quia in causa appellationis bene proceditur licite et non contra. additio Inno*⟨centii⟩. In margg. signantur loci decretalium in quibus cadunt hae additiones.

Codex, qui in antiquo indice urbinate n. 325 signatur, binis columnis exaratus est. Tituli minusculis rubris, initiales maiores tum caeruleae tum rubrae lineis ornatae sunt. In f. 1 ornamentum et ante primam initialem pictura scholae italicae, in qua pontifex sedens adstantibus clericis a clerico flexis genibus librum excipit. In veste pontificis manus posterior superscripsit *Guilardes.* In f. 73 alia pictura quae libri II argumentum quodammodo illustrat. Ff. I-II, 146^{v}, 147, 148 vacua.

Tegumentum ex corio albo fere recenti.

158 (olim 258). Saec. XIV-XV, membran., mm. 411 × 275, ff. II. 205.

Azonis Summa in Codicem, in Institutiones et in Pandectas.

1 (f. 1). **Summa** in I-IX priores libros **codicis**. Inc. *Cum post inuentionem scientie.* Des. *debet eam petere a patre ut l. e. l. ult.* (ed. Venetiis, 1584, col. 1-932). **2** (f. 171^{v}). In libros I-IV **Institutionum**. Inc. *Quasi modo geniti pueri.* Des. *et in consonantiam luculentam.* (ed. cit., col. 1043-1142). **3** (f. 192). Summa in **Pandectas** (in ms. *summa extraordinaria*). Inc. *In nomine patris... principium enim omnium est deus.* Abrumpitur in cap. *de officio procuratoris Caesaris* vv. *ut dixi in summa Codicis de officio comitis rerum priuatarum* (ed. cit., col. 1142-1149).

Codex in antiquo indice urbin. n. 341 signatus binis columnis exaratus est. Tituli litteris minusculis rubris; initiales maiores tum caeruleae tum rubrae lineis, initiales maximae coloribus ornatae sunt. In f. 1 margine inferiore tessera gentilicia F⟨riderici⟩ D⟨ucis⟩ Urbini posterius picta. In calce cod. alia manu saec. XV *Hic se subscripsit magnificus ille Petrus qui interiit* (?); deinde manu librarii *Manus scriptoris saluentur omnibus horis / Finito libro referatur gratia Christo. Amen. Amen. / Huius libri lector*

saluet ipsum mundi rector. In f. 203^v manu eiusdem temporis ⟨Praeceptio⟩ *ad faciendam pulcram fenestram.* Inc. *Recipe albumen ouorum recentium.* Des. *et erit pulchra ymo pulcherrima.* Ff. I-II, 204, 205 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

159 (olim 235). Saec. XV in., membran., mm. 449×250, ff. I. 288 (+ f. 228^a scribae negligentia omisso).

Gregorii IX Decretales (C. I. Can. ed. Friedberg, Lipsiae 1881) cum apparatu Bernardi parmensis de Botone et scholiis ex operibus Ioannis Andreae, Ioannis de Monte Murlo, Cardinalis Hostiensis, Abbatis et aliorum. Glossa inc. *Gregorius. In huius libri principio quinque principio sunt prenotanda.* Des. *nullam obligationem de facto uel de iure supra de pactis pactiones. B*⟨ernardus⟩. (Venetiis 1486, diligentia Thomae de Blavis, f. 1-426). Primum scholium est: *aut quondam fuit apostolus uel sic dicitur quia datur ab apostolico.* Ultimum sch. *dic. i. punitur si uenerit contra tale iuramentum. scilicet de excessibus praelatorum grauem ubi de hoc. io. andr.;* praeeunt [1] (f. 2) Rubricae decretalium; [2] (f. 2^v) *cathena librorum et titulorum... edita a fratre Petro Vinhogoli monacho monasterii iuncellensis... proreque* (!) *prioratus s. Martini de canalibus nabrensis* (sic profecto pro narbonensis) *diocesis... qui fuit postea Abbas predicti monasterii iuncellensis diocesis bitterensis* (Beziers). *Per quam librorum et titulorum continuatio et dependentia agnoscitur materiarum...* Inc. *Liber decretalium habet quinque libros quibus tanquam quinque sensibus corporis totum corpus ecclesie,* Des. *palpatur manibus prefectorum;* [3] (f. 3) ⟨Scholia nonnulla in primum librum decretalium⟩. Primum inc. « Firmiter »: *quia hec decretalis fuit concilii sentencia seruata et fuit prima in ordine;* ultimum scholium « qui cum secundum divinitatem »: *hoc dicit ad excludendum errorem theodosii et Galeni qui fuerunt sectatores euticis... ad excludendos hos errores subdit qui cum secundum diuinitatem...;* [4] (ibid.) ⟨argumenta librorum decretalium quinque versibus comprehensa⟩: *Pars prior officia creat ecclesieque ministros... ultima de uitiis et penis tractat eorum* (ed. in opere, Modus legendi abbreviaturas, Venetiis 1595, p. 12).

F. 287. ⟨Scholia seu additiones I-IV ex Ioanne Calderini et Io. Andreae⟩. I inc. *Cum queritur an ualeat collatio uel impetratio facta de beneficio quod ab alio possidetur;* et des. *in glossa magna uidelicet item queritur utrum. ioannes Calderini decretorum doctor bononiensis;* II (ibid.) inc. *Quia in hac materia* ⟨de conversione coniugum⟩ et des. c. *XXXIII. q. v. qui uxorem io. cal*⟨derini⟩; III (ibid.) inc. *Sin preuidentiam. iste est unus de casibus qui episcopo reseruatur,* et des. *et hoc casu possit procedere op... host... iohannes calderini;* IV (ibid.) *in titulo de testibus* inc. *Capitulum « Iohannes » de eo quod ultimo,* et des. *ut primum*

liceat etiam in non piis, secundum non contra laicos heredes. Io. andree. In margg. notatur quibus locis hae additiones faciendae sint.

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 322 signatur, binis columnis est exaratus. Rubricae minusculis, litterae initiales maiores tum caeruleae tum rubrae lineis, initiales maximae tum coloribus tum humanis imaginibus tum belluis ornatae sunt. Singulis libris decretalium praeeunt picturae quae eorumdem argumenta quodammodo demonstrant. In f. 2 manu posteriore sententia ex Seneca et nota *MCCCCLVI. die 24 febr. Iohannes baptista scripsit.* In f. 287^v notulae de nativitate nonnullorum virorum illustrium Hispaniae ab anno 1339-1370. Ff. I, 1, 287^v, 288, vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

160 (olim 236). Saec. XV, membran., mm. 373×298, ff. II. 125.

Ioannis Andreae Summa de sponsalibus, de arbore consanguinitatis et affinitatis; **Bonifacii VIII** Decretalium liber VI cum glossa Ioannis Andreae et scholiis uberrimis.

1. Ioannis Andreae [1] (f. 1) ⟨Summa super lib. IV decretalium seu de sponsalibus et matrimoniis⟩. Inc. *Dei nomine inuocato ad honorem ipsius et reuerendissimi patris.* Des. *in summa host.* § *continuatio Io. Andree* (ed. inter Tractatus illustrium iurisconsult. Venetiis 1584, 9, f. 1-3^r) sed in clausula adduntur nonnulla. In imo margine (f. 1^r) scholium: *Unde XX sunt casus in quibus cognatio spiritualis impedit et dirimit matrimonium... contrahitur cognatio quoad omnes citato titulo capitulo fi. lib. VI.* [2] (f. 3). Arbor ⟨consanguinitatis et affinitatis cum glossa eiusdem⟩. Inc. *Circa lecturam arboris diuersis* (!) *olim diuersissimum modum tenentes.* Des. *studentes continuo perseuerent per gratiam eius* (ed. Venetiis 1582, f. 1-3). Glossa inc. *Arbor bona facit fructus bonos.* et abrumpitur in vv. *quod signanter apparet in brutis, nam ibi nulla...* (cf. Schulte, *Geschichte der Quellen... des. canon. Rechts,* Stuttgart 1875, 2, p. 215-216).

2 (f. 5). Bonifacii VIII Decretalium liber VI (ed. Friedbreg, l. cit.) cum glossa Ioannis Andreae et scholiis ex eodem Guillelmo Durante, Archidiacono, Zabarella et aliis. Glossa inc. *Quia preposterus est ordo prius humana subsidia petere.* Des. *labores meos offeram iam licet nouiter inchoatos.* (ed. cit., Venetiis 1482, f. 4-147). Primum scholium: *Dicit ioannes mo*⟨nachus⟩ *per hec uerba instrui cupientem... c. legatis* § *ornatricibus io*⟨annes⟩ *an*⟨dreae⟩. Ultimum scholium: *Bene concordo* (?) *ad hoc. i. q. 1. spiritus sanctus etc. Ubi dicitur quod spiritus sanctus ita reprobos fugit quod ex eorum ministerio probos facit. io*⟨annes⟩ *an*⟨dreae⟩.

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 324 signatur, binis columnis exaratus est. Rubricae minusculis, initiales maiores tum caeruleae tum rubrae lineis, initiales maximae aureae coloribus variis non ineleganter ornatae sunt. In f. I^v index imperfectus in lib. VI decretalium. In ff. 2^v, 3 duae picturae arborem consanguineitatis atque affinitatis de-

monstrant, in quarum priore pictor *Nicolaus de Bononia* se subscripsit. In f. 5 alia pictura alia manu peritiore in qua *Bonifatius* pontifex sedet in throno adstantibus cardinalibus et iudicibus. Ff. I, II[r], 124, 125 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

161 (olim 234). Saec. XV, membran., mm. 474×292, ff. II. 366.

Gratiani Decretum seu Concordia discordantium canonum (ed. Friedberg, Lipsiae 1879) cum glossa ordinaria Bartholomaei brixiensis et scholiis ex Ioanne de Deo, Antonio de Butrio, Archidiacono, Hugone et aliis. Glossa inc. *Quoniam novis superuenientibus casibus nouis*, et des. *et magistro discipulus XXIIII. questione I. cum beatissimus. la.* (ed. Moguntiae, 1472).

Scholium 1 (f. 1) dicit: *Vide glossam de rescriptis. c. II. de iudi. exhibita et utrobique per d. Anto*⟨nium⟩ *de butrio, uide de probationibus loquitur et bar. Digesto de re iudicata dinus. bel.* Ultimum scholium (f. 364) *de fabrica publica; uerba sunt de ape. ecclesiastici XI.*

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 320 signatur, binis columnis exscriptus est. Tituli minusculis rubris, initiales maiores tum caeruleae tum rubrae, initiales maximae imaginibus auro et coloribus ornatae sunt. Ante distinctiones et causas triginta et octo picturae quae ad argumenta uniuscuiusque partis spectant. In imo marg. f. 1 alia manu *D. Blaxeis con dux 1 n. 4 Ian. 1409. 1406 25 Ian.* Ff. I, II, 365, 366 vacua. In imis marginibus antiqua foliorum numeratio.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

162 (olim 237). Saec. XIV ex., membran., mm. 460×290. ff. I. 341.

⟨**Guidonis de Baysio** Archidiaconi bononiensis Rosarium seu apparatus in Decretales⟩. Apparatus inc.: *Reuerendo in Christo... Gerardo episc. sabinensi... Iuxta beatum Ambrosium omnis ratio.* et des. *illa uera et coeterna perfruamur sapientia cum patre et filio et spiritu...* (ed. Venetiis apud Iuntas, 1577, p. 1-410).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 326 signatur, Romae fuit exaratus binis columnis a Thoma quodam (cf. subscr. f. 340[v]). Initiales maiores alternae caeruleae et rubrae tum lineis tum auro aliisque coloribus ornatae sunt; initiales maximae aliquando floribus et coloribus, aliquando humanis figuris decoratae sunt. In margg. lemmata et correctiones alia manu. In f. 1 Guido e cathedra coram tribus discipulis decretales interpretatur; in f. 91 clericus clerico pecuniam porrigit ut eum in simoniam inducat; in f. 181 moribundus coram notario ac duobus testibus ultimam voluntatem manifestat. In f. 340[v] subscriptio librarii *Explicit Rosarium... / Finito libro sit laus et gloria Christo / Dextera scriptoris acceptet munus honoris / Hunc librum Rome finiuit dextera Thome / De capite prati circa festum omnium sanctorum.* Ff. I, 341 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

163 (olim 238). Saec. XIV ex., membran., mm. 460×260, ff. II. 272.

⟨Digestum novum seu Pandectarum libri XXXIX-L (ed. Mommsen, Berolini 1889) cum glossa Accursii⟩. Glossa inc. *De noui operis nuntiatione. cum septem sint partes digesti*, et des. *ut supra de officio pretoris l. Barbarius. dominus accursius* (ed. Venetiis 1477, impensa Ioannis Genson Gallici). In marginibus adnotationes nonnullae ex Dino, Bellapertica, Iacobo de Belvisio, Iacobo de Arena. Prima adnotatio haec est: *Si repudiando neminem conservat set se exhonerat; hic autem seruat edificationem impediendo processum operis per hanc glossam...* cetera sunt evanida.

F. 269ᵛ additiones seu scholia I-III; prima de verborum obligationibus *quotiens*. Inc. *sed ista facit ad questionem*. Des. *cumque et ibi uidetur hoc expresse dicere in glossa dinus*. II inc. *Cum dicitur hic quod si stipulet aliquid fit etsi non fuerit sacrum quod possum petere interesse*, et des. *in uerbo, contractibus in fine. dy*⟨nus⟩. III De verborum obligationibus. *Si procuratori infitiaris*. Glossa inc. *Sed contra hoc uidetur*, et des. *Item in iudiciis. si stipuletur iudicatum solui. supra de procura. lege si procurator. ia*⟨cobus⟩ *d' are*⟨na⟩.

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 329 signatur, binis columnis exscriptus est. Tituli minusculis rubris, initiales maiores tum caeruleae tum rubrae lineis, initiales maximae coloribus ornatae sunt. Singulis XII libris praeponuntur picturae eorundem argumenta quodammodo demonstrantes. In f. I indiculi et notulae iuris. In f. 270 index in XII libros Digesti novi. In f. 1 tres tesserae gentiliciae familiarum Aldrovandi, (Canetoli, Blasone bologn., Bologna 1791, vol. 1), Castelli (Crollalanza, *Dizionario Stor. Blason.*, Pisa 1886) et familiae Barba hispanicae, (Rietstap, *Armorial general*, vol. I). In f. 271 memoriae possessoris cuiusdam *XX mensis Madii 1454 Recepi librum hunc digesti noui quem Magnificus Ludouicus Maluetius mihi e ciuitate bononia iussit afferri, quem solui aureis 65 iusti ponderis*. In ff. 271ᵛ-272ᵛ nonnulla alia additamenta ad glossas. Ff. I-II, 270ʳ, 271ʳ, 272ʳ vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

164 (olim 239). Saec. XIV-XV, membran., mm. 460×260, ff. I. 303.

Iustiniani imperatoris Institutiones, Authenticum seu Novellae Codicis libri X-XII; Consuetudines feudorum cum **Federici II** Constitutionibus et apparatu Accursii.

1. Iustiniani imperatoris (f. 1) Institutionum libri I-IV (ed. Krüger, Berolini 1892), cum apparatu seu glossa Accursii. Glossa inc. *In nomine domini... ex hoc aio quod christianus fuit*, et des. *usque ad titulum de appellationibus. Accursius* (ed. Lugduni 1558, col. 1-498, sed sine additionibus huius ed.). In margg. adnotationes ex Ioanne Andreae, Iac. de Butrio, Hostiensi et aliis. Prima adnotatio

de impedimentis: *De iure canonico statutum est ut possint coire ut capite uno de dispensationibus puberum. G. host.* Ultimum scholium: *Zidebal lege quibus modis fructus amic*⟨titur⟩. *cap. 1.* **2.** Novellae (in ms. *Autenticum, Collationum* libri I-IX) cum glossa Accursii. Novellas autem deficiente ed. Authentici Heimbachiana recenseo iuxta ed. Schöll et Kroll, Berolini 1895. [1] (f. 77) Novellae 1-23, [2] (f. 126) novella 105, [3] (f. 127ᵛ) 33-34, [4] (f. 128ᵛ) 39, [5] (f. 129ᵛ) 44, [6] (f. 130ᵛ) 46, [7] (f. 131ᵛ) 48, [8] (ibid.) 47, [9] (f. 132ᵛ) 51-57, [10] (f. 136ᵛ) 49, [11] (f. 137ᵛ) 58, [12] (f. 138) 60-61, [13] (f. 139ᵛ) 63, [14] (ibid.) 66-67, [15] (f. 141) 71, [16] (f. 141ᵛ) 70, [17] (ibid.) 69, [18] (f. 144) 74, [19] (f. 146) 72-73, [20] (f. 149ᵛ) 76-85, [21] (f. 157ᵛ) 88-90, [22] (f. 164ᵛ) 92, [23] (f. 165ᵛ) 94, [24] (f. 166) 91, [25] (f. 166ᵛ) 95-97, [26] (f. 169) 99-100, [27] (f. 170ᵛ) 98, [28] (f. 171) 93, [29] (f. 171ᵛ) 107-112, [30] (f. 175ᵛ) 116, [31] (f. 176) 114, [32] (ibid.) 113, [33] (f. 177) 115, [34] (f. 179ᵛ) 117-120, [35] (f. 188) 125, [36] (f. 188ᵛ) 124, [37] (f. 189) 131, [38] (f. 191) 127, [39] (f. 191ᵛ) 159, [40] (f. 192ᵛ) 134, [41] (f. 195) 86, [42] (f. 195ᵛ) 106, [43] (f. 196) 132, [44] (ibid.) 143, [45] (f. 196ᵛ) 128, [46] (f. 198ᵛ) 123. Accursii glossa inc. *In nomine domini. Iustinianus opus suum laudabile,* et des. *expectatur confirmatio delegantis ut digesto de re ui l. duo. accur*⟨*sius*⟩ (ed. cit., Accursii pars II, col. 1-448). In margg. adnotationes ex Ioanne Andreae, Homodeis, Baldo. Prima (f. 77ᵛ) dicit: *adstrictus aliquid facere ad diem sub pena si non faciat tamen penam euitet... etsi mancipium ita fiat. An*⟨onymi?⟩ *G*⟨lossa?⟩. Ultima (f. 201ᵛ) *fi. XIIII secundum andriucii.* **3** (f. 205). Codicis libri X-XII (Krüger, Berolini 1892, p. 395-487) cum glossa Accursii, quae inc. *Rubrica de iure fisci occasione criminum de quibus libro superiori,* et des. *offitium, idest dicti iudices cum suis offitialibus. acc*⟨ursius⟩. *Et est ultima* (ed. cit., pars III, col. 1-288). Adnotationes ex Baldo, Homodeis et aliis; prima (f. 205) *non ex hac lege extra secundam solempnitatem... per tabellionem de quo uidendus B*⟨aldus⟩; ultima (f. 266ᵛ) *deputati ad errogationem militaris iurare tenentur forma... per duos milites de numero precipitur intimari et mortuo milite suscipere dicta debita. heredibus tribuitur. h*⟨omo⟩*d*⟨eis?⟩. **4** (f. 275). Consuetudines feudorum libri I-II cum glossa Accursii (in ms. *usus feudorum liber X*). Inc. *Quia de feudis tractaturi sumus.* Des. *probatum fuerit manifeste.* Glossa inc. *Incipiunt. quidam habent aliter rubricam,* et des. *unde quasi glossulas reputo usque in finem. iacobus columbi* (ed. inter vol. legum, Lugduni 1612, pars 2ª, col. 5-128). Subnectuntur (f. 301) Friderici II imperatoris Constitutiones I-XI de feudis. Incipiunt sine prologo *Ad decus et honorem imperii.* Des. *nihilominus puniendus.* (l. cit., col. 137-140, lin. 10 ab imo).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 331 signatur, binis columnis descriptus est. Tituli minusculis rubris, litterae initiales maiores alias caeruleae alias rubrae lineis, initiales maximae floribus, auro et coloribus in glossa, auro coloribus et capitibus humanis in textu ornatae sunt. In f. 1 pictura in qua Iustinianus imperator in throno sedet assidentibus plurimis doctoribus legis in lateribus et ad pedes. In littera I prima initiali imperatoris

imago iterum. In f. 77 pictura in duos ordines divisa, in superiore Epiphania domini nostri I. Christi et magorum adoratio, in inferiore imperator flexis genibus Pontifici et patriarchis duobus, patre cardinale et plurimis legis doctoribus assistentibus, librum novellarum offert. In f. 205 Iustinianus imperator sedens plurimis assistentibus legum doctoribus. In f. 275 ab imperatore cum sceptro sedente in throno feudi possessor genibus flexis comitantibus familiaribus, inter quos falconerius, librum feudorum accipit. Ff. I, 76^{v}, 204^{v}, 274^{v}, 302^{v}, 303 vacua. In f· 302^{v} notulae hebraice scriptae.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

165 (olim 240). Saec. XIV, membran., mm. 471×288, ff. II. 289.

⟨**Iustiniani Codicis** libri I-IX, ed. Krüger, Berolini 1892 cum apparatu seu glossa **Accursii**⟩. Glossa inc. *In nomine domini. incipit a deo ut infra de officio.* Ultima glossa *l. habeant testem idest dicant,* et des. *lex que tutores* § *sed etsi parens. Accur*⟨sius⟩ (ed. Venetiis 1482, die IIII mensis augusti).

Codex, qui in antiquo indice urbinate n. 332 signatur, binis columnis exaratus est cum glossis in marginibus. Ante singulos libros picturae eorum argumenta demonstrantes. Litterae initiales maximae historiatae, maiores aureae alias coloribus, alias cauruleae lineis rubris, alias rubrae lineis violaceis ornatae sunt. In ff. 246^{v}-247^{v} alia manu rubricae in codicem. In f. 1 memoriae et notae possessorum *per Nelli de bononia - 1395 Die XVIIII octobris.... - Dni Donati Contareno . Iohannes . ss. XX... Septembris 1390 - 1401 19 oct.* In margine inferiore f. 286: *1428 die VII aprilis Iohannes ff.* In medio fol. 287 alia manu *In nomine dni amen. Anno dni millesimo quadrigentesimo uigesimo octavo in vigilia sancti Andree hora prima noctis aplicuerunt hic senis omnes libri mei. Itaque deo uiuo summas gratias refero. Amen.* Ff. I-II, 161^{v}, 288, 289 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

166 (olim 241). Saec. XIV, membran., mm. 448×275, ff. II. 305.

Infortiatum ⟨**Digestorum libri a XXIIII tit. 3 usque ad librum XXXVIII**, ed. Mommsen, Berolini 1889, p. 320-590⟩ cum apparatu seu glossa **Accursii**. Glossa inc. *Soluto matrimonio. dixit supra de iure dotis per quos constituitur,* et des. *considerata ueritate uidetur quod non ut supra eo. lege in suspenso et nota supra si pars hered. peta. lege. illud. in principio ac. deo gratias* (ed. Lugduni, apud Hugonem a Porta, 1556). In marginibus adnotationes ex Dino, Iacobo de Belvisio, Oldrato, Andrea de Pisis, P. de Bellapertica, Odofredo, Bartolo, Viviano (nempe Tusco), Alberto papiense?, Umberto de ... Iacob de Ravanis. Prima adnotatio: *Casus breuis: mulier est priuilegiata in acceptione dotis omni loco quam tempore et hoc propter fauorem reipublice et procreationis liberorum hoc dicit.* Ultima adnotatio: *Nota nullum et non ydoneum ut hic equiparari.*

Codex, qui in antiquo indice urbinate n. 330 signatur, eodem exemplo quo codex antecedens exaratus est. Singulis libris praeponuntur picturae quae eorum argumenta quodammodo demonstrant. In f. II^r indiculus rubricarum Infortiati. Ff. I, II, 304^v, 305 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

167 (olim 242). Saec. XIV-XV, membran., mm. 442×273, ff. III. 326 (+ f. 177^a librarii negligentia omisso).

Guilielmi Duranti episcopi mimatensis Speculum iuris et Breviarium aureum, **Bartoli de Saxoferrato** principium lecturae super Infortiato.

1 (f. 1). ⟨Bartoli de Saxoferrato principium lecturae super Infortiato⟩. Inc. *Quia hic non est caput libri considerata,* abrumpitur statim in vv. *quia de tribus tractat, tu dicis in V* (cf. ed. Augustae Taurinorum apud Bevilaquam 1584, f. 2, col. 1-2 lin. 2).

2. Guilielmi Duranti [1] (f. 3^r) Speculum iuris partes I-IV (in ms. *s... iudiciale*). Inc. *Quoniam parum esset nosse iura.* Des. *sed solum brauium sempiternum ad quod nos perducat qui sine fine uiuit et regnat amen;* praeit prooemium: *Reuerendo... domino octobono... s. adriani dyaconi cardinali... De throno dei procedunt fulgura - ueniam humiliter postulans et deuote;* deinde capita *primae partitionis* (ed. typis Wechelianis, Francofurti 1612, voll. 1-2, p. 509, sed sine additamentis, quae sunt in hac editione). In margg. variis manibus signata sunt notabilia, e. g. (f. 1) *nota secundum legem mosaycam usuras permissas,* ultima notula: *uide azo*⟨nem⟩ *in summa... renouata est actio iniuriarum.* [2] (f. 266). Breviarium ⟨aureum⟩ (in ms. *Repertorium*) libri I-IV. Inc. *Quid sit fides, quot modis dicatur.* Des. *finem feliciter consumauit, ut de consecratione distinctione. 1. nullus episcopus;* praeit (ibid.) ⟨epistolaris prologus⟩: *Reuerendo Matthaeo... sancte marie in porticu dyachoni cardinali... Protoplaustri* (!) *rubigine humana contaminata conditio - et quia nostre reparationis a fide sumpsit exordium de ea igitur premittamus* (ed. cit., 2, p. 1-87).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 328 signatur, duabus columnis excriptus est. Tituli minusculis rubris, initiales maiores tum caeruleae tum rubrae coloribus ac lineis longis, initiales maximae auro ac foliis ornatae sunt. In margine inferiore folii 2 tessera gentilicia ex duabus fasciis rubris. In littera prima initiali episcopi Duranti imago mediocriter manu italica picta. In clausula partis I (f. 75) librarius (?) se subscripsit *Qui scripsit scribat semper cum domino uivat uiuat in celis. gregorius in nomine felix. amen.* In imo margine *Messer francescho,* cognomen evanuit. In f. 177^v librarii versus *Scriptoris munus sit bos bonus aut equus unus. Qui scripsit scribat* etc., ut in f. 75. In f. 323 altera clausula. *Explicit ... Que quidem plura sunt sparsim tradita iura / hec nunc scriptura facili monstrat tibi cura. Valete domine Guillelme. Deus eternus dignetur vestram conseruare personam in prosperitate continua, sospitate longeua, gaudio leticia et honore.*

Amen. In f. 324 nonnulla capitula huius codicis. In f. 325: *Thema ad allegandum iura*. Inc. *Titius et Sempronius etc.*, est formula. Ff. I-III, 1ᵛ, 75ᵛ, 177ᵃ, 188ᵛ, 324ᵛ, 325ᵛ, 326 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

168 (olim 253). Saec. XVI in., chart. mm. 324×282 ff. II. 283.

Praelectiones in duos priores libros VI Decretalium; **Lanfranci** repetitio super Decretalem « quoniam contra »; iuris responsa; **Pauli II** fragmentum extravagantis.

1. Praelectiones libri I in libros duos priores Sexti decretalium incipiunt mutilae a titulo II « Licet » (ed. Friedberg, Lipsiae 1881, col. 937): *Glossa prima summat hanc decretalem, quae diuiditur in duas partes, nam in prima parte.* des. *ut ibi plenius in glosis sequentibus Rubrica de iudiciis sequens caput iuris esse hoc dicitur;* in (f. 133) incipiunt praelectiones in libr. II Sexti decretalium vv. *Glossa prima sumpmat primo ponit decretalem*. Des. *probamus c. de temporis appellatione a fine ad finem*. Opus lacunosum ad finem non perductum.

2 (f. 207ᵛ). Lanfranci ⟨de Oriano⟩ repetitio super Decretalem « quoniam contra » de probationibus, *ubi continetur feriatim ordo iudiciarius*. Inc. *Hec decretalis est famosa et in ea traditur natura seu doctrina utilis et quotidiana quam decretalem disposui exercitii causa repetere*. Des. *et frequentantur quotidie in iudiciis*. Additur clausula: *laus deo lanfrancus brisiensis repetiit. Finis deo gratias amen* (Repetitiones in iure can. ad II decretalium, Venetiis 1597, 3, f. 240-278, sed differt prope finem).

3 (f. 267). ⟨Varia iuris responsa⟩. Inc. a quaestione de pactis: *Tu audiuisti legem legem de pactis ubi pactum nudum...* Abrumpitur in quaestione; an eremitae sint personae ecclesiasticae, verbis: *cum ad monasterium de statu regularium uideamus an in heremita cadat.*

F. 270ᵛ. ⟨Pauli II fragmentum extravagantis contra locantes ultra triennium et alienantes vel infeudantes bona ecclesiae⟩. Inc. *Ad futuram rei memoriam. Ambitiose cupiditati illorum* usque ad vv. *et si per tres menses immediate sequentes...* (Bullarium rom. pont., Romae 1743, 3, parte III, p. 125).

Codex littera currenti binis columnis et quatuor manibus scriptus est; prima exaravit ff. 1-205 et 237-252, secunda ff. 207-236 littera rotunda, tertia 252ᵛ-263ᵛ, quarta 267-283. Litterae initiales colore nigro sed aliquando desunt. In f. IIᵛ *Anonymi de Constitutionibus opus*. In margine inferiore folii 1 tessera gentilicia in qua balteus inter sex stellulas aureas in pagina argentea. Ff. I, IIʳ, 117, 205ᵛ-206, 264-266, 279, 280-283 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

169 (olim 247). Saec. XIV-XV, membran., mm. 427×290, ff. II. 330.

Bartoli de Saxoferrato lectura super Digesto novo cum raris scholiis ex Bartolo, Balbo et Paulo de Castro. Inc. *Domini ut scitis hic non est caput tocius compilationis.* Des. *Que in uicio. uide dynum in c. non firmatur extra eodem libro sexto et cetera. caltstert.* Deinde clausula: *Sit salus et honor illi decus... tocius mundi machinam gubernans... id est fiat et cet. caltstert* (ed. Augustae Taurinorum apud N. Bevilaquam 1574, sine additamentis). Scholium primum (f. 3ᵛ): *ut in regula iuris dampnum quod quidem etc. aut patior dampnum.* Ultimum scholium: *Vide de questione ista in l. cum quidam... de quibus angelus quod nota.*

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 335 signatur, binis columnis exscriptus est. Tituli minusculis rubris, litterae initiales maiores caeruleae et rubrae alternae lineis, initiales maximae foliis et coloribus eleganter ornatae sunt. In f. 1 pictura, in qua argumentum de novi operis aedificatione demonstratur; super pictura apposita posterius tessera gentilicia quae nunc omnino evanida est. In prima initiali D imago Bartoli librum monstrantis. Ff. 1, II, 328ᵛ, 329, 330 vacua. In f. 328 subscriptio librarii *Explicit lectura... etc. Innino dasmatich*, qui transcripsit hunc codicem ex apographo cuiusdam *Calstert.*

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

170 (olim 248). Saec. XIV-XV, membran., mm. 420×276, ff. II. 284.

Bartoli de Saxoferrato lectura super Infortiato. Inc. *Quia hic non est capud libri considerata diuisione legislatoris.* Des. *ne autem de ead. tol. et l. si in personam C. de fideicommissis* (ed. Augustae Taurinorum apud Bevilaquam 1574, sed sine additamentis). Scholium primum (f. 1): *perusinus uult bar*⟨tolus⟩ *in d. imperatores § fine Digesti ad municipales.* Ultimum scholium (f. 281ᵛ): *Vide bal*⟨dum⟩ *in cunctos presbiteros de episcopi... non excluditur spatio quatuor mensium specialiter cum in clericis. 13.*

Codex qui in antiquo indice urbin. n. 334 signatur, binis columnis exaratus est. Tituli maiusculis rubris, initiales maiores caeruleae et rubrae alternae lineis, initiales maximae auro, foliis et coloribus eleganter pictae sunt. In f. IIᵛ *Bart. super Digestum Infortiatum.* Ff. I, II, 283, 284 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

171 (olim 249). Ann. 1455 (cf. subscr. f. 211ᵛ), chart., mm. 426×291, ff. I. 219.

Bartoli de Saxoferrato lectura in libros I-V Codicis Iustiniani et repetitiones I-IV.

1 (f. 1). Lectura in Codicem libri I-V cum scholiis variorum. Inc. *In nomine domini... Signum magnum apparuit... Ista rubrica habetur diversimode.*

uera est rubrica. Des. *Not. rogo te et in perpetuum non obliuisceris* (ed. Augustae Taurinorum apud Bevilacquam 1574, sed sine additionibus). In scholiis laudantur Raphael Fulgosius, Nicolaus de Mata⟨rellis⟩, Iac. Buttrigarius, Azo, Baldus, Dinus, Cynus, Ioannes Petrus de Ferrariis papiensis, Angelus ⟨de Ubaldis⟩, Guilielmus de Cuneo, Iacobus de Arena, Iacobus de Ravanis, Florianus de Sancto Petro, Innocentius, Ioannes Andreae, Thomas de Forlivio, Iacobus de Belvisio, Rofredus, Antonius Florus, Ioannes de Imola et alii. Primum scholium: *In principio cuiuslibet operis debet inuocari nomen domini.* Ultimum scholium: *non nouum casum sed quia tutores et curatores debent specialiter et expresse tempore quo creantur permictere... oppone exceptionem que contra instrumentum tutele.* **2.** Repetitiones I-IV. [1] (f. 213). De non numerata pecunia, inc. *Generaliter contra confessionem* des. *capite sicut* (ed. cit., pars I, f. 154, col. 2 - 154ᵛ, col. 1). [2] (f. 213ᵛ). De duobus reis fragmentum. Inc. *Si creditor. hec aut*⟨hentica⟩ *hoc ita. Diuiditur in tres partes.* Abrumpitur *constituantur de hoc* (ed. cit., pars II, f. 106ᵛ, col. 2, lin. 13 ab imo). [3] (f. 214). Si secundo nupserit mulier. Inc. *Hoc autem. hec aut*⟨hentica⟩ *sumitur de corpore de nuptiis.* Des. *quod ipsam habeas completam* (ed. cit., pars I, f. 172ᵛ-173ᵛ). [4] (f. 216). De testibus. Inc. *sed et si quis ab aliquo. Ista aut*⟨hentica⟩ *continuatur hoc modo.* Des. *utilia sunt et cottidiana* (ed. cit., pars I, f. 143, coll. 1-2).

Codex, qui in antiquo indice urbinate n. 336 signatur binis columnis ac littera currenti exscriptus est. Tituli minusculis nigris, litterae initiales maiores tum caeruleae tum rubrae lineis protractis ornatae sunt. In f. Iᵛ membran. circulus maximus coloribus ac floribus ornatus, in cuius medio titulus operis. In f. 211ᵛ subscriptio: *Explicit lectura... Sub annis MCCCCL V°.* Ff. Iʳ, 212, 217-219 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

172 (olim 250). Saec. XIV et XV, membran., mm. 425 × 256, ff. II. 302 (+ f. 173ᵃ scribae culpa transacto).

Bartoli de Saxoferrato lectura in Digestum vetus partes I-II seu Pandectarum libri XI-XXIV. Inc. a libro XI art. VII vv. *Imperator Iustinianus... Theofillo. Dorotheo... salutem. In nomine domini yhesu christi imperator princeps phyloxofie plenus. actendens quod non prius debet queri scientia.* Pars I des.: *si quis instituatur de h*⟨eredum⟩ *institutione. Bartolus* (ed. Taurini apud Bevilaquam 1574, pars I, f. 1-202, col. 1, lin. 7, sed in multis differt ab ed. praesertim in prioribus foliis); (f. 174) pars II inc. a lib. XII vv. *Gloxa continuat rubricam multum breuiter.* et des. ad librum XXIV, art. II vv. *Ait lex non causa quomodo aut qualiter probaretur que desinere uelle quod facit ad multa. Bartolus* (ed. cit., pars II). In marginibus possessor in sui usum adiecit adnotationes in quibus (f. 73)

praeter Angelum ⟨de Ubaldis⟩, Ioannem Andreae, Baldum, Dinum, laudantur Matthaeus de Materellis, G. de Fur., Richardus, Rainerius de Forlivio, Raymundus, Bernardus de Plumbino, Umbertus de Cuneo et alii. Primum scholium (f. 3ᵛ): *Nota hic argumentum ad questionem que debet* (!) *comicti medicis utrum mortuus sit ex uulnere uulneratus.* Ultimum (f. 279ᵛ): *Nota pro iudicibus malleiorum* (!) *quod possint torquere manos* (!) *pro inueniendo furto.*

F. 165. Repetitiones I-III [1] (ibid.) Si servitus vendicetur... inc. *Ego habeo istam legem pro difficili - et glossa dicit hic quod summatim* (ed. cit., pars I, f. 191, col. 1 - 191ᵛ, col. 2); additur clausula: *Repetita fuit dicta lex... annis... MCCC. Indictione Ad honorem... et totius cellestis curie paradisi;* [2] (f. 166) de pactis, inc. *Pactus ne peteret Iste* § *hoc intendit licet stipulatio per stipulationem tollatur* des. *de sacro sancto ecclesie... repetitus fuit per d. Bartolum. l. d.* (l. cit., f. 86, col. 2 - 88, col. 1); [3] (f. 168) de inofficioso testamento, inc. *Pater filium. In querela fili* des. *ius accrescendi. Repetita... an. MCCCXLVI. Io.* (l. cit., f. 162ᵛ, col. 1 - 163ᵛ, col. 1).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 333 signatur, duabus columnis et variis manibus exaratus est. Prima manus ff. 1-17, secunda ff. 18-173, redit prima in ff. 173-183, iterum secunda ff. 184-200, tertia ff. 200-209, quarta ff. 289-210, quinta vel prima festinantius ff. 211-279, folia demum 280 ad finem posterius addita, prorsus diversa manus exscripsit. Tituli minusculis rubris, initiales maiores tum caeruleae tum rubrae lineis protractis, initiales maximae foliis et coloribus satis eleganter ornatae sunt. In f. 1 pictura Annuntiationis b. Mariae virginis manu italica coloribus ex aqua; virginem flexis genibus Bartolus doctor precatur. In imo margine tessera gentilicia F⟨riderici⟩ D⟨ucis⟩ Urbini. Folia 1-179 palimsesta, ante scriptum in eis erat saec. XII Digestum cum glossis uti eruitur ex fol. 173, ubi caput IV libri 39 clarius scriptum conspicitur. Ff. 1, II, 170ᵛ-173ᵃ, 300ᵛ-302 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

173 (olim 251). An. 1453 (cf. subscr. f. 193ᵛ), chart., mm. 419×284, ff. II. 215.

Bartoli de Saxoferrato lectura in secundam partem Codicis Iustiniani. Inc. *Seruum fugitiuum. Ista lex et titulus consueuit multum.* Des. *et digestum de solutione l. prout quisquam. Bartolus de Saxoferrato...* (ed. Augustae Taurinorum 1574, pars II, sed sine adnotationibus additis in hac editione). In raris scholiis laudantur Glossa, Baldus, Guido de Suzaria. Primum schol. (f. 40ᵛ) *Io. quod licet in adeunda hereditate que publice delata est possit interuenire tutoris auctoritas sine tamen eo... et de hereditate que ab inte*⟨stato⟩ *decernitur* § *cum enim Guido de Suzzaria.* Ultimum sch. (f. 139ᵛ) *uidetur eundem Bar*⟨tolum⟩ *in lege ut uim Digesti. de Iustitia et Iure qui tenet inuerecundum esse pisanus* (!) *fugere.*

F. 198ʳ. Repetitiones I-II. [1] (ibid.). De duobus reis. Inc. *Creditor. Et aut*⟨hentica⟩ *hoc ita. diuiditur in partes duas. prima loquitur quando rei.* Des. *longa est repetitio per se repetita bar*⟨tolus⟩... *ciuis piissimus... Cum quidam. Interpellatio unius ex reis... hoc dicit bartolus legum doctor* (ed. cit. f. 106ᵛ, col. 2 - f. 111ʳ col. 1); [2] (f. 208) quae sit longa consuetudo. Inc. *Consuetudinis. In repetitione huius legis situate. C. que sit longa consuetudo infrascriptum ordinem obseruabo.* Des. *unam lectionem et ueram ut supra dixi in solutione primi et secundi contrarii. bartolus* (l. cit., f. 114, col. 1 - 116 bis, col. 2).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 337 signatur, duabus columnis et littera currenti exscriptus est. Rubricae additae sunt in margg. altera manu minusculis nigris. Litterae initiales maiores caeruleae ac rubrae alternae lineis tum rubris tum violaceis ornatae sunt. In f. IIᵛ membran. circulus maximus posterius pictus lineis aureis ac floribus ornatus, in cuius medio titulus operis. In f. 1 ornamentum rudi manu pictum ex auro, foliis et coloribus; in parte inferiore lupus doctoris habitu indutus (fortasse Bartoli depravata imago) in ungulis rosarium praefert; sed in taenia aliquid scriptum erat, quod postea fuit abrasum. In f. 193ᵛ subscriptio librarii: *Explicit lectura... scripta et completa per me Ser Franciscum quondam domini panthaleonis de neapoli. Sub annis domini 1453 die uero quinta Septembris et die mercurij in Arce Creua el core comitatus alme ciuitatis bononie;* et infra: *laus tibi christe 1454.* Ff. I, IIʳ, 194-198ʳ, 215 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

174 (olim 257). Saec. XIV-XV, membran., mm. 423×267 ff. I, 210.

Cini pistoriensis (in ms. *de Sighibuldis*) lectura in Codicem libri I-IX (in ms. *partes I-II*). Inc. pars I: *Quia omnia noua placent et potissime que sunt utilitate decora bellissime uisum est mihi Cino pistoriensi.* Des. pars II: *domino nostro iesu christo et eius matri marie uirgini gloriose mecum grathias agatis* (Francoforti apud Ioannem Feyerabendt, 1578, f. 1-571ʳ).

Additiones I-II. [1] (f. 119ʳ). ⟨De Actione⟩. Inc. *Edita ac et cetera. Sicut glossa dicit in rubrica de trium edictione tractatuum in hoc titulo supra de edictione instrumentorum.* Des. *et hoc de plano concedimus. Expediti sumus de materia alta et utili. deo gratias. Amen.* [2] (f. 121ᵛ). In legem « sive apud acta ». Inc. *Hec lex continet duo dicta, primum est de effectu transationis ex parte actoris uel dicas quod primum dictum est generale.* Des. *de actibus lege sicut. hec hic disisse sufficiant.*

Codex in indice urbin. antiquo n. 338 signatus duabus columnis exscriptus est. Tituli minusculis rubris, initiales maiores caeruleae ac rubrae alternae, initiales maximae eleganter auro, foliis ac variis coloribus manu saec. XV ornatae sunt. In f. IIᵛ solitus circulus atque in folii 1 margine inferiore tessera gentilicia F⟨riderici⟩ Urbini D⟨ucis⟩ posterius picta. Ff. I, IIʳ, 122ᵛ vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

175 (olim 246). Saec. XIV, membran., mm. 430 × 274 ff. II. 64 (+ f. 52ᵃ a scriba omisso).

Petri de Unciola lectura in tractatum notularum et additiones ad Rolandini Flores ultimarum voluntatum; **Petri de Boateriis** lectura super instrumento « quaedam pacta »; Summae artis notariae fragmentum; de venditionibus; Instrumenta I-V.

1 (f. 1). Petri de Unciola lectura in tractatum notularum. Inc. *Tabellionatus scientia diuino quodam motu.* Des. *prout possibile est iusta humanam naturam. gratias. honorem et laudem reddo domino deo nostro qui...* (ed. Venetiis apud Iuntas 1546, 1, f. 406-474ᵛ).

2 (f. 53). Petri de Boateriis lectura super instrumento « quaedam pacta ». Inc. *Quia possessionum materia tangit iuris apices et sublimia documenta.* Des. *non poterant predicta semper remanendo sub correctione maiorum.*

3 (f. 56). Petri de Unciola (in ms. *de Aguzola*) additiones ad ⟨Rolandini⟩ Flores ⟨ultimarum voluntatum seu testamentorum⟩. Inc. *Quibus non est permissum facere testamentum. Rubrica... Si fidei commissi sit relictum.* usque ad vv. *et quia testamentum in numero testium deficit.*

4 (f. 58ᵛ). ⟨Summae artis notariae fragmentum⟩. Inc. *Liber iste artis notariae summa. Vocabulum eius summa.* Des. *ut argumentum codicis rescissione uenditionis l. II.*

5 (f. 59). ⟨De Venditionibus⟩. Inc. *Quia diuisio est innumerabilis materie breuis comprensio.* Des. *Item opponitur illis modis generalibus quibus de iure opponi potest procuratoribus de quibus ut supra notaui.*

6. Instrumenta I-V. [1] (f. 58) Instrumentum sine anno coram notario Antonio in quo angelus... pauli de florentia constituit suum procuratorem, factorem... Iohannem. Inc. *In nomine domini amen. anno eiusdem et cet. Uniuersis inspecturis.* Des. *nisi fuerit appellatum sub omnium suorum bonorum obligatione.* [2] (f. 58ᵛ). Sine anno. *Instrumentum sindicatus* quo Iohannes filius quondam Petri et Martinus quondam Iohannis consules constituti communis s. Stephani in ecclesia s. Stephani dant speciale et amplissimum sindicatus mandatum ad repraesentandam comunitatem s. Stephani coram potestate, capitaneo, prioribus, consulibus et officialibus civitatis Florentiae et Aretii et coram Petro de Boatheriis locum tenente Roberti serenissimi principis. Inc. *In nomine domini eiusdem Anno millesimo et cetera Iohannes filius quondam Petri, Martinus.* Des. *sub ypotheca bonorum dicti communis.* [3] (f. 61ᵛ). Instrumentum Romei de pepulis anni 1323, quo dominus Andreas de Capella s. Trinitatis, d. Nicolaus, Iohannes, Albertus, omnes de civitate Florentia adstipulant se daturos esse post annum Romeo de pepulis de civitate Bononia ad domum

suae habitationis in Bononia duo mille libras bononienses. Inc. *In nomine... Anno... MCCCXXIII indictione quinta uigesimonono die Iulii, dominus Andreas.* Des. *uel alicui eorum pertinet uel pertinere posset.* [4] (f. 62v). Sine anno. Instrumentum venditionis *petie* terrae inter dominos Bertum et Petrum, pro qua solvuntur centum librae bononienses. Inc. *In nomine... dominus Bertus ex una parte...* Des. *dictus Bertus in omnibus et singulis supradictis.* [5] (ibid.). Sine anno. Instrumentum quo Nicolaus coram iudice iurat se Francisci rem pupillarem salvam servaturam. Inc. *In nomine... Nicolaus quondam Martini... de talibus existens in presentia Iudicis ordinarii* - abrumpitur: *uel alium aliqua causa uel ingenio, uel ratione seu omissione, uel defectu alioque...*

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 343 signatur, varia manu rudi exaratus est. Tituli minusculis nigris, sed a f. 53 ad finem rubris, initiales maiores caeruleae et rubrae alternae lineis ornatae sunt. In f. IIv solitus circulus auro, coloribus ac flosculis recentius ornatus, in medio circulo titulus operis. Ante litteram primam initialem manu italica pictura in qua doctor (Petrus de Unciola?) e cathedra ad quatuor discipulos sermonem habet. In margine inferiore tessera gentilicia cum litt. **FE**⟨dericus⟩ **DUX** posteriore manu picta. Ff. I, IIr, 52a, 61r, 63-64 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

176 (olim 252). Saec. XIV, membran., mm. 410×275, ff. II. 151.

⟨Innocentii IV in librum I Decretalium commentarii fragmenta⟩; **Guidonis de Baysio** in VI Decretalium.

1 (f. 1). ⟨Innocentii IV in libr. I Decretalium commentarii fragmentum⟩. Inc. *Legitur in Ezechiele: Venter meus... Per uentrem qui escas recipit.* Abrumpitur cap. X, vv. *quod esse non det. i. de off. l. c. II et de* (ed. Venetiis apud Iuntas 1578, f. 1 - 5v, lin. 3).

2 (f. 4). Guidonis de Baysio seu Archidiaconi in lib. VI Decretalium. Inc. *Venerabilibus et discretis uiris doctoribus... Vestris deuictus precibus.* Des. *supra de cleri*⟨co⟩ *egro cum percussio in fi*⟨ne⟩. In margg. additiones seu observationes ex Ioanne Andreae, Bernardo et aliis. Prima dicit: *Nota ecclesiam romanam nostram dominam appellari. alibi nota per eundem romanam ecclesiam non aliarum ecclesiarum dominam neque papam dominum... ibidem quod hic dicitur.* Ultima: *dicendum ius quod hic dicitur debere optinere etiam si non renuncient in manu sui primi prelati sed ipsius habentis priuilegium et est ratio quod postquam papa concedit... sed id quod tegere et non de priuilegio in iis. Ar*⟨chidiaconus⟩.

Codex in antiquo indice urbin. n. 327 signatus duabas columnis exaratus est. Tituli minusculis, initiales maiores caeruleae ac rubrae alternae. In f. IIv manu posteriore: *Incerti auctoris opera varia iuris civilis et canonici.* In margine inferiore f. 1 tessera gentilicia **F**⟨riderici⟩ **D**⟨ucis⟩ Urbini posterius picta. In summo margine manu saec. XV: *Vacant*

tres carte et incipit infra archidiaconus super VI. In f. 150 tituli libri VI Decretalium manu saec. XV. Ff. I, II, 150ᵛ, 151 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

177 (olim 269). Saec. XIV, membran., mm. 338 × 238, ff. I. 87.

Rolandini Passageri bononiensis Summa artis notariae et tractatus Notularum cum scholiis; instrumentum venditionis.

1. ⟨Rolandini Passageri⟩ [1](f. 2) Summa artis notariae. Inc. *Antiquis temporibus super contractuum et instrumentorum.* Des. *Soli bonorum omnium tribuatur auctori cui laus, actio bonorum et gloria in secula...* (ed. Venetiis apud Iuntas 1546); praeit rithmus: *Ihesus sacris* (!) *uentris fructus - Liber in hoc opere* (ed. cit., pars II, cf. Savigny, *Geschichte des rom. rechts im mittelalter,* 5, p. 542, nota a). In marginibus adscribuntur notulae et versus compendiarii regularum. Prima adnotatio: *Nota quod si non apponeretur pretium fideiussorem dando non teneretur uenditor, sed si pro eo promisit dare fideiussor... tenetur.* Ultimi versus: *Quam difficile est crimen non prodere uultu / In facie legitur hominis secreta uoluntas / Est animi facies lingua sera sui.* Deinde: *Cautio priuata cum trino teste notata / Hoc ius* (!) *est nata quod cautio publice facta.* [2](f. 77). ⟨Tractatus notularum⟩. Inc. *Tractaturi de arte notarie. primo uideamus quid sit notaria.* Des. *nichil plusquam dictum est in summa requiras. Deo gratias. Amen* (ed. cit.); in marginibus notulae.

2 (f. 86ʳ). Instrumentum anni 1387 quo Iacobus filius quondam Raynerii de Favazolis de Castrofranco dat vendit et tradit Philippo filio Zamboni de Raynaldis pretio decem librarum bononiensium terram in loco qui dicitur sanctoromano, ab uno latere possidet Petrus Ravallus, ab altero Iacobus Pellotus, ab aliis duobus lateribus sunt viae publicae. Inc. *In Christi nomine. Amen. Anno a natiuitate eiusdem.* Des. *Iachobus obligauit omnia sua bona tam presentia quam futura.*

Codex in antiquo indice urbin. n. 347 signatus duabus columnis exaratus est. Tituli minusculis rubris, initiales maiores caeruleae ac rubrae alternae non tamen constanter; initiales maximae affabre coloribus ac foliis ornatae sunt. In f. 1ᵛ solitus circulus corona laurea, floribus atque auro ornatus, in medio circulo titulus operis, atque in folii 2 margine inferiore tessera gentilicia cum litteris FE⟨dericus⟩ DUX. In littera prima initiali A altera tessera gentilicia fortasse primi emptoris: scutum in duas parte divisum, superius conchilia in pagina caerulea, inferius tres undae roseae in pagina aurea. In f. 86ᵛ, inter sententias de prooemio, de luxuria cum subscriptione: *Ego Petrus de Nonantula imperialis notarius,* versus: *Nobilitas hominis mens et deitatis ymago / Nobilitas hominis uirtutum sola propago / Nobilitas hominis mentem refrenare furentem / Nobilitas hominis pauperem subleuare iacentem / Nobilitas hominis iustitie iura tenenere / Nobilitas hominis non turpia iura timere.* Ff. I, II, 76ᵛ, 87 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

178 (olim 244). Saec. XIV, membran., mm. 358×250, ff. I. 118.

Bernardi Papiensis et **Ioannis Galensis** collectiones Decretalium.

1 (f. 1). ⟨Bernardi Papiensis Breviarium extravagantium libri I-V⟩ (Antiquae collectiones canonum..., Herdae 1576, f. 7-85ᵛ; cf. Friedberg, Quinque compilationes antiquae, Lipsiae 1882, p. 1-65), cum glossa quae inc. *Iuste iudicate fili hominum. Formauit dominus hominem ad ymaginem et similitudinem... hec ymago fuit* et des. *Generale est ut qui dolum allegat ipsum probet digesto de probationibus... lege quotiens, § qui dolum vincit* (?).

2 (f. 78). ⟨Ioannis Galensis compilatio secunda libri I-V⟩ (Antiquae collectiones canonum, Herdae 1576, f. 85ᵛ-124ʳ; cf. Friedberg, l. cit., p. 66-104) cum glossa quae inc. *Preterea hoc capite... infra de iudeis significauit lege eadem. de lege. large a ligando quod saltem illos ligat,* et des. *apostolo testante concedit. cui gloriam et honorem referimus per infinita seculorum secula amen.*

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 322 signatur, binis columnis exaratus est. Tituli minusculis rubris, initiales maiores caeruleae et rubrae alternae longis lineis, initiales maximae nimis longae aliquando auro et coloribus pictae sunt. In margine inferiore f. 2 tessera gentilicia fridericiana minor. Ff. I, 117ᵛ, 118 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

179 (olim 143). An. 1483 (cf. subscr. f. 305), membran., mm. 355×245, ff. I. 306.

Pseudo-Isidori Decretales; romanorum Pontificum catalogus.

1 (f. 2). Epistolae romanorum pontificum usque ad epistolam Constantini imp., praeviis Isidori praefatione, Aurelii carthaginensis archiep. et Damasi papae epistolis, ordine de celebrando concilio, breviario canonum et canonibus apostolorum (Hinschius, Decretales pseudo-isidorianae, Lipsiae 1863, p. 17-254). **2** (f. 107ᵛ). Excerpta quaedam ⟨numero 191⟩ ex synodalibus gestis pontificum romm. usque ad Gregorium M. inclusive, praeviis capitulis decretalium (Hinschius l. cit., p. 445-747), sed aliquando ordine diverso; multae etiam insunt decretales, quas non invenio in laudata ed.; e. g. decretales s. Gregorii M. sunt hae atque hoc ordine: 1. Decreta synodica. 2. Ad Augustinum episc. 3. Ad Leandrum episc. hispalensem. 4. Ad eundem. 5. Ad Recaredum regem visigothorum. 6. Ad Etherium lugdunensem episc. 7. Brunichildi reginae. 8. Ad Theotistam. 9. Ad Secundinum servum dei reclusum.

F. 305ᵛ. Catalogus romm. pont. a s. Petro ad s. Gregorium M. (ex hoc codice ed. Schelstrate, Antiquitas eccles. illustrata, Romae 1692, 1, append. ad opus chronologicum, p. 595-597).

Codex in antiquo indice urbin. n. 80 signatus titulos habet minusculis rubris, initiales maiores caeruleas ac rubras alternas lineis ornatas. In f. 5ᵛ circulus auro et floribus ornatus, in medio inscriptio operis. F. 2 ornatum floribus, foliis, avibus, duobus insignibus ac tessera gentilicia Friderici ducis Urbini. In prima littera initiali manu italica pictus episcopus, s. Isidorus hispalensis (?), stans, in sinistra librum, in dextera pastorale baculum regit. In f. 305 subscriptio: *Explicit... Die prima maii 1483.* Ff. I, 1ʳ, 306 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

180 (olim 243). Saec. X-XI, ff. 1-7, 243-256 saec. XV, membran., mm, 360 × 250, ff. II. 311.

Burchardi, ecclesiae wormaciensis episcopi, Decretorum libri I-XIX; nonnullorum pontificum constitutiones.

1 (f. 9). Burchardi Decretorum libri I-XIX (in ms. *Ex synodalibus institutis et sanctorum patrum canonibus et sententiis a venerando... collectus et editus decretorum liber*) (M. 140, 549-1014); deest lib. XX et praeeunt [1] (f. 2) epistola nuncupatoria collectoris ad Brunichonem (M. 140, 537-540); [2] (f. 2ᵛ) inter primam et secundam partem epistolae index singulorum librorum (M. 140, 539-542); [3] (f. 4) index capitulorum lib. I (M. l. cit., 541-550).

2. Manu saeculi XII. Constitutiones: [1] (f. 309). Nicolai ⟨I⟩ de spatio cymiteriorum (M. 119, col. 1195, tit. XV, n. 3, sed in fine adduntur vv. *hec igitur et cetera... sancta synodus fore censuit obseruandum*). [2] (ibid.). Leonis IV quod decimae tantum plebibus sint dandae (M. 115, 674, n. 33). [3] (ibid.). Pii ⟨I⟩ quod sacrilegus sit qui sacerdotes dei et ecclesias depredatur et insequitur (Hinschius, Decretales pseudo-isidorianae, Lipsiae 1863, p. 118, n. 8). [4] (f. 309ᵛ). Leonis M. epistola ad Dioscorum episc. alexandrinum de ordinatione episcoporum... (M. 54, 624-627). [5] (ibid.). Gregorii VII de tribus psalmis a die resurrectionis... usque ad sabbatum in albis et de XVIII psalmis in dominicis recitandis. Inc. *Gregorius VII generali sinodo residente dixit.* Des. *antiquos imitantes patres.*

Codex in antiquo indice urbin. n. 321 distinctus binis columnis ac littera rotunda maiore exaratus est. Tituli maiusculis rubris, initiales maiores rubrae. In imo margine f. 2 tessera gentilicia Friderici Urbini ducis. In f. 309 se subscripsit *Leonardus Aretinus,* qui fortasse ff. 1-7, 243-256 restituit. Ff. I, II, 1ʳ, 256ᵛ, 310, 311 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

181 (olim 268). Saec. XIV, membran., mm. 376 × 235, ff. I. 77.

Petri de Boateriis *lectura super arte notarie.* Inc. *Cum tabellionatus officium sit diuinitus promulgatum.* Des. *nec lingua proferre. Concludat itaque pater*

cum filio et filius cum spiritu sancto; praeunt [1] (ibid.) versus sex: *Hec est lectura cedente rubigine pura / Quacum scriptura poterit mens discere dura / Sic firma fides petri mundum radiauit / Sic Boaterium petrum lectura beauit / Surgite deuoti scribe tribuendo magistro / Grates quo uoluit hic nos doctorare magistro;* [2] (ibid.) prooemium: *Iustiniane sanctionis preceptionibus instituti - ad omnia que nobis debeant perpetuo complacere.*

F. 76^v manibus variis saec. XV Sententiae; I: *Carmina Arigeti;* sunt hexametri I-II bis scripti: *Ut uer dat florem - sensus honorem.* II: ⟨De invidia ex Ovidii Metamorph. III, 775-784⟩: *Palor mortis sedet...* III: ex *s. Gregorio: Prius propria corrigant quam aliena reprehendunt.* IV: ⟨Ex Boetii de consol. philos. lib. II, M. 36, 693, lin. 8⟩: *Verum quomodo est illud indigere qui permulta possident...;* e lib. II, l. cit., 696 n. 1: *Tu igitur qui gladium solicitus pertimescis... coram latrone cantares;* e lib. II, l. cit., 692, lin. 5: *Paucis enim minimisque natura contenta est.*

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 348 signatur, binis columnis exaratus est. Tituli minusculis rubris, initiales maiores tum caeruleae tum rubrae tum nigrae. In f. 1^v circulus auro ac floribus ornatus et titulus operis. In margine inferiore f. 2 tessera gentilicia et litterae **FE**⟨dericus⟩ **DUX**; infra subscriptio possessoris (?) *Ioannes Paulus de halifano Octobr.*, cetera sunt evanida. In f. 76^v alia subscriptio: *1363 die 4 februarii liber de notulis domini Benvenuti.* Ff. I, 1^r, 77 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

182 (olim 296). Saec. XV, membran., mm. 360×255, ff. II. 242.

Aristotelis de animalibus, de partibus animalium, de generatione Georgio Trapezuntio interprete cum eiusdem adnotationibus.

1 (f. 2^r). De animalibus (in ms. *de historiis a...*) libri I-X. Liber I inc. *Animalium partes quaedam sunt incompositae quae in similes: quaedam compositae quae in dissimiles partes diuiduntur.* Des. liber X: *frigidus erit tactu et non siccus semperque os simile habebit;* praeit (f. 1) prologus interpretis ad Nicolaum V pont. max., inc. *Aristotelis libros de animalibus ex graeco in latinum non paruo traductos labore... des. et intenso dolore lateris oppresso atque confecto.* Adnotatio I in vv. *sed animalium* dicit: *Partes animalium eiusdem speciei numero solum differentes ut nasus hominis a nasu hominis numero solum differt... Alias enim ponit quae ad excessum et ad defectum non reducuntur unam secundum proportionem alteram secundum positionem.* Ex adnotatione, quae in f. 16, argui potest auctorem horum scholiorum esse eundem Trapezuntium. Dicit enim in cap. VII, lib. I: *Hic enim quemadmodum: aliquid deficit; sed tres graecos habui libros et in omnibus ita scriptum inueni.* In f. 119^v ultimae duae adnota-

tiones: *sed accidit eis: Respondet confirmando quod attrahant:* altera: *Sicut uentosa, supple oua.* **2** (f. 121). De partibus animalium libri I-IV cum adnotationibus. Inc. liber I: *In omni theoria et metodo tam humiliore quam honorabiliore similiter duo modi habitus esse uidentur.* Des. liber IV: *quibus determinatis consequens est ut quae ad generationes animalium pertinent percurramus.* Adnotatio I ad vv. *Utrum quemadmodum mathematici*: *Mathematici demonstrationes apparentibus accomodant non e contra.* Posteriores adnotationes. I ad vv. *Podicilla uero: auis parua sic dicta quia podicem moueat et caudam: unum graece sesopyge dicitur et sic uerbum de uerbo expressum est.* II ad vv. *Mancum magis, supple quam aues.* **3** (f. 173). De generatione animalium libri I-V cum adnotationibus. Inc. lib. I: *Verum quoniam de aliis animalium partibus et communiter et per unumquodque genus de propriis seorsim dictum est.* Des. liber V: *sed ex necessitate et propter motiuam causam gigni accidit.* Adnotatio I in vv. *Illae iam partes restant: hic absoluitur textus.* Ultima in cap. X liber V in vv. *in aliis uero gubernabilis est: In his inquit. idest uaccis et uitulis cum magni spatii sit instrumentum... gubernatur enim melius a uirtute cum paucus ab instrumento minore capiatur.*

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 212 signatur, titulos habet maiusculis rubris, litteras initiales maiores auro et coloribus, initiales maximas auro, coloribus ac floribus ornatas. In f. IIᵛ solitus circulus auro, corona querna, ramis, fructibus, floribus, ac tessera gentilicia urbinate minore circumornata, in medio compendiarius titulus codicis. F. 1 undequaque affabre ornatum auro, coloribus, foliis, insignibus ac tesseris gentiliciis F⟨riderici⟩ Urbini D⟨ucis⟩. In prima littera initiali, manu italica, Aristotelis (?) imago nunc non modice contaminata. Ff. I, IIʳ, 240ᵛ, 241 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

183 (olim 952). Saec. XIV, membran., mm. 370×266, ff. II. 120.

Aegidii de Columna (in ms. *fratris Egidii de Roma*) ordinis fratrum eremitarum s. Augustini in libros I-VIII de physico auditu Aristotelis commentaria (in ms. *sententia super librum physicorum*). Inc. *Naturalis scientia est aliqua scientiarum speculatiuarum ut dicitur VI metaphysicorum. speculatiua scientia differt a pratica.* Des. lib. VIII: *in cognitione eius igitur consistit summa felicitas, qui est trinus unus benedictus in secula...* (ed. Venetiis 1502, per Bonetum Locatellum).

F. 117. ⟨Fragmenta quaestionum seu praefationis in Metaphysicam⟩ (in ms. *Liber I methaphysice*). Inc. *Sicut docet philosophus in politicis suis cum aliqua particularia ordinantur ad unum,* usque ad vv. *Et sic demum patet quod scientiam persecuti sunt* ⟨VII sapientes⟩ *idest studiose quesierunt solum ad cognoscen-*

dum et non causas alicuius usus idest utilitatis... (agit de scientia ac sapientia, de prudentia, de iudicio, de arte etc.).

Codex in antiquo indice urbin. n. 219 signatus binis columnis exscriptus est *per manum roberti dicti guastepain*, uti habetur ex subscriptione f. 116. Tituli tantum in summis marginibus litteris rubris et caeruleis alternis, initiales maiores colore tum caeruleo tum rubro, initiales maximae aureo caeruleoque ac lineis ornatae sunt. In f. 1ᵛ solitus circulus foliis ac floribus ornatus in quo titulus codicis inscriptus est. F. 2 foliis, floribus ac tessera gentilicia F⟨riderici⟩ D⟨ucis⟩ Urbini ornatum est. Ff. I, II, 1ʳ, 116ᵛ, 119, 120 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VIII et Fr. Laur. Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

184 (olim 292). Saec. XV, membran., mm. 374×250, ff. II. 382.

Aristotelis physicae auscultationis, metaphysicae, de anima, de moribus ad Nicomachum, de caelo libri Ioanne Argyropulo interprete, metereologiae libri I-IV Mathia Palmieri interprete.

1 (f. 1). Aristotelis physicae (in ms. *naturalis*) auscultationis libri I-VIII Ioanne Argyropulo interprete. Inc. lib. I: *Cum circa omnes doctrinas quarum sunt principia.* Des. lib. VIII: *uacareque partibus ac magnitudinem nullam prorsus habere* (editi inter opp. s. Thomae aquinatis, Parisiis 1660, vol. 2); subsequitur (f. 80) interpretis prologus ad Petrum Medicem (ed. Bandini, Biblioth. Laurent. 2, col. 233-234). **2** (f. 82). Metaphysicae (in ms. *prime philosophie*) libri I-XII eodem interprete. Inc. lib. I: *Omnes homines natura appetunt scire.* Des. lib. XII: *Multos principes esse bonum non est. Unus sit princeps* (de huius versionis ed. cf. Fabricius-Harles, Biblioth. graec., 3, p. 259 in nota). **3** (f. 171ᵛ). De anima libri I-III. Inc. lib. I: *Cum omnem scientiam esse bonam.* Des. lib. III: *Linguam preterea ut ipsum aliquid alii per ipsam significet* (ed. Aureliae Allobrogum 1605, p. 476-510); praeit prooemium ad Cosmum Medicem (ed. Bandini, l. cit., col. 234-235). **4** (f. 205). De moribus ad Nicomachum libri I-X eodem interprete. Inc. lib. I: *Omnis ars omnisque doctrina atque actus.* Des. lib. X: *hec itaque aggredientes deinceps dicamus;* praeit praefatio interpretis ad Cosmum Medicem: *Si ea mea mihi servanda - nostra sub potestate sunt collocata* (Opus Aristotelis de moribus ed. Florentiae per Nicolaum, sine anno). **5** (f. 296). De caelo ⟨et mundo⟩ libri I-IV. Inc. lib. I: *Scientia naturalis fere plurima.* Des. lib. IV: *hoc a nobis modo sit definitum* (inter opp. s. Thomae aquinatis, Parisiis 1660, 2, parte II); praeit interpretis prologus ad Ioannem pannonium archiep. strigoniensem (ed. Bandini, l. cit., col. 235). **6** (f. 338). Meteorologiae libri I-IV interprete Mathia Palmieri. Inc. lib. I: *Cum de primis naturae causis atque omni naturali motu de superioribus orbibus.* Des.

lib. IV: *que ex his conficiunt ceu hominem plantasque et alia huiuscemodi consideranda sunt;* praeit interpretis praefatio ad Marcum Barbum episc. vicentinum. Inc. *Anno abhinc proximo, pater reuerendissime, neapolim ueni ad mitissimum patrem... Bartholomeum Rouarellam.* Des. *laboris mei fructum assequutum me esse putabo.*

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 205 signatur, titulos habet litteris maiusculis rubris, initiales maiores caeruleas, initiales maximas aureas floribus ornatas. In f. 1v circulus floribus ac foliis ornatus quem circumdant octo circuli minores, in quibus tituli operum inscripti sunt; infra circulum parva tessera gentilicia urbinas inter flores. F. 2 ornatum manu non satis perita floribus, avibus, geniis, insignibus ac tessera gentilicia F⟨riderici⟩ Urbini C⟨omitis⟩. Ff. I, II, 1r, 80v, 81, 168v, 169, 201v, 202, 292, 380v, 381, 382 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

185 (olim 274). Saec. XV, membran., mm. 372×248, ff. 243 (— f. 6 scribae oscitantia transacto).

Platonis dialogi aliquot Marsilio Ficino interprete; **Marsilii Ficini** prooemium, argumenta in dialogos et commentarius in convivium Platonis.

1 (f. 7r). Platonis Hipparchus seu de cupiditate. Inc. *Quidnam lucri cupiditas est.* Des. *lucri cupidus sit* (pro hac versione dialogorum vide Platonis opp. ed. Francofurti 1602); praeeunt [1] (f. 1) Marsilii Ficini interpretis prooemium ad Laurentium Medicem, quod inc. *Diuina prouidentia* et des. *amor ualde commendat* (Marsilii Ficini opp., Basileae 1576, 2, p. 1128-1130); [2] (f. 7) argumentum: *Propositum Platonis - neque id esse uituperandum* (Platonis opp., ed. cit.). **2** (f. 11). ⟨Amatores⟩ (in ms. *de philosophia*). Inc. *Dionysii grammatici ludum.* Des. *et caeteri omnes dicta laudarunt;* praevio interpretis arg. *Summa huius dialogi — a principio recensere.* **3** (f. 15). Theages vel de sapientia. Inc. *Indigebam, o socrates, quedam priuatim.* Des. *sic agere sic agamus;* praevio interpretis arg. *Distinguitur in hoc dialogo - a Demodoci petitione dyalogus.* **4** (f. 20r). Menon seu de virtute. Inc. *Potes ne mihi ostendere.* Des. *Athenienses quoque iuuabis;* praevio interpretis arg. *Quatuor esse argumentationum genera. quibus plato — sed commentarii potius est officium.* **5** (f. 34r). Alcibiades maior (in ms.... *de natura hominis primus*). Inc. *O fili Clinie, admirari te arbitror.* Des. *ne id me simul ac te uincat;* praevio interpretis arg. *Candidissimus platonis - scribere iam institui.* **6** (f. 49r). Alcibiades minor (in ms. *secundus*) seu de voto. Inc. *Deum ne, o Alcibiades.* Des. *omnibus animis tuis excellere;* praevio interpretis arg. *Quoniam secundus Alcibiades - in Apocalipsi praecepit.* **7** (f. 55r). Minos seu de Lege. Inc. *Quidnam lex apud uos.* Des. *et ad alia pertinent co-*

gnoscere uideantur; praevio interpretis arg. *Minos de lege requirit - leges postulantibus denegauit.* **8** (f. 60). Eutiphron sive de sanctitate. Inc. *Quidnam socrates.* Des. *melior admodum sum uicturus;* praevio interpretis arg. *Eutiphron totus in confutatione - suam idee participem.* **9** (f. 68). Parmenides vel de uno rerum omnium principio. Inc. *Cum domo e clazomenis.* Des. *Verissima quidem hec sunt;* praevio interpretis arg. *Cum Plato per omnes - ad dialogum ueniamus.* **10** (f. 88ᵛ). Philebus vel de hominis bono. Inc. *Vide, o protarche.* Des. *que restant in memoriam tibi reducam;* praevio interpretis arg. *Huius libri propositum - ad dialogum ueniamus.* **11** (f. 115ᵛ). Hippias maior seu de pulchro. Inc. *Sapiens et pulcher.* Des. *difficilia esse intelligere mihi iam uidear;* praevio interpretis arg. *de pulchro in phedro - accedas animaduertes.* **12** (f. 128ᵛ). Lysis seu de amicitia. Inc. *Cum ex audientia.* Des. *quid amicus sit inuenire inuicem potuerimus;* praevio interpretis arg. *Ibi Socrates cum sophistis - ad Lisidem ueniamus.* **13** (f. 145). Theetetus seu de scientia. Inc. *Super* (corrector *nuper*) *o Teresion* (corrector *Terpsion*) *cum pridem rure uenisti.* Des. *o theodore rediimus huc redibimus;* praeit (f. 137ᵛ) interpretis arg. (in ms. *Epitoma*) *Dialogus de scientia, Petre Medices, insurgit altius - mentem cum diuinitate coniungens.* **14** (f. 181). Io seu de furore poetico. Inc. *Ionem saluere iubeo* usque ad vv. *optimus idem recitator est bonus* (ed. cit., p. 368, lin. 40); praevio interpretis arg. *Plato noster, optime Laurenti - deniquae* (!) *Liram et Carmina.* **15** (f. 188). Marsilii Ficini commentarium in Convivium Platonis seu de Amore. Inc. *Plato philosophorum pater.* Des. *toto etiam deo amore perpetuo perfruamur.* (Marsilii Ficini opp., ed. cit., 2, p. 1320-1363).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 221 signatur, titulos habet litteris minusculis rubris, initiales maiores auro ac floribus, initiales maximas tum auro ac floribus tum aliquando capitibus humanis et aliquando insignibus Friderici urbinatis ornatas. In f. 2ᵛ circulus floribus et corona laurea circumdatus, in medio titulus codicis. F. 7 ornatum floribus, auro, avibus, quatuor geniis ac tessera gentilicia Friderici ducis Urbini. In prima littera initiali Platonis imago manu italica picta. Ff. 1, 2ʳ, 5ᵛ, 187, 241-243 vacua.
In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

186 (olim 449). Saec. XV, membran., mm. 380 × 238, ff. III. 175.

Avicennae physica a Ioanne Gunsalvo de Burgis et a Salomone ex arabico in latinum translata.

1 (f. 1). Sufficientia ⟨physicorum⟩ libri I-IV. Inc. prooemium. *Postquam expediuimus nos auxilio dei ab eo quod opus fuit preponere in hoc nostro libro.* Des. *et nosti comparationes earum inter se.* Lib. I inc. *Et nunc debes scire quod scientia.* Lib. II des. *et qui ei dedit intelligere gratie sint infinite* (Avi-

cennae opp., Venetiis 1508, per Bonetum Locatellum Bergomensem, f. 36^v, col. I, litt. S, lin. 12); (f. 61) lib. III inc. *Naturalia sunt corpora et dispositiones corporum.* Des. *et he propositiones per se note sunt* (ed. cit., f. 36^r, col. 1, lin. 3 - f. 36^r B); sed in cod. (f. 62, lin. 9) sequitur post vv. ed. *et que eis contrariantur sunt principia uel magis universalia. et hoc est quod possunt dicere quod una res erit totaliter scita in comparatione alterius et ignota respectu alterius:* pergunt capp. III-VI; *de dispositione corporum quantum ad seipsa... - ad confirmandam opinionem ueram in hoc... - ad dissoluendum dubitationes contradicentium in athomo - Quod spatium et motus a se inuicem dependent.;* des. lib. III vv. *et fuerit uisibile, luminosum uel irradiauerit lumen supra ipsum non prohibet obscuritas aeris quin attingatur;* (f. 73) lib. IV inc. *Inspiciamus ergo non finitum quomodo inuenitur in corporibus naturalibus et suis dispositionibus* et des. *si habebunt principium temporale quod sit summitas cuius primo non sit prius.* **2** (f. 83). De caelo et mundo seu pars secunda naturalium. Inc. *Corpora in quantum habent potentias non intelliguntur nisi uno trium modorum.* Des. cap. ult. sc. *quod unus sit mundus* vv.: *secundum possibilitatem que est in natura mundi et non fuit ei necessarium multiplicare sed condidit eum mundum unum.* **3** (f. 103). De generatione et corruptione seu pars tertia naturalium. Inc. *Iam compleuimus computare ac facere cognosci res uniuersales naturarum, compleuimusque adnumerare corpora.* Des. *uel in sua persona sicut corpora celestia, uel in sua specie sicut elementa.* **4** (f. 133^v). *De actionibus, passionibus uniuersalibus que fiunt ex qualitatibus elementalibus siue elementorum* seu pars quarta naturalium. Inc. prologus: *Iam compleuimus cognitionem rerum naturalium.* Des. *et cum hoc complebitur ista combinatio naturalium naturalis.* Cap. I inc. *Apparet quod ista quatuor elementa.* Des. cap. ult. *et ipsemet sunt radices et principia ad scientias particulares que subiacent naturalibus.* **5** (f. 150^v). *De his que non habent animam...* libri I-II seu pars quinta naturalium. Inc. *Incipiamus amodo et primo uerificemus modum per quem montes generantur.* Des. cap. ultimum: *De diluuiis seu uictoria elementorum super terram,* vv. *Et traditur obliuioni usque ad tempus in quo querant illud cogitatione et intellectu.*

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 228 signatur, titulos habet minusculis rubris, litteras initiales maiores caeruleas aliquando aureas coloribus, initiales maximas aureas floribus ornatas. In f. III^v circulus corona laurea, floribus, globulis aureis et quinque circulis minoribus circumdatus, in quibus tituli operum. F. 1 floribus, auro, avibus, geniis, insignibus ac tessera gentilicia Friderici Urbini ducis ornatum. Ff. I, II, III^r, 174, 175 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VIII ac Fr. Laur. Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

187 (olim 450). Saec. XV, membran., mm. 383×239, ff. I. 261.

Avicennae Metaphysica, de anima et abbreviationes de animalibus, variis interpretibus.

1 (f. 2). Philosophia prima (in cod. *Metafisica*) ⟨emendata per canonicos regulares s. Augustini in monasterio D. Ioannis de viridario Paduae⟩ libri I-X. Inc. *Postquam auxilio dei expleuimus tractatum de intentionibus scientiarum logicalium et naturalium et doctrinalium.* Des. *quia ipse est rex terreni mundi et uicarius dei in illo* (ed. Venetiis 1508, f. 70-109^v). **2** (f. 101^v). De Anima ⟨libri I-V a Dominico Gundisalvo et a magistro Io. Avendeut (in ms. *hauendana*) translati et per duos canonicos regulares emendati⟩. Inc. prologus: *Iam expleuimus in primo libro uerbum de hiis que sunt communia naturalibus.* Des. lib. V: *sicut postea scies cum loquemur de animalibus* (ed. cit., f. 1-28^v); praeit epist. nuncupatoria traductoris ad archiepiscopum toletanae civitatis... Inc. *Reuerendissimo tholetane sedis archiepiscopo... Cum omnes homines constent ex anima et corpore non omnes.* Des. *In 8° ostenditur que sunt instrumenta anime.* **3** (f. 169). ⟨Abbreviationes in librum Aristotelis de animalibus, latine versae de arabico per magistrum Michaelem Scotum⟩ (in ms. *Liber continens tractatus decem et nouem de animalibus*). Inc. *Et animalia quedam communicant in membris sicut equus et homo.* Des. *Sed de dentium utilitate iam scis ex alio loco* (ed. cit., f. 29-64); praeeunt verba: *Frederice domine mundi... et torquem collo tuo* (ed. cit., f. 29).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 227 distinguitur, eadem manu scriptus atque iisdem ornamentis quibus codex antecedens decoratus est. Ff. I, 1^r, 260^v, 261 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Innocentii XI et Fr. Laur. Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

188 (olim 1039). Saec. XV, membran., mm. 381×239, ff. II. 230.

Boetius in Porphyrium et Aristotilem.

1 (f. 1). Dialogi I-II in Porphyrium a Victorino translati (M. 64, 9-70). **2** (f. 26^v). Commentariorum in Porphyrium a se translatum libri I-V (in ms. *in ysagogas porphyrii editionis seu expositionis secundae*) (M. l. cit., 71-158). **3** (f. 65). In categorias Aristotelis libri I-IV (M. l. cit., 159-294). **4** (f. 119). In librum Aristotelis de interpretatione libri I-VI editio secunda seu maiora commentaria (M. l. cit., 393-638).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 245 signatur, eodem tenore ac fortasse eadem manu exscriptus est qua codex antecedens. Initiales maiores tamen tum caeruleae tum rubrae. Ff. I, II^r, 228^v-230 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Innocentii XII.

189 (olim 174). Saec. XV, membran., mm. 390×274, ff. II. 373.

Alberti Magni de Animalibus libri I-XXVI. Inc. lib. I: *Scientiam de animalibus cuius in principio premisimus.* Des. lib. XXVI: *et ego talium hominum parum curo reprehensiones* (ed. Lugduni 1651, vol. 6).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 159 signatur, binis columnis exaratus est. Tituli minusculis rubris, initiales maiores tum caeruleae tum rubrae lineis initiales maximae aureae floribus et globulis aureis ornatae sunt. In ff. II^{v} solitus circulus corona laurea, lineis ac floribus ornatus in cuius medio titulus codicis. F. 1 non ineleganter ornatum est bestiis, geniis ac tessera gentilicia Friderici Urbini ducis. In prima initiali S manu italica pictus Deus animalia creans. In ff. 361-371 index capitum cum eorum initiis. In f. 360^{v} subscriptio librarii: *Explicit... per me Theodericum goch.* Ff. I, II^{r}, 372, 373 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

190 (olim 171). Saec. XV, membran., mm. 376×250, ff. II. 379.

Alberti Magni Summa de creaturis.

1 (f. 1). De Homine. Inc. *Circa secundam partem summe de creaturis restat querere.* Des. *sed bene influit sine tertia et sic de aliis. Et hec de creaturis dicta suffitiant* (ed. Lugduni 1651, 19, parte II). **2** (f. 243). De quatuor coaevis (in ms. *coequeuis*). Inc. *Queritur de creaturis et primo queritur de creatione.* Des. *sed horum amplior ratio habetur in tractatu de preceptis* (ed. cit., 19, parte I).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 160 signatur, eodem tenore exscriptus est quo codex antecedens. In f. II^{v} circulus floribus, coloribus atque auro ornatus, in medio circulo titulus codicis. In f. 1 manus non satis perita pinxit flores, aves ac tesseram gentiliciam Friderici urbini ducis. In ff. 373-378 index quaestionum seu capitum sine initiis. In f. 378^{v} subscriptio librarii: *Explicit tabula... noua ecclesia,* nempe librarius *Nieukerke* (cf. subscriptionem in cod. 132). Ff. I, II^{r}, 379 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

191 (olim 167), Saec. XV, membran., mm. 372×255, ff. 247 (— f. 7 scribae negligentia omisso).

Alberti Magni commentarium in libros I-X. Ethicorum Aristotelis. Lib. I inc. *Cum omnis scientia sit de numero bonorum et honerabilium* (!). Lib. X des. *Ad hoc igitur facientes principium dicamus incipientes* (Alberti M. opp., Lugduni 1651, vol. 4).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 162 signatur, in eadem officina exscriptus est, qua codex antecedens, sed manu minus perita. In ff. 3-7 index elementorum ordine in opus Alberti M. In f. 8^{v} circulus floribus ornatus in cuius medio titulus operis. F. 9

e quo incipit opus ornatum est foliis, floribus ac tessera gentilicia fridericiana minore. In prima initiali C Alberti M. imago manu italica librum Aristotelis apertum ante pectus regentis. Ff. I, 247 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

192 (olim 169). Saec. XV, membran., mm. 359×250, ff. II. 234.

Alberti Magni commentarium in Aristotelis physicorum libros I-VIII. Lib. I inc. *Intentio nostra in scientia naturali est satisfacere.* Lib. VIII des. *et tunc uel reprehendant uel diminuant secundum quod placuerit eis* (Alberti M. opp., Lugduni 1651, vol. 2).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 155 signatur, eodem tenore exaratus est quo codex 189. In f. II^v circulus manu non satis perita floribus, avibus, insignibus ac tessera gentilicia Friderici Urbini ducis ornatus, in medio circulo titulus operis. F. 1 manu non eleganti ornatissimum floribus, foliis, avibus, insignibus ac tesseris gentiliciis F⟨riderici⟩ Urbini D⟨ucis⟩. Ff. I. II^r, 234 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

193. (olim 172). Saec. XV, membran., mm. 358×250, ff. III. 247.

1. Alberti Magni de caelo et mundo libri I-IV. Lib. I inc. *In hoc secundo libro naturarum nostrarum de celo et mundo loqui cupientes.* Lib. IV des. *deo annuente omnia diximus in eo que fuerunt nostre intentionis in hac materia.* (Alberti M. opp., Lugduni 1651, vol. 2). **2** (f. 127). De Anima libri I-III. Lib. I inc. *Omnibus que de corpore mobili et immobili.* Lib. III des. *secundum quod in se ipsa consideratur determinata sufficiant* (ed. cit., vol. 3).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 156 signatur, eandem faciem praebet quam codex 189. Item manus non elegans pinxit circulum in f. II^v floribus atque avibus ornavit, in medio circulo titulus codicis de more inscriptus est. Eadem arte atque ornamentis decoratum est folium 1, in quo adiecta etiam tessera gentilicia fridericiana minor. Ff. I,-III^r, 126^v, 246, 247 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

194 (olim 175). Saec. XV, membran., mm. 350×239, ff. I. 298 (— f. 8 scribae negligentia omisso).

Alberti Magni de mineralibus, de generatione et corruptione, parva naturalia quaedam.

1 (f. 1). De morte et vita. Inc. *Probatum est in fine primi celi et mundi.* Des. *de causa breuioris uite et longioris dicta sufficiant* (ed. Lugduni 1651, 5, opusc. n. 7). **2** (f. 19). De iuventute et senectute (in ms. *de etate siue...*).

Inc. *Iam expleuimus quae de operibus anime.* Des. *quae nos determinauimus in quarto phisicorum* (l. cit., opusc. n. 5). **3** (f. 23). Mineralium libri I-V. Inc. lib. I: *De commixione* (!) *et coagulatione.* Des. lib. V: *de facili poterunt cognosci* (ed. cit, 2, p. 210-272). **4** (f. 55). De generatione et corruptione libri I-II. Lib. I inc. *Cum due sint considerationes de mobili simplici.* Lib. II des. *in tertio et quarto de celo et mundo dicta sunt* (ed. cit., 2, p. 1-72). **5** (f. 91ᵛ). De vegetalibus et plantis (in ms. *de plantis*) libri I-VII. Lib. I inc. *In uniuersalibus principiis.* Des. *per ea que dicta sunt poterunt cognosci* (ed. cit., 5, opusc. n. 15). **6** (f. 198). De nutrimento et nutribili (in ms. *nutrito*). Inc. *De anima secundum se ipsam.* Des. *dicta sunt a nobis* (l. cit., opusc. 8). **7** (f. 204). De sensu et sensato. Inc. *Quoniam autem de anima.* Des. *in libro de anima que sunt considerata* (l. cit., opusc. n. 1). **8** (f. 237ᵛ). De memoria et reminiscentia. Inc. *Reliquorum autem primum considerandum est.* Des. *contra utrumque ipsorum* (l. cit., opusc. n. 2). **9** (f. 245). De somno et vigilia libri I-III. Lib. I inc. *Sompnus et uigilia non passiones.* Lib. III des. *a principio querere de hac materia* (l. cit., opusc. n. 3). **10** (f. 273ᵛ). De spiritu et respiratione. Inc. *Multa sunt animalia quae quidem.* Des. *hec igitur de differentiis eorum dicta sunt* (l. cit., opusc. n. 6). **11** (f. 286). De intellectu et intelligibili libri I-II. Inc. *Sicut a principio istius operis.* Des. *agens inquisitione* (l. cit., opusc. n. 11).

Codex in antiquo indice urbin. n. 157 signatus eodem tenore exaratus est quo codices 189-193. In f. 10ᵛ circulus auro, floribus ac lineis ornatus quem circumdant duodecim circuli minores in quibus tituli opusculorum ac tessera gentilicia Friderici ducis urbini. F. 11 in tribus marginibus, fructibus, floribus, avibus, papilionibus manu perita ornatum; in parte inferiore duo genii sustinent circulum in quo tessera gentilicia Urbini ducis fortasse posterius picta est. In f. 1-7 index capitum. Ff. I, 9, 10ʳ, 298ᵛ, 299 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

195 (olim 173). Saec. XV, membran., mm. 345×240, ff. V. 236.

Alberti Magni de motibus animalium, de motibus progressivis et de principiis moventibus in motu progressivo, de causis proprietatum elementorum, in libros politicorum Aristotelis.

1 (f. 1). De motibus animalium. Inc. *Tempus et ordo expostulat quod animalium motibus.* Des. *determinatum sit a nobis* (Alberti M. opp. ed. Lugduni 1651, vol. 5, opusc. n. 4). **2** (f. 15). De motibus progressivis Tractatus I (in mss. *de principiis motus processiui*). Inc. *Generaliter intelligendum quod animalia habentia motum.* Des. *sine arundo brachii.* (l. cit., p. 508-514). **3** (f. 18ᵛ). Tractatus II de principiis moventibus in motu progressivo. Inc. *Restat*

igitur nunc querere. Des. *secundum intentionem presentis operis* (l. cit., p. 514-527). **4** (f. 27ʳ). De causis proprietatum elementorum libri I-II. Lib. I inc. *Quoniam autem iam nos compleuimus.* Lib. II des. *deo auxiliante disseramus* (l. cit., opusc. n. 13). **5** (f. 51ʳ). In Aristotelis politicorum libros I-VIII. Lib. I inc. *Ptolomeus in alma gesti* (!) *dicit quod non est mortuus.* Lib. VIII des. *nec sinunt eos in dulcedine societatis querere ueritatem* (ed. cit., vol. 4).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 161 signatur, ex eadem officina libraria prodiit, qua codices 189-194, atque eodem proinde exemplo exaratus est. In ff. III-IV tabula seu index in opera quae codex continet. In f. Vᵛ solitus circulus corona laurea ac floribus ornatus quem ambiunt quatuor circuli minores in quibus tituli operum inscripti sunt. F. 1 imperite ornatum foliis, floribus, insigni ac tesseris gentiliciis F⟨riderici⟩ D⟨ucis⟩ Urbini. Ff. I, II, 235 vacua.
In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

196. An. 1472, (cf. f. 277), membran., mm. 342×234, ff. I. 279.

Bessarionis cardinalis utrum natura et ars consilio agant et in calumniatores Platonis.

1 (f. 1). Utrum natura et ars consilio agant. Inc. *Quom* (!) *Aristotiles philosopus in secundo libro.* Des. *Georgium et qui Georgio similes sunt: cum eorum moribus relinquentes* (ed. Romae 1469, f. 213-225ʳ). **2** (f. 18). Adversus calumniatores Platonis (in ms. *aduersus calumniatores et detractores P....*) libri I-V. Lib. I inc. *Incidit nuper in manus nostras liber quidam.* Lib. V des. *haec forte uenient. de hoc homine iudicate* (ed. cit., f. 1-212ʳ).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 229 signatur titulos habet minusculis rubris, initiales maiores auro et coloribus ornatas. In f. IIᵛ circulus floribus ornatus in cuius medio titulus codicis. Ff. 1 et 18 ornata sunt non satis perita manu floribus ac foliis; margini inferiori folii 1 manus posterior appinxit tesseram gentiliciam Friderici Urbini ducis. In f. 277 subscriptio librarii: *Exit opus... scriptum per me Petrum de Traiecto. Anno domini M.CCCC,LXXII. florentiae die VI mensis Iulii.* Ff. I, 1ʳ, 277ᵛ-279 vacua.
In tegumenti dorso tessera gentilicia Pii IX.

197 (olim 428). Saec. XV, membran., mm. 341×230, ff. I. 146.

1 (f. 5ᵛ). **Donati Acciaioli** expositio in libros Politicorum Aristotelis libri I-VIII. Lib. I inc. *Quoniam uidemus omnem ciuitatem... Conditores legum ac rerum publicarum gubernatores omni studio.* Lib. VIII des. *rectam uiuendi rationem sequamur. et sic absolutum est politicorum opus in quo exponendo si quid est a me non recte positum... te rogo Federice princeps ut quod Donatus acciaiolus his scriptis prestare non potuit tuo ingenio consequare;* praecit (f. 2) expositoris prooe-

mium ad... principem Fridericum Urbini ducem: *Egregiam doctrinam in omni genere philosophie - nihil optabilius contingere potest. Vale;* [2] (f. 4) eiusdem in expositionem prologus: *Nemo mediocriter doctus ignorat philosophiam habitum quemdam esse - ita sunt abditae obscuraeque sententiae vix ut intelligantur*; subicitur [3] (f. 143) epilogus in libros Politicorum Aristotelis, qui inc. *Ceterum expositis singulis partibus* et des. *neque falli potest piis hominibus pollicetur* (ed. Venetiis 1504).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 250 signatur, titulos habet maiusculis rubris, initiales maiores auro ac floribus ornatas; in epilogo initiales maiores caeruleas, maximam auream lineis et coloribus pictam. In f. 1ᵛ circulus auro pictus ac floribus, in quo titulus codicis inscriptus est. F. 2 circumornatum auro, floribus, avibus, corona, insignibus ac tessera gentilicia Friderici Urbini ducis. Ff. I, 1ʳ, 3, 146 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

198 (olim 430). Ann. 1363 (cf. f. 199), membran., mm. 331 × 237, ff. I. 199.

Buridani Ioannis quaestiones in libros I-X ethicorum Aristotelis. Liber I inc. *Et in generali primo querimus Vtrum de uirtutibus sit scientia.* Liber X des. imperfecte uti in edd. *sunt nobiliores quam operationes coniuncti, scilicet sensus vel appetitus sensitiui. patet questio... etc. 1363...;* praeit prooemium: *Bonitatis ac nobilitatis excellentiam philosophie moralis - Vt igitur hunc ordinem teneamus uel obseruemus incipiemus a libris ethicorum* (impressore Wuolffgango Hopyl, Parisiis 1499).

Codicem in antiquo indice urbin. n. 262 obsignatum exscripserunt littera currenti et binis columnis duae manus, fortasse anglicae, flexuosae, compendiis implicatae, atramento hic illic pallescente. Prior exaravit f. 1-13 et 136-199, altera ceteras pagellas. In f. 199 margine inferiore sigla fortasse nominis librarii prioris: *Willelmus* (?). Tituli desunt, initiales alias caeruleae alias rubrae lineis ornatae. In f. f. 1ᵛ manu posteriore circulus floribus ornatus et titulus, in f. 2 flores ac tessera gentilicia fridericiana. Ff. I, 1ʳ posterius addita et 199ᵛ vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX atque A. Mai card. bibliothecarii.

199. Saec. XV, membran., mm. 333 × 211, f. I. 215.

L. Apulei medaurensis opera.

1 (f. 2). Metamorphoseon libri I-XI (ed. Hildebrand, Lipsiae 1842, parte I). **2** (f. 104ᵛ). Florida libri I-IX (ed. cit., parte II, p. 1-101). **3** (f. 120). De mundo (in ms. *Cosmographia seu de m... ad Faustum*) (l. cit., p. 335-433). **4** (f. 132). De dogmate Platonis libri I-II (l. cit., p. 171-260). **5** (f. 148ᵛ). De Deo Socratis (l. cit., p. 102-169). **6** (f. 158). Asclepius sive Dialogus Hermetis Trismegisti (in ms. *Hermetis Trismegisti de natura deorum*

(l. cit., p. 279-334). **7** (f. 172^v). De Magia (in ms. *Apologie siue defensionis magie orationes* I-II; l. cit., p. 434-635). Oratio II inc. vv. *Nunc tempus est ad epistolas pudentille preuerti* (l. cit., cap. 66, p. 575).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 233 signatur, titulos habet minusculis rubris, initiales maiores aureas lineolis et coloribus, initiales maximas aureas floribus ornatas. In f. 1^v circuli octo, unum idemque centrum habentes, in quibus opera quae codex continet sunt adnotata. F. 2 floribus, avibus, insignibus ac tessera gentilicia Friderici Urbini ducis ornatum est. Ff. I, 1^r, 212^v-215 vacua.

In tegumenti dorso tessera gentilicia Pii IX.

200 (olim 429). Saec. XV, membran., mm. 328 × 229, ff. I. 290.

1 (f. 7). **Acciaioli Donati** expositio in libros Ethicorum Aristotelis libri I-X (in ms.... *in novam traductionem Argiropyli bizantii*). Lib. I inc. *Omnis ars omnisque doctrina... Aristoteles philosophus in hoc ethicorum.* Lib. X des. *ex omni parte perficiatur et hoc pacto Decimo huic et ultimo ethicorum finem imponit, laus tibi christe;...* praeit (f. 1) expositoris prooemium ad Cosmum Medicem. Inc. *Cum post interitum quorundam doctissimorum hominum.* Des. *sed his premissis iam ad explanationem libri accedamus* (Florentiae apud S. Iacobum de Ripoli 1478). **2** (f. 283^r). Epilogus libri Ethicorum. Inc. *Expositis omnibus iis que in hoc libro moralium.* Des. *facultatibus ut antea uidimus. Et hic sit finis decimi et ultimi libri ethicorum* (l. cit.).

Codex, qui in antiquo indice urbinate n. 231 signatur, littera currenti ac festinanti calamo exscriptus est. Tituli maiusculis rubris, initiales maiores aureae lineis et coloribus ornatae sunt. In margine inferiore f. 1 tessera gentilicia Friderici Urbini ducis. Ff. I, 289^v, 290 vacua.

In tegumenti dorso insignia Innocentii XII ac tessera gentilicia Fr. Laur. Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

201. Saec. XV, membran., mm. 335 × 230, ff. I. 357.

Salutati Colucii Pierii de fato, fortuna et casu, de poesi, de saeculo et religione.

1 (f. 3). De fato, fortuna et casu tractatus I-V. Primus inc. *Instituenti mihi tractatum et sermonem de fato.* Ultimus des. *non mihi videbor laborem et operam perdidisse. Vale;* praeit (f. 2) prologus, ad abbatem Felicem monasterii s. Salvatoris de Septimo ordinis cisterciensis: *Qvotidianum esse uidimus et communiter ab omnibus usurpatum - ne cum minus ignorantia creuerit cecus fiam.* **2** (f. 75). *De poesi contra detractores compendiosa defensio et unde putandum est initium habuisse capitulum primum,* libri I-IV. Lib. I inc. *Non ab re futurum arbitror cum omnis institutio nostra uersetur circa ea quae poetae de rebus herculis cecinerunt.* Lib. IV des. capite X: *De Myseno et eius Morte* vv.

remittantque mihi precor et senectuti laborem istum contentique sint quod ad herculem nostrum magna quidem et multa, quoniam ab eo nimis recessimus, redeamus. **3** (f. 292). De saeculo et religione libri I-II. Lib. I inc. *Hec igitur tantisper exhordiendo praefatus uir merito uenerande;* lib. II des. *que cum infinita illa bonitate vere et ineffabilis trinitatis in sue eternitatis indiuisibili unitate perseuerat. Amen;* praeit prooemium ad fratrem Hieronymum de Uzano ord. camaldulensis in monasterio s. Mariae de angelis de Florentia, quod inc. *Memor semper fui* et des. *quod ut sedulo coneris et facias te deprecor et exoro.*

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 252 signatur, titulos habet tum maiusculis tum minusculis rubris, initiales maiores colore caeruleo, initiales maximae eleganti varietate flosculis, lineis, coloribus ornatas. In f. II^v circulus paucis flosculis ornatus, quem circumdant quatuor circuli minores, in quibus tituli operum. F. 1 eleganti manu ornatum est floribus atque insigni tesseraque gentilicia F<riderici> D<ucis> Urbini. In f. 357 subscriptio librarii: *Explicit... presbyter Franciscus Collensis scripsit;* sed idem scriba in calce aliorum operum huius codicis etiam nomen suum apposuit. Ff. I, II^r, 290, 291 vacua.
In tergo tegumenti tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. X. de Zelada card. bibliothecarii.

202. Ann. 1541-1542 (cf. ff. 1, 35) chart., mm. 332×212, ff. 71 (— ff. 34^a 34^b scriptoris negligentia omissis).

1. Stephanelli Hieronymi (f. 1) lectiones in quatuor posteriores libros Aristotelis de physico auditu collectae per discipulum Fidelem de Fidelibus pisaurensem, Patavii anno 1541. A tertia lectione inc. *Super primo et secundo tractatu dubium est de diuisione moti et mouentis cur sit trimembris cum omnis bona diuisio teste Boetio trimembris esse debeat.* Lectio ult. des. *problema cum motus sit in tribus predictis.* **2** (f. 35). Lectiones ab eodem collectae ibidem anno 1542 in octavum librum physicorum Aristotelis. Lectio I inc. *In precedentibus cum expedissemus extraordinaria usque ad quartum textum etiam in lectione expediuimus breuiter que in 6.°* Lectio ultima des. *et aliis gloriabundus de num. 4.° manifestum esse ex dictis philosophi.*

Codex littera currenti scriptus est; multa folia vacua, singulis lectionibus praesignantur dies in quibus habitae sunt hae lectiones, quae saepe ad finem non fuerunt perductae.
In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI ac Fr. X. de Zelada card. bibliothecarii.

203 (olim 282). Saec. XV, membran., mm. 323×215, ff. II. 150.

Chalcidii Timaeus Platonis e graeco in latinum translatus et in eundem commentarius.

1 (f. 2^v). Prima pars versionis Timaei Platonis. Inc. a vv. *Quartum e numero Timee uestro requiro.* Des. *socia naturae nancisceretur imaginem;* praeit interpretis

prologus: *Socrates in exhortationibus suis uirtutem laudans - maiorem accedendi faceret fiduciam* (ed. Fabricius inter opera s. Hippolyti, Hamburgi 1718, 2, p. 226-247). **2** (f. 15). Prima pars commentarii inc. *Timaeus Platonis a veteribus difficilis habitus.* Des. *de mundi similis constitutione tractauit* (ed. cit., p. 277-321). **3** (f. 62). Secunda pars versionis Timaei Platonis inc. a vv. *Et iam cuncta fere.* Des. *et ex leui admonitione perspicuo* (ed. cit., p. 247-276). **4** (f. 72). Secunda pars commentarii in dialogum inc. *Mundi totius perfectionem.* Des. *ad effectionem institutionis ingenuae* (ed. cit., § 118, p. 321-407).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 224 signatur, titulos habet litteris maiusculis rubris, initiales maiores aureas floribus ornatas. In f. 1ᵛ circulus in quo titulus operis. F. 2 ornatum floribus, fructibus, duobus geniis, qui coronam lauream gerunt, in qua aquila nigra cum tessera gentilicia minore Friderici urbinatium ducis. Ff. I, II, 1ʳ, 150 vacua.

Tegumentum urbinatense antiquum ex corio castanei coloris cum fibularum reliquiis.

204 (olim 395). Saec. XVI-XVII, chart., mm. 307×212, ff. I. 241.

Piccolomini Francisci expositiones et annotationes in librum Aristotelis de generatione et corruptione, lectiones I-LXXIV a discipulo quodam Paduae exceptae.

1 (f. 1). In librum Aristotelis de generatione et corruptione (in ms. *de ortu et interitu*) pars prima seu lectiones I-LXX. Lectio I inc. *Inter uarias philosophiae definitiones haec quae circumfertur a Platone in Phedone.* Lectio LXX des. *et sunt potius iuxta seposita et composita non uero constituunt ulteriorem et nouam formam.* **2** (f. 222). Secundi libri lectiones I-IV. Lectio I inc. *In prooemio horum librorum diuidendos esse libros de generatione et corruptione in septem partes dixi.* Lectio IV des. *Et sic est finis considerationis primarum qualitatum ac lectionum praesentis anni amen. D. O. M. honor etc. et praeceptori Excellentissimo foelicitas et Nestoris anni. amen* (cf. ed. Venetiis 1602).

Codex littera currenti exscriptus est. Tituli atque initiales litteris nigris. Ff. I, 239-241 vacua.

In tegumenti dorso insignia Innocentii XI ac tessera gentilicia Fr. Laurentii Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

205. Saec. XVI ex., chart., mm. 318×221, ff. I. 377 (+ ff. 197ᵃ, 276ᵃ scriptoris negligentia omissis).

Aristotelis de historiis, de partibus, de generatione animalium libri, de incessu fragmenta iuxta versiones graeco-latinas.

1 (f. 1). De historiis animalium libri I-X. Lib. I inc. *Harum autem quae sunt in animalibus partium hae quidem sunt incompositae.* Lib. X des. *Sed partem ipsius accepit aliquis locus, hanc autem dereliquit que multiplex* (cf. Jourdain

Les traductions d'Aristote, Paris 1843, specimen, 26, p. 426). **2** (f. 198). De partibus animalium libri I-IV. Lib. I inc. *Circa omnem theoriam et methodum similiter etiam humiliorem et honorabiliorem.* Lib. IV des. *iis autem determinatis deinceps est ea quae circa generationem ipsorum pertransire* (Jourdain, l. cit., specimen 29, p. 429). **3** (f. 277). De generatione animalium libri I-V. Lib. I inc. *Quoniam autem de aliis partibus dictum est in iis quae in animalibus et communiter et per unumquodque genus.* Lib. V des. *non gratia huius sed ex necessitate et propter quandam causam motiuam* (Jourdain, l. cit., specimen 30, p. 429). **4** (f. 375v). De motibus animalium (in ms. de *incessu*) fragmenta. Inc. *De partibus autem opportunis animalis ad motum* usque ad vv. *multoties ad methodum naturalem summantes hoc modo habentia in omnibus rationabilibus operibus horum* (Jourdain, l. cit., specimen 28, p. 428).

Codex littera currenti exscriptus nullis ornamentis distinguitur. Ff. 197a, 276a, 376v, 377 vacua.

Tegumentum ex pergamena alba codicis aequali.

206 (olim 291). An. 1253 (cf. f. 103v) membran., mm. 371 × 315, ff. 371.

Aristotelis opera nonnulla cum commentariis s. Thomae de Aquino, magistri Augustini de Favaronibus, Adami et aliorum; **Costa-ben-Lucae** de differentia spiritus et animae; **Pseudo-Aristotelis** de expositione bonitatis purae.

1. Aristotelis [1] (f. 2) Physicorum libri I-VIII ⟨iuxta versionem graeco-latinam, Jourdain *Les traductions d'Aristote*, n. VII, p. 406⟩ cum commentario s. Thomae, qui inc. a secunda lectione: *Posito prohemio in quo ostensum est* (opp. s. Thomae, Parisiis 1660, 2, p. 4-343). [2] (f. 194). De caelo et mundo libri I-IV ⟨iuxta versionem arabico-latinam, Jourdain, n. IX, p. 408⟩ cum commentario ⟨Augustini de Favaronibus, cf. Bandini, Biblioth. Laurent., IV, col. 106⟩. Commentarius inc. *In libro antecedenti qui intitulatur de phisico auditu egit aristotiles de corpore mobili simpliciter in hoc autem libro qui intitulatur de celo et mundo agit de corpore.* Des. *et ex eis etc. consequenter epilogat et hoc est, iam ergo determinauimus etc.* [3] (f. 184). De generatione et corruptione libri I-II ⟨iuxta translationem graeco-latinam, Jourdain, n. XIII, p. 412⟩ cum notulis ⟨magistri Adami, Woodham? cf. Sbaralea, Supplementum ad Scriptor. trium ordinum s. Francisci, Romae 1806, p. 723⟩. Notulae incipiunt. *De generatione autem et corruptione etc. Cum sit determinatum in libro phisicorum de corpore mobili simpliciter secundum materiam et etiam in libro celi et mundi determinatum sit de corpore mobili coniuncto.* Des. in vv. *autem non, quia non, sed quidam in idem secundum numerum ut quorum substantia mota est in corporibus, quidam in idem secundum speciem ut quorum*

substantia est corporalis. Expliciunt notule super librum de generatione et corruptione. [4] (f. 210). Metheororum libri I-IV ⟨iuxta translationem arabico-latinam, Jourdain, n. XIV, p. 414⟩ cum notulis magistri Adami. Notulae incipiunt. *Postquam et cet. Intentio in hoc libro est de corpore mobili coniuncto ad corpus mobile et generale et corporale compositum generatum ex uapore ascendente ex terra.* Desinunt *ab aliis metallis abstergere immundicias scirent ex omnibus facere aurum et dicunt istam abstersionem per artificium esse possibilem et sic terminatur iste tractatus metheororum;* infra: *Expliciunt notule magistri Adam.* [5] (f. 258ᵛ). De anima libri I-III ⟨iuxta versionem graeco-latinam, Jourdain, n. XIX, p. 418⟩ cum commentario, qui inc. *Bonorum honorabilium. In hoc libro intentio est de anima quam in principio sciendum quod anima quamuis non sit contenta sub corpore mobili.* Des. *et secundum formam et uirtutem eius sunt plancte et similia et tale terreum excludit speciem.* [6] (f. 299). De memoria et reminiscentia ⟨iuxta translationem graeco-latinam, cf. specimen apud Jourdain n. XXII, p. 421, sed nonnullis variantibus⟩ cum commentario qui inc. *Reliquorum autem primum considerandum et cet. quibusdam naturalis philosophiae doctoribus placet continuare librum primum libro de sensu et sensato.* Des. *et licet prius sint mobiles in ordinatis motibus in principio tamen cum ad etatem perfectam peruenerint fiunt bene reminiscentes propter huiusmodi compressionem et proportionem cum siccitate et cum dicit epilogat.* [7] (f. 306). De somno et vigilia ⟨iuxta translationem graeco-latinam, cf. Jourdain, n. XXIII, p. 422⟩ cum scholiis. Primum dicit: *Quidam continuant primum librum libro de memoria et reminiscentia.... quidam continuant ipsum libro de sensu et sensato.* [8] (f. 318). De sensu et sensato ⟨iuxta translationem graeco-latinam, cf. Jourdain, n. XXI p. 420⟩ cum commentario (in ms. *notulis*), qui inc. *Quoniam autem de anima etc. Quadruplex inuenitur ab aristotile tractatus de sensibus primus quidem in secundo de anima ubi determinatur qualiter sensus* et des. *sed dicitur est, quod est idem numero sed non in eodem, nec secundum idem quod cum est in sensu ab illis contrahitur ac unitate, de instrumentis ergo. expliciunt notule super librum de sensu et sensato.*

2 (f. 335). ⟨Costa-ben-Lucae⟩ de differentia spiritus et animae ⟨liber ex arabico in latinum translatus a Ioanne Havendeuth seu hispalensi⟩ (ed. C. Sigm. Barach, Innsbruk 1878, p. 120-139, lin. 16, quia desinit vv. *de differentia spiritus et animae sufficiant*).

3 (f. 343ᵛ). Aristotelis de longitudine et brevitate vitae (in cod. *de morte et uita*) ⟨iuxta translationem graeco-latinam, cf. Jourdain, n. XXV, p. 425, sed nonnullis variantibus⟩. Abrumpitur imperfecte vv. *hoc igitur nouimus, illud uero uetus perimi, sed est aliqua differentia in eo quod est sic semper esse longioris uitae.* (cf. ed. Parisiis, Didot 1887, 3, p. 530, col. 2, lin. 2 ab imo).

4 (f. 346v). Pseudo-Aristotelis de expositione bonitatis purae (in ms. *de Causis*) (ed. O. Bardenheuser, Freiburg im Breisgau 1882, p. 163-191).

5 (f. 355). Aristotelis de Plantis libri I-II ⟨iuxta translationem graeco-latinam, cf. Jourdain, n. XXXI⟩. Des. *uincit ergo calor et siccitas et erit fructus amarus.*

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 214 signatur, duabus manibus eiusdem aetatis conscriptus est; commentarii et notulae variis manibus saec. XIV. Litterae initiales maiores caeruleae et rubrae alternae lineis et coloribus, initiales maximae aliquando historiis, aliquando coloribus ornatae sunt. In f. 103v subscriptio librarii: *a. gratiae MCCL tertio die cathedre sancti Petri recepit Willelmus de Solers XII solidos super istos libros naturales XXII petiarum...* Possessoris nomen in variis foliis scriptum. In f. 2 *Iste*, in f. 104 *liber*, in f. 184 *est*, in f. 210 *ad usum*, in f. 258 *fratris*, in f. 299 *Giraudi*, in f. 306 *Carbonelli*, in f. 335 *de ordine*, in f. 344 *fratrum.* In folii 2 margine inferiore adiecta fuit posterius tessera gentilicia Friderici Urbini ducis, uti etiam posterius coloribus picta est prima littera initialis. Ff. I, 1r, 183v, 209v, 257, 304v, 305, 372 vacua.
In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

207 (olim 311). Saec. XV, membran., mm. 323×211, ff. I. 229.

Auctoritates ex **Aristotelis** physicorum, politicorum, ethicorum et de anima libris cum declarationibus textuum dubiorum eiusdem excerptis ex s. Thoma et anonymo auctore. Sententiae ex **Platonis** republica; **Iordanis de Bergamo** ord. praed. epitome librorum Aristotelis de anima.

1. Aristotelis [1](f. 2) auctoritates ex libris physicorum. Inc. ab auctoritate lib. I, cap. I: *Tunc enim unam quanque rem scire putamus cum causas primas principiaque prima et usque ad elementa cognoscimus.* Des. cum sententia desumpta ex cap. 3 tractatus III lib. VIII: *Non enim id mouetur quod magnitudinis est expers.* [2](f. 16). Textus dubii in libris physicorum ⟨cum declarationibus s. Thomae et anonymi⟩. In lib. I, cap. II, tractatus I. Inc. *Deinde absurdum est cuiuslibet esse principium rei et non temporis et generationis non simplicis.* Declaratio I inc. *S. Thomas: inconueniens est quod principium cuiuscumque habentis principium.* Desinunt textus dubii in primo capite tractatus II ⟨libri VIII⟩: *Ad quod enim mutatur id fit aut in hoc ex quo uero mutatur id corrumpitur aut hinc.* Declaratio ult. inc. *Auctor: id fit in quod aliquid mutatur ut album fit etc. et terminus a quo corrumpitur et deperditur.* [3] (f. 22). Auctoritates e libris politicorum ⟨cum declarationibus excerptis e s. Thoma et ex anonymo⟩ incipiunt: *Eius gratia quod bonum uidetur omnia omnes agunt.* Des. *Sed cum spectator sit duplex.* Declaratio inc. *Sanctus Thomas: idest auditor armoniae musicalis duplex est unus l. I bene dispositus* des. *alter seruus et honorosus* (!).

2 (f. 85). Ex libris reipublicae Platonis sententiae quaedam. Inc. post monitum: *In primo libro linea II. Aio certe id quoque, o amice, primam atque*

optimam esse victoriam ut ipse seipsum uiuat. Des. *Item X. Maiores dixerunt. Primo quod dii sint. Deinde quod omnium maximarum simul minimarumque rerum curam habeant nec preter iustum placeat.*

3. Aristotelis [1] (f. 102) auctoritates desumptae e libris de anima ⟨cum nonnullis declarationibus excerptis e s. Thoma et anonymo⟩. Auctoritas I inc. *Cum omnem doctrinam rem esse bonam arbitremur ac honorabilem. et aliam alia magis.* Ultima auctoritas des. *non enim ipsam, inquam, separatum tanget.* Pergit *Sanctus Thomas: Si non est aliqua propria operatio sive passio propria anime... quod licet multa ei accidant non tamen accidunt ei nisi in materia.* [2] (f. 112). Textus dubii cum declarationibus ⟨S. Thomae et anonymi⟩. Inc. textus dubius: *Quod si hoc etiam imaginatio sit quedam aut sine imaginatione...* Inc. prima declaratio: *Auctor uidetur dicere quod intelligere non potest esse sine corpore.* Des. ultimus textus dubius: *Homerum recte inquientem hectorem iacet alia sapientem.* Declaratio dicit. *Sanctus Thomas: Democritus dicebat Intellectum et sensum idem... sicut hectori alia apparebant uiuo alia mortuo.* [3] (f. 118). *Conclusiones et propositiones* librorum ethicorum cum declarationibus textuum dubiorum ⟨s. Thomae et anonymi⟩. Inc. parva praefatio seu summarium: *In primo libro ethicorum Aristoteles ultimum finem humanum nobis proponit.* Des. *et continet tres conclusiones et tres propositiones.* Sententiae ex Aristotele inc. *In rebus humanis est aliquis finis intentus.* Declaratio inc. *probatur conclusio: quia omnis ars et doctrina actus et electio bonum appetunt.* Textus dubii dantur aliquando iuxta veterem translationem, aliquando iuxta novam, aliquando iuxta alterutram. Desinunt conclusiones: *Iudicantes sine habitu de rebus ciuilibus bene iudicant fortuito.*

4 (f. 218v). Iordanis de Bergamo ord. Praedicatorum epitome libri Aristotelis de anima. Inc. *Animaduertendum est autem diligenter quod recitando antiquorum opiniones de anima.* Des. *tu qui diuino polles ingenio supleas et corrigas et amori colligentis innata humanitas indulgeat si placet. Vale:* praeit (f. 118) epistola nuncupatoria epitomatoris ad Fridericum Vrbini ducem, quae inc. *Cum apud te detentus illustrissime princeps estate preterita pro tua in me beniuolentia commorare* et des. *et fidissimi seruitoris tui uastissimimum affectum suscipiens pro erratis indulgere si placet. Vale.*

Codicem in antiquo indice urbin. n. 220 signatum duplex manus exscripsit. Prima ff. 2-217v, altera a 218 ad finem. Litterae maximae aureae intextis lineis et floribus ornatae sunt. In f. 1v circulus floribus et corona laurea ornatus, in cuius medio indiculus operum. F. 2 tres margines ornati sunt intextis lineis, floribus, avibus ac tessera gentilicia F⟨riderici⟩ D⟨ucis⟩ Urbini. Ff. I, 1r, 101v, 117v, 227-228 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

208 (olim 287). Saec. XV, membran., mm. 330×219, ff. I. 137.

Porphyrii, Aristotelis, et Theophrasti opera quaedam Ioanne Argyropulo et Gregorio Tifernate interpretibus.

1. (f. 3[r]). Porphyrii de quinque vocibus Io. Argyropulo interprete. Inc. *Cum necessarium sit chrisaori et ad aristotelis.* Des. *distinctionem conuenientiamque demonstrandam sufficiunt;* praeit interpretis epistola nuncupatoria ad Petrum Medicem quae inc. *Memini me iamdudum magnificentissime pater* et des. *et tibi persuade mihi te cariorem neminem esse. Iterum uale* (de his versionibus Argyropuli conferantur Fabricius-Harles, Biblioth. gr., 3, p. 329).

2. Aristotelis [1] (f. 14) categoriae (in ms. *predicamenta*) eodem interprete. Inc. *Equiuoca dicuntur ea quorum nomen solum commune est.* Des. *omnes fere sunt nunc a nobis enunciati.* [2] (f. 31) Libri perihermeneias ⟨eodem interprete⟩. Inc. *Primo definire oportet quidnam sit nomen.* Des. *ut eidem contraria simul insint.* [3] (f. 44). Priorum analyticorum libri ⟨eodem interprete⟩. Inc. *Primum dicere oportet circa quid et cuiusnam.* Des. *et inter seseque sunt ex diuersis figuris.* [4] (f. 63). Posteriorum analyticorum libri I-II ⟨eodem interprete⟩. Inc. *Omnis doctrina omnisque disciplina intellectiua.* Des. *ad rem omnem sese habet similiter;* praeit epistola nuncupatoria traductoris ad Cosmam Medicem. Inc. *Vt tibi semel promisi ita facio magnifice Cosma.* Des. *quantum ipse modus atque materia poscit. Vale perpetuo felix atque beatus.*

3. Theophrasti (f. 118) metaphysica Gregorio Tifernate (in ms. *Thiphernio*) interprete. Inc. *Quomodo et quibus rebus determinanda est ea speculatio.* Des. *in quibus sint ea que sunt et quomodo inuicem se habeant* (cf. Theophrasti ed. Wimmer, 3, fragm. 12); praeit interpretis praefatio ad Nicolaum V. P. M. Inc. *Hunc librum nicolae quinte pontifex maxime nec andronicus, ut uidetur, nec hermippus.* Des. *pauca quedam totius sequentis operis quesita ac dubitata attinguntur.* [2] (f. 123). De piscibus ⟨eodem interprete⟩. Inc. *Pisces quidam in sicco manent quod preter naturam quidem uidetur.* Des. *Nam quidam ut prius dictum est aere utuntur* (cf. Wimmer, l. cit., fragm. 171). [3] (f. 125[v]). De vertigine ⟨eodem interprete). Inc. *Vertigo fit quum aut extrarius* (!) *spiritus aut superflua humiditas.* Des. *Quum uero mouentur certum quod etiam ea dimota uertiginem efficit* (cf. Wimmer, l. cit., fragm. 8). [4] (f. 127). De natura ignis ⟨eodem interprete⟩. Inc. *Ignis natura proprias quasdam ex simplicibus potestates habet.* Des. *Ignis enim maxime spiratile quiddam est. Sed de his hactenus satis dictum est: diligentius uero in aliis dicemus* (cf. Wimmer, l. cit., fragm. 3).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 211 signatur, titulos habet minusculis rubris, initiales maiores caeruleas ac rubras alternas, initiales maximas aureas intextis lineis

ac flosculis ornatas. In f. 1^v solitus circulus auro ac floribus ornatus quem ambiunt sex circuli minores in quibus inscripta sunt opera; infra tessera gentilicia fridericiana minor. F. 2 manu imperita ornatum floribus ac tessera gentilicia fridericiana minore. Ff. I, 1^r, 136^v, 137 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

209 (olim 289), Saec. XIV-XV, membran. mm. 327×228, ff. I. 123.

Aristotelis opera quaedam iuxta veteres translationes cum nonnullis commentariis.

1 (f. 2). Physicorum libri I-VIII ⟨translatio graeco-latina iuxta specimen VII, Jourdain, *Les traductions d'Aristote,* Paris 1843, p. 406, cum tribus notulis in libro primo et scholiis excerptis e s. Thoma et aliis in libros IV-VI⟩. Notulae in libro I sunt fere evanidae, primum scholium in lib. IV dicit: *Superius philosophus in I libro determinauit de motu et in secundo quid competit motui intrinsece scilicet quod est de generatione continuorum. nunc in isto libro intendit determinare de hiis que adueniunt motui intrinsece et primo de loco et primo preponit que intendit.* Ultimum in libro VI dicit: *sed ut patebit omne mobile quiescit per quietem alterius. ergo nullum mobile mouet seipsum primo. ymo omne quod mouetur ab alio mouetur.* **2** (f. 63). De generatione et corruptione libri I-II ⟨translatio graeco-latina iuxta specimen XIII, Jourdain, l. cit., p. 412⟩. **3** (f. 77^v). De morte et vita ⟨sc. de longitudine et brevitate vitae, translatio graeco-latina iuxta specimen XXV, cf. Jourdain, l. cit., p. 425⟩. **4** (f. 80). De anima libri I-III ⟨translatio graeco-latina iuxta specimen XXIX, cf. Jourdain, l. cit., p. 418 cum scholiis et commentario in librum II⟩. Scholia (f. 88^r) inc. mutila ex recisione marginis superioris: *... concupiscere et deliberare et omnino appetitus sicut autem motus secundum locum est in animalibus ab anima.* Commentarius inc. (f. 89) *Dicimus itaque etc. hic persequitur de intento et primo inuestigat de anima diffinitionem communem omni animae et uenatur* (!) *partes ponendas in diffinitione.* Des. comment. seu scholia in ultima vv. libri II f. 97^v: *sonus ergo scindit lignum per accidens sed aeris motus scindit ipsum per se.* **5** (f. 106). De sensu et sensato ⟨translatio graeco-latina iuxta specimen XXI, cf. Jourdain, l. cit., p. 420⟩. **6** (f. 115^v). De memoria et reminiscentia ⟨translatio graeco-latina iuxta specimen XXII, cf. Joudain, l. cit., p. 421⟩. 7 (f. 119). De malitia complexionis capita I-IX cum scholiis excerptis e Galeno et aliis. Inc. *Malitia quoque complexionis diuerse quum in toto corpore animalis existit. sicut quod ei quidem accidit in specie ydropisis nociue.* Des. *et quando antecedit et sciit* (!) *quod narrabo de hoc sufficit. donec intelligat librum meum de medicinis. deinde potest ipsum de malitia sanitatis.* Scholium I inc. *Malitia quoque complexionis diuerse: Nota quod non exemplificat*

de aliis aparatibus scilicet uentoso et aquoso quia ille due species possunt reduci ad aliquam istarum specierum. Nam aparatus aquosus reducitur. Des. *quare non exemplificat de aliis aparatibus.* Ultimum schol. *Nota quod quomodo est de causonidibus et ideo nota quod in causonidibus potest esse mala complexio diuersa composita et simplex.* Des. *ut in non mortiferis et similiter est in sinochis.*

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 215 signatur, binis columnis ac variis manibus exscriptus est. Tituli in clausulis operum tantum litteris nigris. Initiales maiores caeruleae ac rubrae alternae, initiales maximae coloribus ac lineis ornatae sunt .In f. 1ᵛ circulus auro, coloribus ac floribus ornatus in cuius in medio tituli operum. In parte inferiore f. 2 perita manu posterius tessera gentilicia Friderici ducis Urbini et duo genii picti sunt. Ff. I, 1ʳ, 22ᵛ, 62ᵛ, 122ᵛ, 123 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

210 (olim 293). Saec. XV, membran., mm. 324×215, ff. I. 173.

Aristotelis physica et de anima Jo. Argyropulo interprete.

1 (f. 2). Physicorum libri I-VIII Jo. Argyropulo interprete. Inc. *Cum circa omnes doctrinas quarum sunt principia.* Des. *ac magnitudinem nullam prorsus habere* (Arist., opp. graec. lat, Aureliae Allobrogum 1605, p. 1, 253-336). **2** (f. 124). De anima libri I-III eodem interprete. Lib. I inc.: *Cum omnem scientiam rem esse bonam.* Lib. III des. *ut ipsum aliquid alii per ipsam significet* (ed. cit., 1, p. 476-510); praeit interpretis praefatio ad magnificum Cosmam Medicem. Inc. *Hominem ut te non praeterit, magnifice atque honorantissime Cosma.* Des. *tibi amantissimo, ut par erat, vehementer coniunxit* (magnam partem huius epist. ed. Bandini, Biblioth. Laurent, 3, coll. 234-235).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 219 signatur, similis est codici 208 tam in litteris quam in ornamentis. F. 2 ornatum floribus ac flosculis aureis atque in parte inferiore tesseram gentiliciam habet F⟨riderici⟩ D⟨ucis⟩ Urbini. Ff. I, 1ʳ, 115-121, 171-173 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

211. (olim 290). Saec. XV, membran., mm. 326×224, ff. I. 218.

Aristotelis physica, de anima, de coelo et mundo, de generatione et corruptione Georgio Trapezuntio interprete.

1 (f. 1). Physicorum libri I-VIII Georgio Trapezuntio interprete. Lib. I inc. *Quoniam cognoscere ac scire circa omnes scientias quae habeant principia.* Lib. VIII des. *indiuisibile est ac impenetrabile nullamque habens magnitudinem.* **2** (f. 92). De anima libri I-III eodem interprete. Lib. I inc. *Quemadmodum inter moralis philosophiae partes ciuilis scientia simpliciter eminet.* Lib. III

des. *non ut sibi ipsi linguam ut alii aliquid significet.* **3** (f. 137). De caelo et mundo libri I-IV eodem interprete. Lib. I inc. *Maxima fere scientie pars que de natura est circa corpora.* Lib. IV des. *hoc modo nobis determinatum est.* **4** (f. 179). De generatione et corruptione libri I-II eodem interprete. Lib. I inc. *De generatione uero atque corruptione eorum que natura generantur et corrumpuntur similiter de omnibus.* Lib. II des. *sed non illa quorum substantia gignitur cum talis sit, ut contingat non esse* (de his versionibus Trapezuntii conferantur Fabricius-Harles, Biblioth. graec., 3, p. 305).

Codicis tituli litteris minusculis rubris, initiales maiores et maximae, plerumque aureae, coloribus, floribus perita varietate ornatae sunt. F. 1 ex omni parte ornatum floribus, flosculis aureis, imaginibus militis, philosophi ac sibyllae. In parte inferiore tessera gentilicia Sixti IV. In prima littera initiali Aristotelis imago manu italica librum apertum ante pectus gestantis. Ff. I, 95ᵛ, 96, 135ᵛ, 136, 188ᵛ, 217ᵛ, 218 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

212 (olim 209). Saec. XV, membran., mm. 350×243, ff. I. 175 (— f. 3, 5 librarii negligentia omissis).

S. Thomae de Aquino Commentarii in Aristotelis ethicam libri I-X. Lib. I inc. *Sicut philosophus dicit in principio methaphisice. Sapientis est ordinare.* Liber X des. *est continuatio ad librum politice et terminatio sentencie totius libri ethicorum* (ed. Parisiis 1660, vol. 5).

Codex duobus numeris tam 151 quam 154 antiqui indicis urbinatis convenire potest, idemque binis columnis exaratus est. Tituli minusculis rubris, litterae initiales tum maiores tum maximae caeruleae et rubrae alternae lineis ornatae sunt. In ff. 2-4 index capitum. In 6ᵛ circulus corona laurea ac floribus circumornatus in cuius medio titulus operis. F. 7 ornatum est floribus ac tessera gentilicia fridericiana minore. Ff. I, 1, 6ʳ, 174ᵛ, 175 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

213 (olim 206). Saec. XV, membran., mm. 346×242, ff. I. 239.

S. Thomae de Aquino commentarii in Aristotelis physicam et in libros de anima.

1 (f. 2). In Aristotelis physicorum libros I-VIII. Lib. I inc. *Quoniam quidem intelligere etc. Quia liber iste phisicorum cuius exponere intendimus.* Lib. VIII des. *et primo principio totius nature. Qui est super omnia deus benedictus in secula. amen* (ed. Parisiis 1660, 2, p. 1-343). **2** (f. 162). In Aristotelis libros I-III de anima. Lib. I inc. *Bonorum et honorabilium etc. Sicut docet philosophus in XI° de animalibus. In quolibet genere rerum.* Lib. III des.

per quam sonando significet suas affectiones alteri. Et hec dicta de anima ad presens sufficiant (ed. cit., 3, parte 2^a, p. 1-146).

Codex signatur in antiquo indice urbin. n. 150, idemque tenore atque ornamentis distinguitur quibus codex antecedens, In f. I^v circulus floribus, coloribus ac lineis ornatus, in cuius medio tituli operum, quae codex continet. In f. 2 marginibus flores, insignia ac tessera gentilicia Friderici Urbini ducis. In imis marginibus aliorum foliorum antiquae numerationis reliquiae. Ff. I, 1^r, 161, 239 vacua.
In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

214 (olim 211). Saec. XV, membran., mm. 358 × 258, ff. I. 242.

S. Thomae de Aquino in Aristotelis libros politicorum; eiusdem et **Roberti Kilwardbi** (?) archiepiscopi cantuariensis in libros peri hermeneias commentarii.

1 S. Thomae [1](f. 2) in Aristotelis politicorum libros I-VIII. Lib. I inc. *Sicut philosophus docet in secundo phisicorum ars imitatur naturam.* Lib. VIII des. *respectu perfectissimi obiecti ipsius qui est deus benedictus...* (ed. Parisiis 1660, 6), [2] (f. 204). In libros I-II peri hermeneias. Lib. I inc. *Sicut philosophus dicit in tertio de anima duplex est operatio intellectus.* Lib. II usque ad vv. *in quibuscumque ponantur exempla* (ed. cit., 1, p. 1-43); praeit epistola nuncupatoria Proposito lovaniensi. *Diligentie tue qua in iuuenili - me poteris ad maiora* (S. Thomae opp., Romae 1882, 1, p. 5).

2 (f. 233). Roberti Kilwardbi (?) archiep. cantuariensis (in ms. *Roberti de Vulgarbia ordinis eorumdem predicatorum*) in librum II continuatio expositionis. Inc. *Similiter autem se habet... In hac parte multiplicat oppositionem in uniuersalibus.* Des. *uel de diuersis substanciis uel de eodem in diuersis tempore.*

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 152 signatur, eodem tenore exaratus atque iisdem ornamentis distinctus, quibus codd. 212-213. In f. 1^v circulus ornatus corona laurea, floribus, fructibus, insignibus ac tessera gentilicia minore F⟨riderici⟩ Urbini D⟨ucis⟩, in medio circulo titulus operis. F. 2 margines tres ornati floribus, fructibus, avibus ac tessera gentilicia fridericiana. Ff. I, 1^r, 242 vacua.
In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

215 (olim 205). Saec. XV, mm. 361 × 256, ff. I. 307.

S. Thomae de Aquino opera quaedam et opuscula genuina et supposititia, **Pseudo-Augustini** sermones ad fratres in eremo; sermo de festo corporis Christi.

1 (f. 14). De natura syllogismorum. Inc. *Quoniam scire est causam rei cognoscere.* Des. *quod non sequitur necessarium* (D. Thomae opp., Venetiis 1593,

17, f. 13^r-14^r).. **2** (f. 4^r). De totius logicae Aristotelis summa (in ms. *loyga*). Inc. *Omnes homines naturaliter scire desiderant.* Des. *et sic patet de unitate scientiarum* (l. cit., f. 14^v-35^v). **3** (f. 54^r). De syllogismo sophistico. Inc. *Ad habendam noticiam eorum que Aristoteles tradit in libro elenchorum quatuor distinctiones assignabimus.* Des. ⟨decima⟩ *tertia speties est quando plura subiiciuntur uel predicantur in plurali numero... igitur in talibus non est danda unica responsio: et sic est finis.* **4** (f. 57). De fallaciis. Inc. *Quia logica est rationalis scientia.* Des. *secundum unum et multa et hec de fallaciis dicta suffitiant* (l. cit., f. 213-226). **5** (f. 66). De modalibus. Inc *Quia propositio modalis a modo dicitur.* Des. *non necesse est esse* (l. cit., f. 226-226^r). **5** (f. 67). De concordantiis s. Thomae. Inc. *Pertransibunt plurimi... In uisione prophetica que usque ad tempus statutum.* Des. *cum eius oppositum docuerimus in prima parte summe* (l. cit., f. 137-139^r; de auctore huius op. cf. Quétif-Echard, Scriptores ord. praed., 1, p. 364). **7** (f. 74). Posteriorum analyticorum expositio libri I-II. Lib. I inc. *Sicut dicit aristoteles in principio metaphisice.* Lib. II des. *sicut scilicet intellectus ad principium scientie. et in hoc terminatur expositio libri posteriorum aristotelis ad honorem Christi qui est...* (s. Thomae opp., Parisiis, 1660, 1, p. 87-231). **8** (f. 148). Expositio in librum de causis. Inc. *Sicut docet philosophus in X ethicorum.* Des. *qui est prima omnium causa*: deinde subscriptio: *Explicit... In quo quidem scripto exponit etiam propositiones proculi* (ed. cit., 4, p. 469-512). **9** (f. 176^r). Responsio ad XLII articulos a fr. Ioanne de Vercellis ei directos. Inc. *Reuerendo... Paternitatis uestre litteras.* Des. *officii professio nullatenus requirebat* (ed. cit., 20, p. 520-531). **10** (f. 181). Responsio ad lectorem (in ms. *fratrem Gerardum*) de sex articulis. Inc. *Clarissimo... Recepi litteras uestras quosdam articulos.* Des. *orationum suffragia impendatis* (ed. Venetiis 1593, 17, f. 83^v-84). **11** (f. 181). De natura verbi intellectus (in ms. *de uerbo siue de natura uerbi*). Inc. *Quoniam circa naturam uerbi intellectus sine quo ymago trinitatis.* Des. *facilius et citius acquiritur* (l. cit., f. 84^v-86). **12** (f. 183^r). De differentia divini verbi et humani (in ms. *de uerbo*). Inc. aliquantum diverse. *Videamus quid sit hoc quod dicitur uerbum. Ad cuius intellectum sciendum est quod dicitur uerbum.* Des. *et productio eius dicitur generatio etc.* deinde subscriptio: *Explicit... tamen non uidetur stilus eius* (l. cit., f. 84-84^r). **13** (f. 184^r). De natura materiei et dimensionibus interminatis. Inc. *Postquam de principiis sermo habitus est.* Des. *que in ea esse habent ut de primo phisicorum* (l. cit., f. 209^r-212^r). **14** (f. 192^r). Expositio in I et II decretalem Innocentii III (in m. *De articulis fidei et ecclesie sacramentis*). Inc. *Saluator noster discipulos ad predicandum mittens.* Des. *creatura in infinitum distat a deo* (ed. Parisiis 1660, 20,

p. 54-62). **15** (f. 199^v) De sacramento Eucharistiae ad modum decem praedicamentorum. Inc. *Memoriam fecit mirabilium... Esca ista de qua loquitur hic propheta.* Des. *ad dexteram dei patris. Ad quam nos perducat ipse christus qui est benedictus in secula. Amen* (ed. Venetiis 1593, f. 61-64) **16** (f. 206). De instantibus. Inc. *Quoniam omnem durationem concomitatur instans.* Des. *a quo omnia bona sunt, qui est deus benedictus in secula. Amen* (l. cit., f. 215-217^v). **17** (f. 210). De natura luminis. Inc. *Considerandum est de natura luminis.* Des. *et hoc sufficit ad uisus immutacionem* (l. cit., f. 36). **18** (f. 211^v). De quatuor oppositis. Inc. *Quoniam quatuor sunt oppositiones.* Des. *in tribus generibus ut ibidem patet* (l. cit., f. 217^v-220^v). **19** (f. 217^v) De pluralitate formarum. Inc. *Quoniam sanctum est honorare ueritatem.* Des. *lector* (!) *fastidium generetur* (l. cit., f. 11-13^v). **20** (f. 225). De natura loci. Inc. *Ad sciendum naturam loci considerare oportet.* Des. *per diuersas formales rationes. Amen* (l. cit., (f. 36-37). **21** (f. 227^v). De tempore. Inc. *Sicut uult philosophus 2° methaphisice.* Des. *de necessitate differunt ad inuicem* (l. cit., f. 9^v-11). **22** ((f. 232^v). De festo corporis christi, sermo. Inc. *Hodierne celebritatis, fratres karissimi, memoria letabunda nos admonet ut in laudibus... maneamus exultantes. Quid enim dulcius, quidue suauius mentibus electorum.* Des. *et panem in regno patris iugiter gustamus et prestante domino nostro Ihesu...* **23** (f. 234). De conceptione beatae Mariae v. Inc. *Augustinus super genesim ad litteram lib. X questione An anima transducatur sic ait. Quid incoinquinatius illo utero uirginis.* Des. *et in maliuolam animam non introibit sapientia dei. psalmus. sagitte paruulorum facte sunt plage eorum etc.* **24** (f. 236). ⟨Pseudo-Augustini sermones ad fratres in eremo II-XII⟩ (in ms. *s. Thome sermo de pace*), sed sermo XII usque ad verba: *tanto humilia te in omnibus et inuenies gratiam coram deo et hominibus etc.* (M. 40, 1237-1255, lin. 24 ab imo). **25** (f. 244). ⟨Compendium theologiae ad fratrem Reginaldum pars I⟩ (in ms. *de tribus uirtutibus theologicis*). Inc. *Eterni patris uerbum sua immensitate.* Des. *secundum hanc computationem duodecim articuli et hec dicta de fide sufficiant* (D. Thomae opp., Venetiis 1593, 17, f. 9^v-44^v).

Codicem in antiquo indice urbin. n. 153 signatum binis columnis librarius exaravit. Titulorum litterae in tribus prioribus operibus maiusculae, in reliquis minusculae rubrae, initiales maiores caeruleae ac rubrae alternae, initiales maximae aureae floribus ornatae sunt. In f. 1^v circulus auro, corona laurea, floribus, avibus ornatus, in medio titulus codicis. F. 2 ornatum est floribus, foliis, avibus, geniis ac tessera gentilicia Friderici Urbini ducis. Ff. I, 1^r, 147^v, 306^v, 307 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

216 (olim 207). Saec. XIV-XV, membran., mm. 310×245, ff. II. 201.

Aristotelis metaphysicorum libri iuxta veterem translationem cum commentario s. **Thomae de Aquino.**

1 (f. 1). Aristotelis metaphysicorum libri I-XII iuxta translationem graeco-latinam cum commentario s. Thomae de Aquino. Aristotelis lib. I inc. *Omnes homines naturam* (!) *scire desiderant. Signum autem est sensuum dilectio. Praeter enim et utilitatem propter se ipsos diliguntur.* Liber XII des. *Entia non uolunt disponi male, nec bonum pluralitas principatum omnis ergo princeps* (cf. Iourdain, *Les traductions d'Aristote,* Paris 1843, specimen 36, p. 433). S. Thomae comment. inc. *Sicut dicit philosophus in politicis suis.* Des. *et primum bonum quod supra dixit deum, qui est benedictus in secula seculorum. Amen* (D. Thomae opp., Parisiis 1660, 4, p. 1-468).

Codex, qui antiquo indice urbin. n. 216 signatur, binis scriptus est columnis. In priore litteris rotundis opus Aristotelis; in altera littera currenti s. Thomae commentarium. Tituli litteris rubris, litterae initiales maiores caeruleae et rubrae alternae, initiales maximae aureae tum humanis capitibus, tum foliis et coloribus ornatae sunt. In f. II[v] manu posteriore circulus floribus, fructibus, corona laurea circumornatus, in cuius medio titulus operis. In f. 1 eadem manu posteriore ornamenta ex floribus ac tessera gentilicia F⟨riderici⟩ C⟨omitis⟩. In duobus prioribus initialibus textus Aristotelis et s. Thomae commentarii manu italica Aristotelis et s. Thomae imagines, hic sinistra templi formam sustinet et dextra librum apertum, ille dextra librum monstrat, quem sinistra gestat. Ff. I, II[r], 200[v], 201 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

217 (olim 208). Saec. XV, membran., mm. 373×260, ff. I. 274 (— ff. 6. 7 scribae negligentia omissis).

S. Thomae de Aquino expositiones in Aristotelis metaphysicam, in libros de caelo et mundo, de sensu et sensato, de memoria et reminiscentia.

1 (f. 9). Expositio in Aristotelis metaphysicorum libros I-XII. Liber I inc. *Sicut docet philosophus in politicis suis.* Liber XII des. *et primum bonum quod supra dixit deum qui est benedictus in secula seculorum. Amen* (D. **Thomae** opp., Parisiis 1660, 4, p. 1-468). **2** (f. 173). In libros de caelo et mundo libri I-III ⟨sine additamentis Petri de Alvernia⟩. Inc. *Sicut dicit philosophus in primo physicorum.* Des. *dicens medium esse quot sunt elementa et propter quid sit* (ed. cit., 2, parte 2[a], p. 1-163). **3** (f. 244[r]). In librum de sensu et sensato. Inc. *Sicut philosophus dicit in tercio de anima.* Des. *et in somno fit aliqua cognitio futuorum* (!) (ed. cit., 1, parte 2[a], p. 1-54). **4** (f. 266). In librum de memoria et reminiscentia. Inc. *Sicut philosophus dicit in VII dc hystoriis animalium.* Des. *quomodo fiat et propter quam causam* (l. cit., p. 54-72).

Codicem, in antiquo indice urbin. n. 149 signatum, binis columnis exscripsit librarius. Tituli, primo excepto, minusculis rubris, initiales maiores caeruleae ac rubrae alternae lineis ornatae sunt. In ff. 1-5 index in codicis opera eiusdem librarii manu. In f. 8ᵛ circulus auro, coloribus, floribus et quatuor circulis minoribus ornatus, in quibus tituli operum. F. 9 ornatum est in tribus partibus floribus, avibus ac tessera gentilicia fridericiana minore, omnia negligenti manu picta. Ff. I, 5ᵛ, 8ʳ, 172ᵛ, 273ᵛ, 274 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

218 (olim 1026). Saec. XV in., chart., mm. 392×276, ff. II. 256.

Barzizza Gasparini bergomensis commentarii in Senecae epistolas; **Burley Gualterii** tractatus de potentiis animae; expositionis fragmenta in libri I sententiarum prologum.

1 Barzizza [1] (f. 2) *Gloriosum commentum super epistolas senece cordubensis... secundum militum magistrum Gasparinum de pergamo.* Commentarius in epist. I inc. *Hec est prima senece epistola ad lucillium ad cuius intelligentiam tria sunt principaliter premittenda.* Des. comment. in primam epist. *et effluit tempus et hec sufficiant de presenti insolubili.* Commentarius in ultimam (f. 230) inc. *Possum multa tibi... hec est feliciter 124 epistola senece et ultima ad lucillum cum qua coniunctis uelis optatos portus intramus.* Des. *sed ante omnes huius amplissimi et sanctissimi uiri senece fluxit. Deo gratias.* [2] (f. 233ᵛ). Commentarii in epistolas ⟨suppositicias⟩ Senecae ad s. Paulum et s. Pauli ad Senecam. Inc. epist. I *Credo tibi.* Comm. inc. *Ad cuius epistole introductionem uidi me non posse aufugere quin pauca proloquerer.* Des. comm. in epist. primam: *Et hec sunt que de predicto dubio quod nunc sencio.* Epistolae sunt ut in edd. XIV. Commentarius in ult. inc. *perpendenti. Iam finis adest instituti laboris* et des. *Satis me arbitrans consecutum si mediocribus ingeniis quidquam lucis attulero. Deo gratias. Amen;* praeit prologus qui inc. *Cum multa sint ab amico seneca diuinitus conscripta quibus immortalitatem quandam suo nomini comparauit* et des. *sed ut aliquando* (?) *in rem presentem ueniam capiam primam epistolam cuius initium est.*

2 (f. 246). *Compendiosus tractatus de potentiis anime compositus a Brulleo* ⟨lege Burley Gualterio⟩ *et asumpto ab libro Aristotelis de anima.* Inc. *Et dicit philosophus 2° de anima potentiarum anime quibusdam animatis insunt omnes.* Des. ult. caput: *De potentia motiua dicit auicenna sexto naturalium etc. motiua diuiditur in duo membra sicut appetitiua* (cf. O. Coxe, Catalog. codd. mss. coll. Magd., 2, p. 29, n. 4).

3 (f. 253). Expositionis fragmenta in prologum libri I sententiarum ⟨Petri Lombardi⟩. Inc. *Cupientes igitur aliquid etc. Circa istum prologum libri sententiarum,* abrumpitur: *ratione attributali non agnoscitur perfectissime ergo Deus.*

Codex, in antiquo indice urbin. p. CL n. 62 signatus, binis columnis littera currenti exaratus est. Tituli minusculis rubris, litterae initiales maiores caeruleae ac rubrae alternae lineis ornatae sunt. F. 1 membran., recentius introductum, habet in verso magnum circulum corona laurea, floribus, lineis aureis ornatum, in medio circulo titulus primi operis, quod codex continet. In f. 2 parte inferiore tessera gentilicia F⟨riderici⟩ Urbini D⟨ucis⟩. Ff. I-II, 253v-236 vacua.

In tegumenti dorso insignia Innocentii XII ac tessera gentilicia Fr. Laurentii Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

219. Saec. XV ex., membran., mm. 385×261, ff. II. 106.

Senecae epistolae morales cum scholiis; **Pseudo-Senecae** et **Pseudo-Pauli** epistolae; **Lombardi Sirichii** seu **a Seta** vel **a Serico** supplementum ad vitas virorum illustrium F. Petrarcae.

1 (f. 3). Senecae epistolarum moralium libri I-XX cum scholiis in prioribus IV libris. Primum scholium in epist. II dicit: *In hac epistola intendit seneca commendare lucilio qui firmauit se in uno loco causa studendi et monet eum ut deputet animum suum ad unam doctrinam et ex illa doctrina singulariter unam partem elligat. in fine adducit unum documentum auctoritatum ab epicuro scilicet quod paupertas leta est res honesta.* Ultimum scholium in epist. V lib. IV, *Amicum:* inc. *Intendit seneca per actum instruendi amicum lucillij quod ipse lucillius confirmet se ipsum circa ipsam doctrinam.* Des. *persuadeat amico suo spernere illos qui cum increpant de relicta dignitate mundi et quare dedit se philosophie.* Praeeunt [1] (f. 1) s. Hieronymi testimonium de Seneca, desumptum e libro de viris illustribus (in cod. *a catalogo sanctorum*) cap. XII (ed. Richardson, Lipsiae 1896, p. 15); [2] (ibid.) epitaphium Senecae (Senecae opp., ed. Haase, 3, p. 482); [3] (ibid.) epistolae I-XIV suppositiciae Senecae ad s. Paulum apost. et s. Pauli ad Senecam (l. cit., p. 476-481); [4] (f. 2v) capitula librorum. Cap. I inc. *de colligenda et sistenda fuga temporis et non esse pauperem cui etiam modicum sat est.* Ult. cap. lib. XX. *Quod bonum non sensu sed intellectu comprehenditur et quod bonum in nullo est nisi in quo ratio est.* Pergit deinde scholium de Seneca: *Mentis colonus et cultor mox licius anneus seneca et moralis philosophie emulator studiosissimus et beatissimo paulo apostolo mira familiaritate coniunctus. Ad amicum suum lucillum has morales fecit epistolas per libros distinguens mira exhortatione doctrinam moralem continentes.*

2 Lombardi Sirichii vel a Seta (in ms. *a Serico*) supplementum ad vitas virorum illustrium Francisci Petrarcae. [1] (f. 71) Titus Quintius Flaminius (ed. in *Vite di uomini illustri di Francesco Petrarca per Luigi Razzolini*, Bologna 1874, 1, p. 314-372); praeeunt [a] (f. 70) *prohemium eiusdem ad generosissimum patavi dominum inclite prestancie franciscum de carraria,*

inc. *Errare haud profecto uidetur qui dixerit facta hominum moribus animi,* des. *cetera tuorum factorum commemoranda prebe mentibus existimanda tacitus pretermitto;* [b](f. 71) *eiusdem alterum prooemium*, inc. *Mauis me opus aggredi et sine remige in altum protendi,* des. *in ipso itineris limine pater alme iam desertus relinquor.* [2] (f. 75^v) Lucius Cornelius Scipio ⟨asiaticus⟩ (l. cit., p. 372-422). [3] (f. 79) P. C. Scipio Nasica (l. cit., p. 660-680). [4] (f. 80) Aemilius Paulus macedonicus (l. cit., p. 636-658). [5] (f. 82) Q. C. Metellus macedonicus (l. cit., p. 780-792). [6] (f. 83) C. Scipio Aemilianus (l. cit., p. 710-736). [7] (f. 85) Caius Marius (l. cit., p. 736-778). [8] (f. 88) Magnus Pompeius (l. cit., p. 792-832). [9] (f. 90^v) Octavianus Caesar Augustus. Inc. *Diui Augusti cesaris octauiani maxime omnium serenissimi inuictissimique principis facta.* Des. *flebili plausu roma tibi eterne colenda promitto.* [10] (f. 97) Vespasianus. Inc. *Vero postquam ob Cestij negligentiam in siria legati cum iudeis male pugnatum fuisse comperit.* Des. *pace tranquilla ut uixerat excessit e uita inter diuos relatus.* [11] (f. 100) Titus Fl. Vespasianus. Inc. *Merito pio filio pij patris arma obtemperatura esse censebit si quis clementiarum utriusque et militiam.* Des. *fletu illacrimans laude cumulatas infinitas ei gratia⟨s⟩ egit.* [12] (f. 103^v). Vlpius Traianus. Inc. *Scio enim te Vrbis pataui inclite rector tuorum clarissimorum heroum gradatim.* Des. *existimatione equoque examine celestibus meritis traditur compensanda.* Infra nuncupatio: *hoc opus expletum quod inuidia carere queror* (!) *suscipe clementissime pataui ductor et uiue diu felix et uale gentibus decus insigne.* (De hoc supplemento vitarum cf. P. de Nolhac, *Le* De viris illustribus *de Petrarque* in *Notices et Extraits des mss. de la Biblioth. nat.*, Paris 1891, tom. 34, pars 1^a, p. 61-109).

Codex, in antiquo indice urbin. n. 238 signatus, binis columnis ac duabus manibus exscriptus est, prior ff. 1-66 littera currenti exaravit, altera ff. 70-105 litteris rotundis grandiusculis. Tituli minusculis rubris, initiales maiores caeruleae ac rubrae alternae, initiales maximae longe protractis lineis et coloribus ornatae sunt. In f. 1 parte inferiore tessera gentilicia C⟨omitis⟩ F⟨riderici⟩. Ff. I-II, 68-69, 106 vacua. In f. 105 manu saec. XV sententiae: *Vnus mihi pro populo est et populus pro uno. Qui nihil agere videntur maiora cupiunt.* In imo margine manu saec. XVII-XVIII: *ho riceruto dal Sig. Zaccagna N. 1023, 1024, 1025, 1026. Giov. Andreoli manu propria.*

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Lambruschini card. bibliothecarii.

220 (olim 213). Saec. XIV-XV, membran., mm. 363×245, ff. II. 417.

Aristotelis opera nonnulla cum commentariis **Averrois**; **Averrois** epistola de intellectu et intellecto.

1 (f. 2^v). Aristotelis de physico auditu libri I-VIII. Textus Aristotelis iuxta veterem translationem, non integer tamen, inc. vv. *Quoniam dispositio scientie*

et certitudinis. Des. *esse indiuisibilem et impartiabilem et nullam habere magnitudinem.* Commentarius Averrois inc. *Incepit hunc librum a causa propter quam fuit consideratio.* Libri VIII comment. des. *primum motorem non esse corpus neque uirtutem in corpore;* praeit (f. 2) prologus: *Intentio mea in hoc opere est glosare librum Aristotelis qui dicitur auditus naturalis secundum intentionem glosatorum - ad exponenda uerba huius libri iam debemus transire* (ed. Venetiis 1489, 1, f. 1^v-9^v).

2 Averrois [1] (f. 198) epistola de intellectu et intellecto. Inc. *Intellexit* (!) *quod queris tibi scribi sermonem breuem de intellectibus secundum summam pla*⟨tonis⟩ *et Ari*⟨stotelis⟩. Des. *in quas sapientes primi diuiserunt intellectum. Quantum uero ad intentionem tuam tamen sermonibus* (!) *de hoc suffitiat. Amen Amen. Explicit epist. commentatoris Averois de intellectu et intellecto.* [2] (ibid.). In Aristotelis libellum de morte et vita commentarium. Inc. *In hoc tractatu perscrutatur de causis longitudinis et breuitatis uite.* Des. *secundum nostrum posse et intellectum* (ed. cit, f. 3^v-4).

3 Aristotelis [1] (f. 200) de Anima cum commentario Averrois. Textus Aristot. iuxta translationem arabico-lat. (Jourdain specimen 20) non integer tamen inc. *Quoniam de rebus honorabilibus est scire aliquid de rebus que differunt ad inuicem.* Des. *auditus uero ut audiat rem, lingua uero ut significet rem alio modo.* Averrois comment. inc. *Intendit per subtilitatem confirmationem demonstrationis.* Des. *praecipue uisus et auditus et hoc est manifestum* (ed. cit., 1, f. M-R6). [2] (f. 272). Metaphysicorum libri II-XII cum commentario Averrois in eosdem libros (in ms. *Tractatus Metaphysice qui dicitur animorum*). Textus Arist. inc. *Consideratio quidem in ueritate difficilis est uno modo mutilus.* Des. liber XII Arist. imperfecte ad n. 55: *impossibile est enim non ponere contrarium boni et intellectus* (ed. cit, 2, f. 8^v-127^v). Commentarius Averrois inc. *Quia perscrutator ista scientia ueritatem simpliciter incepit notificare.* Lib. XII Averrois des. *sc. secundum quod est agens motus et finis* (ed. cit., 2, f. 8^v-128).

4 (f 414^v). Fragmenta commentarii Averrois in VIII librum de physico auditu Aristotelis. Inc. a n. 76. *Si igitur uoluit centrum mathematicum sic intelligenda est hec littera.* Des. ad n. 89 *reuertamur ergo ad uerba Aristotelis* (ed. cit., 1, f. 96^v lin. 5, q. 3, col. 1, lin. 14 ab imo).

Codex, in antiquo indice urbin. n. 265 signatus, binis columnis exscriptus est a Theodosio de Erfordia, uti habemus e subscriptione in f. 269: *Explicit liber de anima commentatus ab averroista qui est completus per manus theodorici theotonici de Erfordia*: et alia manu: *L linee.* Folia autem 414^v-416 supplevit *Antonellus de Auximo anno 1440, die 16 Iunii.* Tituli tum maiusculis, tum minusculis rubris exscripti aliquando desunt. Initiales maiores caeruleae rubrae alternae lineis, initiales maximae eleganter coloribus, auro et foliis ornatae sunt. In f. 1^v circulus corona laurea, floribus et quatuor circulis minoribus circumornatus, in quibus tituli operum ac tessera gentilicia F⟨riderici⟩ D⟨ucis⟩ Urbini.

F. 2 margines ornati sunt floribus, insignibus ac tessera gentilicia F<riderici> D<ucis> Urbini. In parte superiore manu italica (?) pictura in qua sub eleganti arcu Averrois uno pede stans Aristotelis librum monstrat: in prima initiali f. 272 Averrois iterum. Ff. I, II, 1^r, 199, 270, 271, 416^v, 417 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX atque A. Mai card. bibliothecarii.

221 (olim 414). Saec. XV, membran., mm. 367 × 243, ff. I. 257 (— f. 187^a scribae oscitatione omisso).

Averrois commentarii in varia Aristotelis opera; eiusdem in Porphyrium de quinque vocibus.

1 (f. 2). In Aristotelis libros I-IV de caelo et mundo. Inc. *Quia iste liber primus in quo loquitur de rebus sensibilibus naturalibus.* Des. *et sic completa est intentio nostra in hoc tractatu.* Aristotelis priora verba laudantur (ed. Venetiis 1489, 5, f. 2-125). **2** (f. 107^v). In metereologicorum librum IV. Inc. *Et debes scire quod non debemus dubitare.* Des. *in eo quod est ei proprium* (ed. cit., f. 213^v-223, textus Aristotelis est mancus). **3** (f. 114). In Porphyrii lib. de quinque vocibus. Inc. *Intentio in hac dictione est explicacio eius quod continet liber porphyrii in introductionem ad scientiam rationalem uel loyce.* Des. *ex hiis rebus iam expergefacti sumus super plurimum illorum et in quodam est consideratio et hic locus hiis rebus. Et deus est conueniens et rectificans* (ed. cit., 2, f. aa-aa 5^v). **4** (f. 116^v). In Aristotelis praedicamenta. Inc. *Intentio in hoc sermone est explanare sententias et contentas* (!) *in libris aristotelis in arte loyce et acquirere eas secundum posse et usum nostrum in reliquis libris.* Des. imperfecte ad differentiam tertiamdecimam tractatus secundi de propriis substantiae vv. *magis predicatione ipsius de singulis neque predicantur de ipso in uno tempore* (l. cit., f. aa 6^v-aa 8^v). **5** (f. 118). In analyticorum priorum libros I-II. Inc. *Dixit oportet ut incipiamus primo et enunciemus in re de qua est inquisitio in hoc libro et in utilitate proueniente.* Des. *signum proprium audacie. Et hic explicit expositio intentionum quas continet hic liber* (l. cit., f. ee 6-ii 10^v). **6** (f. 142). Pars capp. 27-29 lib. I commentarii priorum analyticorum. Inc. <Aristoteles exemplificat> *hec autem in hunc modum omne c ex necessitate.* Des. *Nunc ostendendum de hiis silogismis qui silogizant ex ypotesi ut puta sylogismi qui per impossibile probant* (l. cit., f. gg 2^v, lin. 5 ab imo - ad f. gg 3, cap. 29, lin. 12). **7** (f. 142^v). In analyticorum posteriorum libros I-II. Inc. *Dixit. Omnis doctrina et omnis disciplina.* Des. *et uis intellectus ad principia. Et hic explicit explanatio etc.* (l. cit., f. kk-mm 4). **8** (f. 157). In librum de substantia orbis. Inc. *In hoc tractatu intendimus perscrutari de rebus.* Des. *et scias quod est et ualde bona. Et sic finitur tractatus etc.* (ed. cit., f. 14^v ad finem; desunt duo capita addita in

edd. posterioribus). **9** (f. 160v). In librum de somno et vigilia. Inc. diverse ab edd. *Sompnus igitur et uigilia describuntur multis modis dicitur enim quod sompnus est sensus in potentia.* Des. ut in edd. *quia anima miratur a sompniis ueris excitatur quasi timida ab illo sompno uero et admiranda* ⟨leg. admirata⟩ *de illa spiritualitate subtili de quidditate sompniorum uerorum et falsorum et causis accidentium suorum. dictum est. Et cetera.* **10** (f. 163). In librum de longitudine et brevitate vitae. Inc. *In hoc tractatu perscrutatur de causa longitudinis.* Des. *secundum nostrum posse et intellectum* (ed. Venetiis 1550, 6, f. 256-256v). **11** (f. 163v). ⟨Auctarium in opusculum antecedens in quo demonstratur nos non morituros nisi morte accidentali⟩. Inc. *Continue alterantur sic resoluuntur et equidem naturaliter, ergo naturalis appetitus equidem appetit communia ad realterandum alteratum.* Des. *anguille ut dicitur in fine primi libri de anima uiuunt tamen non sunt plante nec animalia cum organum non habent.* **12** (f. 164). In librum de sensu et sensato. Inc. *Virtutes quidem sensibiles quaedam sunt necesse inesse animalium et quaedam.* Des. *de fortitudine et debilitate rememorationis, loquendum est de eo in secundo tractatu huius libri* (ed. cit., 6, f. 191v-193v). **13** (f. 166). In librum de memoria et reminiscentia. Inc. *Iste tractatus incipit perscrutari de memoria et inquisitione per rememorationem.* Des. *in aspectu earum quare difficile amittunt eas* (l. cit., f. 195v-196; in fine adduntur quaedam verba transcripta ex initio commentarii in opusculum de somno et vigilia: *Et cum iam diximus de hac uirtute dicendum est de somno,* abrumpitur statim: *alteram istarum duarum uirtutum habeat alteram. Et cetera*). **14** (f. 167). In libros I-II de generatione et corruptione. Inc. *Intentio nostra in hoc libro est quod oportet determinare tres universales omnium generatorum.* Des. *Manifestum est quod differt primum a precedentibus* (ed. cit., 5, f. 155-176). **15** (f. 178). Aristotelis poetica cum expositione Averrois. Inc. *Intentio nostra est in hac edictione determinare quod in libro poetice Aristotelis de canonibus uniuersalibus.* Des. imperfecte ad definitionem aenigmatis vv. *aenigma quippe est oratio que comprehendit... aut difficilis ad unum aliquem certum intellectum* (ed. cit., 2, f. 89-93, linea 49, sed in cod. alia est traslatio ab edita, num Georgii Trapezuntii?). Subtexitur: *Et istud frequenter inuenitur apud poetas arabum et precipue in poematibus duromati.* Abrumpitur post quatuor lineas: *Cum uero uoluerit aliquid affirmare ad amirandum aut delectandum inducet nomina alterius scilicet peorti.* (!) *Ideoque deride;* praeit (ibid.) prologus interpretis qui inc. *Postquam cum non modico labore consumaueram translationem rethorice.* Des. *Suscipiant igitur si placet et huius edictionis poetice translationem uiri studiosi et gaudeant secum adeptos logici negotii Aristotelis complementum.* **16** (f. 188). Averrois in moralium Nicomachiorum libros I-X. Lib. primus inc. *Quoniam*

omnis ars et omnis scientia et omnis actio. Lib. X des. *apud urbem toletanam in cappella s. trinitatis unde sit nomen dei benedictum qui est trinus et unus per omnia etc.* (ed. Venetiis 1489, 2, f. aaa 2-iii 4). **17** (f. 241). In librum praedicamentorum. Inc. *Intentio nostra in hoc sermone est explanare sententias contentas in libris aristotelis in arte loyce.* Des. *et sunt secundum istam compilationem sufficientes* (l. cit., f. aa 6ᵛ-bb 5ᵛ). **18** (f. 250). In perihermeneias libros I-II. Lib. I inc. *Dixit et oportet ut dicamus primo quid est nomen et quid est uerbum.* Lib. II des. *expoliet subiectum unum eorum hic completur expositio intentionum quas continet iste liber. Explicit commentum averrois etc.*

Codex, in antiquo indice urbin. n. 266 signatus, binis columnis et tribus manibus exscriptus est. Prima aliquanto antiquior exaravit ff. 244 ad finem, secunda ff. 1-184, tertia supplevit ff. 188-241. Tituli vel desunt vel adiecti aliquanto posterius litteris maiusculis rubris. Initiales maiores alias caeruleae alias rubrae lineis, initiales maximae tum foliis tum imaginibus ornatae sunt. In f. 1ᵛ circulus magnus auro, flosculis, corona laurea ornatus, quem circumstant XIX circuli minores, in quibus tituli operum. F. 2 ornatum floribus ac tessera gentilicia F⟨riderici⟩ D⟨ucis⟩ Urbini. In prima initiali philosophi imago manu italica. Ff. I, 1ʳ, 185, 186, 207ᵛ, 242ᵛ, 243, 257 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

222 (olim 301). An. 1481 (cf. f. 303ᵛ), membran., mm. 368×251, ff. IV. 304, (+ ff. 223ᵃ ᵇ ᶜ librarii oscitatione omissis).

Eustratii metropolitae nicaeni expositio Ethicorum Aristotelis; **Petri de Corveheda** expositio et auctoritates notabiles eorundem librorum.

1 (f. 1). Eustratii metropolitae nicaeni commentarium in librum ethicorum Aristotelis e graeco in latinum traductum. Lib. I inc. *Omnis ars et omnis doctrina etc. Consuete aristotiles uniuersale preordinat et in presenti doctrina.* Liber X des. *quod autem illius in semper animabus bonum amantibus et deiformissimis;* praeit praefatio quae inc. *Philosophia in duas partes diuisam dico autem in theoreticam et practicam.* Des. *et in his sicut et in aliis uniuersis inuocantes adiutorem.* (De hoc commentario conferantur Frabricius-Harles, Biblioth. gr., 3, p. 264).

2 Petri de Corveheda [1] (f. 224) *sententia declarata super librum ethicorum Aristotelis,* libri I-X. Inc. lib. I: *Moralis scientia tres habet partes principales scilicet monastica in qua determinatur de regimine unius.* Des. lib. X: *dicamus igitur incipientes de istis determinare scilicet in libro primo politicorum in quo sicut dictum est predicta per ordinem perscrutantur;* praeit prologus auctoris ad Bernardum de Albia episcopum ruthenensem ⟨Rhodez 1336-1350⟩. Inc. *Cum bonum alicuius amici sibi soli non sit proprium immo bonum amici.* Des. *in meta seu ter-*

mino segregato quolibet medio fidelis quilibet ualet contemplari. [2] (f. 294v). *Auctoritates notabiles libri ethicorum Aristotelis.* Inc. *In primo libro sunt nouem capitula...* prima sententia primi libri: *omnia bonum appetunt,* ultima sententia libri X. *Ille qui sine habitu legali iudicat dato quod recte iudicet a casu recte iudicat;* praeit praefatiuncula Petri de Corveheda collectoris: *Quia secundum philosophi sententiam in libro de memoria et reminiscentia - compilando uolui per ordinem coadunare libros et capitula ut certius potui persequendo.*

Codex, in antiquo indice urbin. n. 261 signatus, binis columnis exscriptus est. Tituli minusculis rubris, initiales maiores caeruleae ac rubrae alternae, initiales maximae aureae floribus ornatae sunt. In f. III indiculus in codicem manu librarii. In f. IVv circulus floribus et coloribus ornatus, in cuius medio compendiarius titulus operum. F. 1 ornatum est floribus, insignibus et quinque tesseris gentiliciis F⟨riderici⟩ Urbini D⟨ucis⟩. In f. 223b index in commentarium magistri de Corveheda librarii manu. Ff. I-IVr, 223v, 223a-223c et 304 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX atque A. Mai card. bibliothecarii.

223 (olim 302). Saec. XV, membran., mm. 336×243, ff. III. 234.

Aristotelis magnorum moralium libri I-II, ethicorum ad Eudemium libri I-VIII et ethicorum ad Nicomachum libri I-IX Iannotio Manetti interprete.

1 (f. 5). Magnorum moralium... nova Iannotii Manetti traductio ad Fridericum Urbini comitem... libri I-II. Lib. I inc. *Quoniam de moribus tractare constituimus prius considerandum duximus cuius facultatis partes mores essent.* Lib. II. des. *Itaque considerandum utique erit quemadmodum in amicitia, que inter pares est, amico uti oporteat;* praeit (f. 1) Angeli Manetti prooemium ad Fridericum de Monteferetro in cunctos morales Aristotelis libros per Iannozium... genitorem e graeco in latinum traductos. Inc. *Quamquam multa sunt in uita mortalium, inclite Federice, quibus summa claritudo.* Des. *atque in uirtutum tuarum memoriam sempiternam.* **2** (f. 47). Ethicorum ad Eudemium cyprium libri I-VIII ad clarissimum principem Fridericum Urbini comitem eodem interprete. Lib. I inc. *Quidam in delo oraculi sententiam enuntians super uestibulum templi apollinei diuisim ita conscripsit non omnia eidem inesse.* Lib. VIII des. *Que igitur sit probitatis integritatisque diffinitio qualisque consideratio sit que simpliciter bona sunt hactenus dicta sufficiant.* **3** (f. 129). Ethicorum ad Nicomachum filium libri I-X eodem interprete ad clarissimum principem Fridericum Urbini comitem. Lib I inc. *Omnis ars omnisque doctrina similiter autem et actus et electio bonum quoddam appetere uidentur. Quocirca bene enuntiauerunt ipsum bonum quod omnia appetunt.* Lib. X des. *et quemadmodum unaqueque res prius instituta et quibus legibus et moribus usa fuerit. finis.*

Codex, in antiquo indice urbin. n. 206 signatus, titulos habet maiusculis rubris, litteras initiales maximas aureas tum floribus, tum intextis lineis ornatas. F. III^v manu italica totum ornatum foliis laureis, coloribus, quinque tesseris gentiliciis Friderici Comitis; in medio folio basis caeruleo colore picta, in qua titulus codicis litteris aureis. F. 1 ornatissimum est cum intextis lineis, phantasticis bestiis ac tessera gentilicia C⟨omitis⟩ F⟨riderici⟩ in margine inferiore; in margine superiore in circulo regio quaedam, fortasse mons feretranus. Ff. I-III^r, 46^v, 127^v, 128, 233, 234 vacua. Recensuit hunc codicem Pagnotti, *La vita di Nicolò V*, in *Archivio della soc. rom. di st. patria*, 1891, p. 435).

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX atque A. Mai card. bibliothecarii.

224. Saec. XV, membran., mm. 352×239, ff. I. 271.

Poggii Ioan. Franc. **Bracciolini** opera nonnulla; **Guarini** Veronensis epistolae duae.

1 Poggii ⟨Bracciolini⟩ [1] (f. 1) de varietate fortunae libri I-IV ad Nicolaum V. Lib. I. inc. *Multa quondam pace ac bello preclara.* Lib. IV des. *tradenda aliis censui communis causa utilitatis* (ed. D. Georgius, Lutetiae Parisiorum 1723, p. 1-152). [2] (f. 54^v). In avaritiam. Inc. *Cum cenaret antonius luscus.* Des. *ita omnes consurrexerunt;* praeit epist. nuncupatoria ad Franciscum Barbarum: *Quoniam plures mortalium mi francisce non uiuunt - et errata etiam defendenda.* (Poggii opp., ed. Basileae 1538, p. 1-31). [3] (f. 75). De vera nobilitate. Inc. *Nam cum olim ex urbe.* Des. *ob fertilitatem piscium laudauit;* praeit dedicatio ad card. Cumanum. *Non dubito prestantissime pater nonnullos - summa familiaritate coniunctos* (l. cit., p. 64). [4] (f. 89). De infelicitate principum. Inc. *Cum ex mea consuetudine.* Des. *et diei estus remissior discessimus;* praeit dedicatio ad doctissimum Thomam de Serezano: *Rem minime probatam - uel prouocatione tribueretur.* (l. cit. p. 390-419). [5] (f. 108^v). An seni sit uxor ducenda. Inc. *Cum uiri doctissimi mihique summa amicitia coniuncti;* praeit prooemium ad Cosmum de Medicis, quod inc. *Disputatiunculam dudum inter doctissimos uiros* et des. *in obliuionem laberentur. Vale florentie XV kal. aprelis* (iterum edit. Florentiae 1823). [6] (f. 115^v). Contra hypocritas. Inc. *Vir nostre doctissimus etatis.* Des. *his dictis recessimus;* praeit dedicatio ad Franciscum Aretinum. *Cum multis ac uariis animi morbis - pernities fuerit, aduerte* (ed. Lugduni ex typ. Anissonia 1629). [7] (f. 131). De miseria conditionis humanae libri I-II. Lib. I inc. *Septuagesimum secundum etatis annum agens inter uarios scriptores qui res.* Lib. II des. *aliquando molestia non carent;* praeit prooemium ad principem Pandulfum Malatestam: *Inter uarios scriptores qui res diuersas - tutissimum esse uiri sapientes uolunt* (Poggii opp., ed. Basileae 1538, p. 88-131). [8] (f. 162^v). Disputationes convivales tres (in ms. *Dialogus trium disputationum*). Prima inc. *Quo primum anno Nicolaus pontifex.* Tertia des. *ad fluuium diuertimus aëris animique gratia;* praeit

dedicatio ad Prosperum card. de Columna: *Superiorem Catonem scriptum reliquisse legimus - quam reddere doctorem* (l. cit., p. 32-63). [9] (f. 184v). De praestantia Scipionis et Caesaris ad Scipionem ⟨Mainenti⟩. Inc. *Poggius plurimam salutem dicit Scipioni ferrariensi v. c. Rem sane arduam et imparem.* Des. *quod uelit. Vale III id. aprilis florentie* (l. cit., p. 357-365).

2 Guarini Veronensis [1] (f. 190r) de praestantia Scipionis et Caesaris epistolium ad Leonellum Estensem. Inc. *Nuntius ecce nouus affertur.* Des. *pro tua seueritate sententiam feres.* [2] (f. 191). Epistola seu responsio ad Poggium de eodem argumento. Inc. *Guarinus ueronensis v. c. Poggio apostolico secretario pl. sal. dicit. Remeante proximis diebus illustri principe nostro qui uisendi et salutandi pontificis.* Des. *et uiri scriptoris nomen et preconium consequaris.*

3 (f. 208). Poggii ⟨Bracciolini⟩ responsio ad Guarini opusculum eidem Leonello estensi missa. Inc. *Poggius pl. sal. dicit equiti insigni Leonello Estensi. Existimo magnum pondus habere apud te quemadmodum equum est Guarini beneuolentiam.* Des. *Vale et mei memor. Florentie VIII kal. novembris* (in epistolario Poggii ed. a De Tonellis (?)). [2] (f. 209r). De praestantia Caesaris et Scipionis ad Fr. Barbarum (in ms. *ad Lionellum Estensem*) defensiuncula. Inc. *Nuper cum exercendi ingenii causa.* Des. *uale et parce longitudini mee* (Poggii opp., l. cit., p. 365-390); praeit (f. 208) *Prohemium ad Fr. Barbarum: - Licet sciam permultas esse occupationes tuas Vale et mei ut soles memor. Florentie* (l. cit., p. 356-357). [3] (f. 228). Oratio habita Constantiae in funere Francisci de Zabarellis patavini cardinalis florentini. Inc. *Etsi plurimo luctu doloreque impedior., P. C., quem ex optimi.* Des. *Deinde ut eius memoriam uestris animis defixam perpetuo conseruetis finis* (l. cit., p. 252-261). [4] (f. 235). Oratio in funere Nicolai Nicoli. Inc. *Si ciues praestantissimi latine muse.* Des. *et celebratione mortui conseruabo* (l. cit., p. 270-277). [5] (f. 241). Ad Karolum Aretinum Laurentii Medici laudatio. Inc. *Si serius mi doctissime carole.* Des. *uitamque beatam proficisci uideretur* (l. cit., p. 278-286). [6] (f. 246r). In funere cardinalis sanctae Crucis. Inc. *In maximo dolore, praestantissimi patres, et acerrimo luctu.* Des. *et actionibus consequamur* (l. cit., p. 261-269). [7] (f. 253). In laudes Leonardi Aretini. Inc. *Hodiernus, florentini, dies.* Des. *appetere consequantur* (edd. Balutius-Mansi, Miscell., 4, p. 8-11). [8] (f. 259v). Oratio in laudem cardinalis s. Angeli. Inc *Si quis unquam in funere cuiusque preclari uiri iustus honor.* Des. *Tandem pro eterna celestique republica pugnans* ⟨viam?⟩ *sibi ad eternam gloriam et immortalem laudem patefecit. finis.* [9] (f. 266). Ad summum Pont. Nicolaum V oratio. Inc. *Scio consuetudinis esse, beatissime pater, omnium ferme.* Des. *et opera sunt amplius expetenda.* (ed. cit., p. 287-292).

Codex, in antiquo indice urbin. n. 477 signatus, titulos habet maiusculis caeruleis ac rubris alternis. Litterae initiales maximae aureae tum floribus, tum intextis lineis, tum coloribus ac lineis ornatae sunt. In f. 1ᵛ index codicis litteris maiusculis ex auro et variis coloribus. F. 2 ornatissimum intextis lineis, floribus, bestiis, geniis atque in margine inferiore tessera gentilicia F⟨riderici⟩ C⟨omitis⟩. In margine superiore in circulo b. Virgo Maria alis praedita sedet in sinistra puerum Iesum ac in dextera gerens insigne Friderici urbinatis: in duobus aliis circulis duo angeli. In marginibus dextro ac sinistro bini circuli, in quibus quatuor virtutes. In prima initiali Poggii effigies; omnia manu italica. Ff. I, 1ʳ, 270ᵛ, 271 vacua.

In tegumenti dorso tessera gentilicia Pii IX atque A. Mai card. bibliothecarii.

225. Saec. XV, membran., mm. 350×228, ff. I. 134 (+ 23ᵃ, 131ᵃ scribae neglegentia omissis).

Ioviani Pontani de principe, de obediêntia, dialogi Charon fragmenta.

1 (f. 2). De Principe. Inc. *Qui imperare cupiunt.* Des. *quos futuros arbitror non inutiles;* praeit auctoris epist. nuncupatoria ad Alfonsum I Calabriae ducem: *Publius Cornelius Scipio, dux Alfonse - sacrosanctis pontificibus in hoc uinceretur* (Pontani opp., Basileae 1538, 1, p. 163-179). **2** (f. 27). De obedientia libri I-V. Liber I inc. *Omnis uetus nouaque philosophia.* Liber V des. *aliis memoranda post nos relinquimus;* praeit auctoris prooemium ad Robertum Sanseverinum principem salernitanum: *Hortante te immo et iubente, princeps Roberte - Antonello optime spei filio praebe legendos* (l. cit., p. 1-92). **3** (f. 132ᵛ). Charon, dialogi fragmenta. Inc. *Qui magistratum, Aeace, gerunt,* usque ad vv. *nudus, plorabundus, claudus senili gressu...* (ed. cit., 2, p. 89-90, lin. 8 ab imo).

Codex, in antiquo indice urbin. n. 170 signatus, eleganti manu scriptus atque elegantissimis ornamentis manu ferrariensi distinctus est. Tituli et priora verba singulorum capitum maiusculis tum aureis tum caeruleis. Initiales maximae aureae tum intextis lineis tum coloribus, avibus, geniis ornatae sunt. In f. 1ᵛ frons templi auro et colore plumbeo picta, in cuius parte superiore dux, fortasse Calabriae, mundum sinistra et dextra sceptrum gerens: in media atque in ima fronte templi tesserae gentiliciae Aragonensium et titulus operis sequentis. In paginis 2, 25, 133 ornamenta quadripartita ex floribus, geniis, insignibus ac tesseris gentiliciis Aragonensium regum. In f. 27 littera prima initiali manu italica Pontani imago ad tabulam litterariam. In f. 24 basi ex ornamentis aureis et colore plumbeo inscriptio operis sequentis. In f. 132ᵛ pictura ex lineis aureis et colore plumbeo, in qua Charon in navicula Mercurium et multas animas transvehit: in ripa duo umbrae fortasse Aeacus et Minos inter se colloquuntur. In marginibus praecipuae sententiae signantur manu, ut videtur, Friderici Veterani. In f. 14ᵛ notavit fidelissimus a bibliotheca: *Nota quod hoc more usus est Fridericus dux Urbini; id est fiduciam praestabat loquentibus.* Ff. I, 1ʳ, 23ᵛ, 23ᵃ, 24ʳ, 131ᵃ, 132ʳ vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

226 (olim 273). Saec. XV, membran., mm. 328 × 232, ff. 218.

Mercurii Trismegisti, Hieroclis, Alcinoi, Plutarchi opuscula variis interpretibus; **Aesopi** fabulae Ranutio interprete.

1 (f. 2^v). Mercurii Trismegisti liber de potestate et sapientia dei Marsilio Ficino interprete. Inc. *Cum de rerum natura cogitarem.* Des. *quibus omnia comprehenduntur.* (ed. Basileae 1576, 2, p. 1837-1857, sine tamen commentariis qui sunt in hac editione); praeit (f. 1) argumentum Marsilii Ficini in librum Mercurii Trismegisti ad Cosmum Medicem: *Eo tempore quo Moses - et diu patria uiuat* (l. cit., p. 1836).

2 (f. 35^v). Hieroclis stoici... in aureos versus Pythagorae opusculum Ioanne Aurispa interprete. Inc. *Sapientiae studium est quod in purgatione et perfectione humanae uitae uersatur.* Des. *et quamuis tarde eam tamen acquiramus* (ed. Romae 1493, die 19 decembris); praeit (f. 34^v) interpretis epist. dedicatoria ad Nicolaum V, quae inc. *Mirabar saepe et quidnam causae fuisset quae* et des. *et utilitatem non verba* (l. cit.).

3 (f. 90^v). Alcinoi... epitome de disciplina Platonis ⟨Petro Balbo pisano, episc. tropiense, interprete⟩. Inc. *Quae sint propriissima Platonis documenta: quaeve doctrina perbreuiter hic ordine.* Des. *et perquirentes cetera Platonis precepta consequi possunt;* praeit epist. nuncupatoria interpretis ad ⟨Nicolaum Cusensem cardinalem⟩. Inc. *Cum te intelligam sapientissime atque optime patrum tum Aristotelis acutissimi.* Des. *ad eiusmodi cetera me deinceps quam maxime alicies atque incitabis* (Romae cum opp. Apulei, in domo Petri de Maximo 1469).

4 Plutarchi [1] (f. 119^v) problemata Ioanne Petri lucensi interprete et a Calphurnio brixiensi emendata. Inc. *Quid est quod noua nupta.* Des. *qui postea a genere hamaxocylistae nominati sunt;* praeit Calphurnii epist. nuncupatoria ad Marcum Aurelium venetum, quae inc. *Petieram a te Marce per litteras* et des. *in lucem prodire non dubitabit. Vale musarum decus* (ed. Venetiis 1488 per Antonium de Strata). [2] (f. 162). Parallela graeca et romana (in ms. *Collationes de excellentibus uiris*) Guarino veronensi interprete. Incipiunt haec parallela minora: *Complurimi sunt qui uetustissimas historias.* Ultima parallela desinunt: *ut Aristocles tertio rem* (!) *italicarum scriptum reliquit;* praeit (ibid.) epist. nuncupatoria interpretis ad ⟨Iacobum Lavagnolo⟩, inc. *Quum te Polianum, suauissime, a me vero Polizelanus ager,* des. *Plutarchum uel me in Plutarcho potius audi* (ed. Briziae per Iacobum Britannicum 1498).

5 Aesopi vitae duae et fabulae I-C., Ranutio (in ms. *Raynutio*) ⟨aretino⟩ interprete. [1] (f. 178). Vita I inc. *Qui per omnem uitam uitae studiosissi-*

mus fuit is fortuna seruus. Des. *dignis suppliciis ulti sunt eos qui mortis Esopi auctores fuerunt* (saepe edita; cf. ed. Mediolani per Bonacursium pisanum circa annum 1480, parte II; Fabricius-Harles Biblioth. graec., 1, p. 637, nota ff.). ² (f. 198). Alia vita brevior, instar argumenti. Inc. *Esopus fabulator clarissimus natione quidem frigius.* Des. *qui in latino sermone seruari non potest hinc summit* (!) *initium* (l. cit.). ³ (f. 198ᵛ). Fabulae. Prima de aquila et vulpe inc. *Aquila et uulpes conflata inter se amicitia,* des. *dei supplicium non tamen effugiunt.* Ultima de viro et uxoribus inc. *Tempus erat ueris quo quidam in delitiis educatus,* des. *quam maxime iunioribus nisi penitus obruisse uelint* (l. cit.); praeeunt ᵃ (f. 173) epist. nuncupatoria Ranucii magnifico domino Laurentio Lavina, inc. *Ad duo potissimum nititur genus humanum,* des. *studiosius ac ardentius te hortor;* ᵇ (ibid.) epist. nuncupatoria dom. Antonio card. s. Crysogoni, inc. *Quo tempore sanctissimus dominus noster Nicolaus pontifex Quintus,* des. *sed ut familiarem carum habebit* (l. cit.); ᶜ (f. 174) ad eundem card. prooemium, inc. *Nouas nimirum merces Reuerendissime pater sed haud ignaua,* des. *loco argumenti pauca suggessi* (l. cit.); ᵈ (f. 174) argumentum inc. *Vitam Esopi fabulatoris,* des. *suasque auras nimirum delectat delectabit,* (l. cit.); subsequitur fabulas ᵉ (f. 217ᵛ) totius operis anacephaleosis, inc. *Abes* (!) *uitam pariter et fabulas Esopi fabulatoris eximii,* des. *Et iam tempus equum fumantia tollere* (l. cit., cf. Argelati, Biblioth. scrip. mediolan. 1, parte 1ª, p. DXLIV).

Codex, in antiquo indice urbin. n. 230 signatus, titulos habet maiusculis rubris, initiales maximas aureas intextis lineis et coloribus ornatas. F. 1 ornatum est intextis lineis, coloribus, avibus ac tessera gentilicia cum litteris **FE**⟨dericus⟩ **DUX**. Ff. 218, 219 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX atque A. Maii card. bibliothecarii.

227 (olim 554). Saec. XV, membran., mm. 327×212, ff. II. 206.

Isocratis, Plutarchi, Philonis iudaei, **Aristotelis** et **Alexandri M., Xenophontis** varia variis interpretibus; **Bartholomaei Facii** de vitae felicitate et de hominis excellentia; **Marci Maroldi** oratio de Epiphania; **Petri Candidi Decembrii** vita Francisci IV Sfortia per epitomen scripta.

1 (f. 5). Isocratis oratio de regno ad Nicoclem, Hieronymo ⟨forliviensi?; cf. Zeno, *Dissertazioni vossiane,* Venezia 1753, 2, p. 212 sq.⟩ interprete. Inc. *Qui uobis regibus, o Nicocles, preciosam uestem dono ferre consueuerunt siue ex aere auroue opus aliquod fabrefactum.* Des. *ea nullo tempore conteras aut imminuas si in dies auctiora et preciosiora efficias. Vale;* praeit epist. nuncupatoria interpretis ad invictissimum et doctissimum Federicum Vrbini ducem. Inc. *Ora-*

tionem Isocratis de regno si verbum verbo reddere libet. Des. *Valebis igitur in Christo Iesu et ueniam dabis si quid te forte in his nostris offenderit.*

2 (f. 14). Plutarchi libellus ad principem indoctum sive de doctrina principum, anonymo interprete. Inc. *Platonem·Cyrinei precibus sollicitarunt ut leges ab se scriptas illis relinqueret.* Des. *Lucullus uero quod laute splendide quod canebat maledicta audiuit;* praeit interpretis epist. nuncupatoria ad Fridericum Urbini ducem, quae inc. *Libellum hunc Plutarci ad ducem quendam indoctum ad te mitto princeps doctissime* et des. *ac si quando tempus et occasio se offert huic nostro excellentissimo principi qui satis me diligit et cariorem et commendatiorem facito. Ex Mediolano XXVIII Decembris MCCCCLXIX.*

3 (f. 19v). Philonis iudaei de migratione Abrahami, Lilio Tifernate interprete. Inc. *Et dixit dominus Abree: aegredere de terra tua etc. Volens deus hominis animam purgare.* Des. *eorum enim quae fiunt contra uoluntatem nullum patientis in ueritate malum sicut ex sententia iniuriam facientis patratum nullum est opus;* praeit epist. nuncupatoria interpretis ad principem Federicum Urbini ducem, quae inc. *Philonem hunc tradunt, dignissime principum, temporibus imperatoris Claudii,* et des. *prudentes imitatus medicos qui egris impatientioribus mitiores adhibent medelas* (cf. Mangey, Philonis opp., 1742, 1, p. 436).

4 Aristotelis et Alexandri epistolae, Lilio Tifernate interprete. [1] (f. 55v). ⟨Philippus⟩ Olympiadi, inc. *Accipio commoditatis gratam mihi prouidentiam tuam,* des. *Deinceps uero commodis prouide,* [2] (f. 56) ⟨Aristoteles⟩ Alexandro, inc. *Scripsisti mihi de sermonibus in auditorio habitis,* des. *Intelligibiles enim sunt solis auditoribus nostris Bene uale,* [3] (ibid.) Alexandro, inc. *Misisti mi te saepe legasse ad nos multos comprobaturos,* des. *ex commentariis sibi scriptis bene uale,* [4] (f. 58r) Alexander Aristoteli, inc. *Non recte fecisti auditorios sermones,* des. *quam copiis excellere maluerim;* praeit (f. 55) interpretis epist. nuncupatoria ad Fridericum urbinatium principem, inc. *Principum gloriosissime: quas Alexandri atque Aristotelis epistolas facere latinas mandauit mihi dignitas tua,* des. *per Lacedemonios impleta docente xenophonte deprehenderemus.*

5 (f. 58v). ⟨Xenophontis de republica Lacedaemoniorum, Lilio Tifernate interprete, cf. praefationem f. 55⟩. Inc. *Sed ego quandoque reputans quemadmodum sparta ciuitas.* Des. *sed etiam semideos honore dignos Lacedemoniorum reges duxerunt.*

6 Philonis [1] (f. 74) de gigantibus, Lilio Tifernate interprete. Inc. *Et factum est quando ceperunt homines multiplicari etc. Dignum arbitror indagatione quare post noe.* Des. *Tot in presentiarum de gigantibus atque ad sufficientiam diximus. Deinde ad sequentia sermo dirigatur* (cf. Philonis opp., l. cit., p. 262); praeit (f. 72r) interpretis prologus ad invictissimum principem Fridericum

urbinatem: *Magnis operibus, gloriosissime princeps, manus* (!) *ingressurum hominem simulatque opifex creauit - quorum corpora per historias mira fuisse magnitudine relata sunt.* [2] (f. 85^{v}). De agricultura, eodem interprete. Inc. *Et coepit noe homo agricola esse etc. Hominum sane complurimi nescientes rerum naturam.* Des. *Ducta uero de plantarum ipsius rusticatione rursus dicemus* (cf. op. cit., p. 300); clauditur subscr. *Philonis de agricultura etc. translati Martii quarto decimo MCCCCLXXIIII;* praeit (f. 24) interpretis prologus ad Fridericum urbinatium ducem: *Agricolendi studium Princeps gloriosissime uelut ad excolendam terram sic ad hominis animum excolendum, - qua doctrina tibi honos omnis accesserit. Nunc autem Philonem audiamus.*

7 Facii Bartholomaei [1] (f. 113^{v}) dialogus (in ms. *tractatus*) de vitae felicitate. Inc. *Cum Antonius Panormitha clarus et singularis poeta iureque consultus.* Des. *Tum facto dicendi fine reliquum diei tempus deambulationi datum est;* praeit (f. 112) epist. nuncupatoria auctoris ad regem Alphonsum: *Humane uite condicionem sepius reputanti mihi, rex sapientissime, illud maxime mirandum, - neque amplissimum laboris mei fructum maximumque a te munus consequutum existimabo* (ed. Antwerpiae 1556). [2] (f. 149). Epist. ad Robertum Strozza ⟨apologetica operis antecedentis⟩. Inc. *Animaduerti uir ornatissime ex litteris tuis perbreuibus id quod per hosce dies.* Des. *Quorum alterius gratiam per te inire alterius augere si modo possim uehementer cupio. Vale* (ed. Mehus in opere Barth. Facii de viris illustribus, Florentiae 1745, p. XXXIV-XXXVI).

8 (f. 169^{v}). Maroldi Marci ord. praed. ⟨postea archiep. Rhegii Calabriae⟩ aurea oratio de epiphania ⟨ante pontificis, fortasse Sixti IV, et cardinalium conspectum habita⟩. Inc. *Maximum infidelium condemnationi perhibet testimonium et nostrae unicae fidei quae contra omnes prenunciabatur errores.* Des. *paradisi aulam ingressi gaudio magno ualde in deitatis amore laetemur Amen* (ed. Romae, cf. Hain, Repertorium bibliograph. n. 10779).

9 (f. 181). ⟨Decembrii⟩ Petri Candidi vita Francisci Sfortiae IV mediolanensium ducis per epitomen scripta (in ms. *actorum militarium uictoriosissimi principis francisci sfortie epitoma*) (Muratori, Script. Rer. ital., 20, p. 1023-1046); praeeunt [1] (f. 179^{v}) prologus, seu argumentum: *Quae in uita Francisci sfortie uictoriosissimi ducis militaribus auspiciis a principio aetatis suae - ex quo ab illustribus principibus eius affinitas appetita est et pax italiae prebita;* [2] (f. 180) capitula, eadem quae apud Muratori singulatim praemittuntur.

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 260 signatur, titulos habet maiusculis rubris, initiales maximas aureas aliquando coloribus aliquando intextis lineis ornatas. In f. 1^{v} quadratum floribus ornatum, in quo circulus cum compendiariis titulis operum. Quadrato circumstant quatuor circuli minores, in quibus insignia Friderici ducis. F. 2 ornatissimum floribus, avibus, bestiis ac tessera gentilicia cum litteris F⟨idericus⟩ **DUX**.

In f. 205v subscriptio librarii, posterius fortasse addita: *Federicus Veteranus urbinas illustrissimo Duci Federico... memorie hominum in dies recentiori celebriorique, omnium subditorum pientissimo amatissimoque transcripsit fideliter*. Ff. I, II, 1r, 206 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VIII ac Fr. Laurentii Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

228 (olim 277). Saec. XV ex., membran., mm. 323×210, ff. II. 165.

Platonis de legibus Georgio Trapezuntio interprete.

1 (f. 2). Platonis de Legibus libri I-XII Georgio Trapezuntio interprete. Inc. lib. I: *Deo ne an hominum alicui lationis legum causa*. Des. lib. XII: *Clinia*: *Optime o Megille nec ipse aliter faciam sed tu quoque opitulare. Megillus*: *Opitulabor*. **2** (f. 154v). De legibus liber XIII, qui *philosophus inscribitur uel* ἐπινομις *graece: id latine legum apex dici potest*. Inc. *Iam ut cupiebamus recte tandem omnes tres amice deuenimus. Ego et tu et Megillus hic de prudentia questuri*. Des. *nouimus et probauimus quam rectissime adhortari*.

Codex, in antiquo indice urbin. n. 222 signatus, Urbini transcriptus fuisse mihi videtur. Inscriptiones maiusculis rubris, prima excepta quae maiusculis tum aureis tum caeruleis, initiales maximae aureae floribus ornatae sunt. F. 1v habet circulum corona laurea efformatum, in cuius medio schedula quadrata depicta est, in qua titulus codicis. In f. 2 ornamentum tripartitum ex floribus, in parte inferiore tessera gentilicia fridericiana minor. Ff. I, II, 1r, 164v, 165 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX atque A. Mai card. bibliothecarii.

229 (olim 1153). Saec. XV, membran., mm. 324×211, ff. III. 185.

Alberti Leonis Baptistae *della famiglia* libri I-IV (omnia ut in ed. A. Bonucci, *Opere volgari di Leon Battista Alberti*, Firenze 1844, 2). In cod. tamen libri sunt ordine turbato: (f. 7v) lib. I, praeit (f. 1) prologus; (f. 45v) lib. II (l. cit., p. 1-216); (f. 86) lib. IV (l. cit., p. 375-481); (f. 129) lib. III, praemisso prooemio (l. cit., p. 217-374).

Codex littera currenti scriptus cum inscriptionibus et litteris initialibus ut in codice antecedenti. F. 1 habet ornamentum ex floribus et lapidibus pretiosis depictum et in parte inferiore circulum ad excipiendam emptoris tesseram gentiliciam. In f. IIIv solitus circulus in quo titulus operis. In f. IIv frustulum pergamenae in quo, manu saec. XV, fortasse F. Veterani, verba: *Leonis Baptistae de Albertis de familia liber, olim D. Octaviani Ubaldini recuperatus a fratribus s. Bernardini extra muros* 〈sc. Urbini〉. Meminit huius codicis G. Mancini, *Vita di Leon Battista Alberti*, Firenze 1882, p. 269. Ff. I, II, 1r, 83v-85, 183v-185 vacua.

In tegumenti dorso insignia Innocentii XII ac tessera gentilicia Fr. Laur. Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

230. Saec. XV in., membran., mm. 298×211, ff. 205.

Aegidii de Columna de regimine principum; s. **Thomae de Aquino** physiognomia; catalogus v i t i o r u m et f i l i o r u m ipsorum secundum s. G r e g o r i u m in moralibus.

1 (f. 2). <A e g i d i i d e C o l u m n a ordinis s. Augustini> de regimine principum libri I-III. Lib. I inc. *Oportet ut altitudo sermonis in unaquaque re sit secundum exigentiam illius rei et non magis neque minus.* Lib. III des. *nam si intendat comune bonum et pacem ciuium merebuntur pacem illam aeternam in qua est summa requies quam deus ipse promisit fidelibus qui est benedictus in secula...;* praeeunt [1] (f. 1) epistola nuncupatoria auctoris Philippo regi francorum (in ms. *filio Philippi*): *Ex regia ac sanctissima prosapia oriundo domino - ut uestra nobilitas requisiuit;* [2] (f. 1^{v}) capita in opus (ed. Romae per Stephanum Plank 1482).
2 (f. 200^{v}). *Liber phisonomie s. Thome de Aquino* (?). Inc. *Diuerse membrorum species secundum artem phisonomie diuersos affectus ac mores indicant.* Des. *physonomi confirmant oculum esse uerum cordis nuncium.*

3. (f. 201^{v}) *Catalogus uitiorum et filiorum ipsorum secundum Gregorium in moralibus.* Hoc ordine: Superbia, invidia, ira, *accidia*, avaritia, gula, luxuria rerum. Inc. *Vanagloria est placendi desiderio mota.* Des. *Turpitudo Ephesios 9. Turpitudo.*

Codex in antiquo indice urbin. n. 248 signatus binis columnis exscriptus est. Tituli minusculis rubris, initiales maiores caeruleae ac rubrae alternae lineis, initiales maximae aureae coloribus ac frondibus ornatae sunt. F. 2 ornatum est posterius floribus ac tessera gentilicia F<riderici> D<ucis> Urbini. In ff. 203-204 librarii manu tabula seu index in libros de regimine principum, ordine alphabeti: *Altitudo sermonis - zelus.* In f. 205^{v} kalendarii fragmenta stylo plumbeo exscripta. Ff. 202^{v}-205^{r} vacua.
In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

231. Ann. 1610 (cf. f. 346), membran., mm. 306×210, ff. II. 346.

Albergati Fabii *della republica regia* libri I-VIII. Lib. 1 inc. *La intentiòn mia è di trattare della Republica Regia.* Lib. VIII des. *nella forma che le medesime leggi statuiscono. Fabius Albergatus faciebat* (ed. Bologna per Vittorio Benacci 1627).

Hic codex, littera currenti scriptus in margine f. 346 habet notulam manu alterius: *27 Aprile 1610.* Ff. I-IV, 344-346 vacua.
Tegumentum ex pergamena alba codicis aequali.

232 (olim 1024). Saec. XV, membran., mm. 312×223, ff. II. 85.

L. Annaei Senecae verba et sententiae ex eius operibus collectae.

Fol. 2. *Index quo quivis facile inuenire poterit graves sententias que sunt disperse per omnia opera Senecae cordubensis philosophi latini et continentissimae*

vitae viri. Inc. *Aberare. Respice epistolam 37. b., 104. b et librum I de clementia litt. C.* Des. *Ytalia R. 90, a;* (f. 81^{r}) ⟨appendix aliarum vocum⟩ inc. *Conbibere R. 123. F. Concauum R. manus 56. a.,* des. *oratio 114. animus 122. b.*

Codex binis columnis littera currenti manu Friderici Veterani scriptus esse mihi videtur. Initiales minores tum caeruleae tum rubrae, prima initialis aurea coloribus ornata. In f. 1^{v} solitus circulus lineis, aureis flosculis et coloribus ornatus, in cuius medio titulus operis; infra circulum tessera gentilicia cum litteris **FE**⟨dericus⟩ **DUX**. Ff. I, II, 1^{r}, 84, 85 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Innocentii XII ac tessera gentilicia Fr. Laur. Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

233 (olim 1051). Saec. XIII, membran., mm. 334×238, ff. III. 296.

⟨**Bartholomaei** de **Glanville** seu **Anglici** ordinis minorum de rerum proprietatibus⟩ libri I-XIX (in ms. *XX* quia XIX in duos dividitur). Lib. I inc. *De proprietatibus itaque et naturis rerum tam spiritualium quam corporalium elucidare aliqua cupientes.* Lib. XIX des. *perducatur ipsorum solertia ad perfectum imperium honorem et gloriam qui est alpha et o principium et finis omnium bonorum qui est deus sublimis et gloriosus uiuens et regnans...* praeit prooemium: *Cum proprietates rerum sequantur substantias - poterit legentium industria experiri* (ed. Coloniae per Ioannem Koelhoff 1481).

F. 293^{v}. Auctores, de quorum scriptis sunt haec tracta, sunt isti: *agustinus, adamantius - zoroastes magus. Istorum et multorum... ut patere potest diligentius intuenti* (ed. cit., f. X-XI).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 268 signatur, binis columnis exscriptus est. Tituli desunt, litterae initiales maiores caeruleae ac rubrae alternae. In f. III^{v} parvus index manu posteriore: *In hoc volumine continentur XX libri sive tractatus. Primus igitur liber agit de deo - Vicesimus tractatus est de proprietatibus et differentiis numerorum mensurarum ponderum et sonorum.* In prima initiali C parva pictura, manu non italica, in qua doctor e sedia curuli adloquitur. In f. 294^{v} manu saec. XIV: *Bartholomeus de naturali istoria.* Ff. I, III^{r}, 294^{r}, 295, 295 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX atque A. Mai card. bibliothecarii.

234 (olim 474). Saec. XV, membran., mm. 345×235, ff. II. 376.

Haly ben Abbas liber totius medicinae Stephano antiocheno interprete; **Stephani** antiocheni index medicaminum.

1. Haly ben Abbas liber totius medicinae (in ms. *ars medicinae quae dicitur regalis dispositio*) pars prima libri I-X, Stephano ⟨antiocheno⟩ interprete. Inc. lib. I: *Omnibus qui incipiuntur in rebus et habitudinibus equissimum ac dignum laudare domini altissimum nomen.* Des. lib. X: *hec sunt que de portendentibus uolebamus ostendere signis et est prime partis nostri libri ultimum* (!) *finis. Et deo*

cum laude gracia. Amen; praeit (f. 1) Stephani philosophiae discipuli prologus: *Usque ad canos discendam esse sapientiam praeceptum salomonicum est - sed discendi cupidis et qui de aliorum industria suas non erubescunt munire rationes* (ed. Lugduni 1543, typ. Iac. Myt). [2] (f. 163). Pars secunda, libri I-X. Inc. *Quoniam ostendimus in precedentibus scilicet prima* (!) *libri huius res quarum indiget medicus.* Des. *et mane uespereque exagium cum su*⟨rupo⟩ *melleo dabis;* deinde clausula interpretis: *Finit sermo decimus secunde partis libri completi deo gratias rerum principio et fini a quo principia per quem uectus* (!) *et omnium est scientiarum finis;* praeit (f. 162ᵛ) interpretis *prologus: Prima huius operis et non minima parte absoluta que est scilicet rerum naturalium et non naturalium scientia - inter greca et arabica nomina inseramus latina nunc ad propositum reuertamus* (l. cit.).

2 (f. 371). Stephani antiocheni medicaminum index. Inc. *Aurotano abrotanum - Aquisimum sihum.* Des. *Ypsalion berzercathima. Oquimordes baderugum;* praeit eiusdem Stephani prologus: *Ad umbilicum per dei gratiam nostre translationis deducto labore quod reliquum... medicaminum omnium breuiarium subdimus quod collatis et arabice et grece scriptis - iam ergo huic* (!) *propositum incipiamus;* in fine indicis clausula interpretis: *He sunt que in siria ad presens nostra inuenit manus de medicaminum interpretatione grece et arabice hoc interim huic subdidimus operi quo sit studiosis ad labores emolumentum aliquis finis. Et nos dei gratia totum quod de regali polliciti fueramus explicuimus* (l. cit.).

F. 375ᵛ. Nonnullae medicinarum praeceptiones. Prima: *diaysopum ad milas... mel quod sufficit.* Altera: *Elin catholicon uniuersale... est habilis ad solvendum.*

Codex, in antiquo indice urbinate n. 303 distinctus, binis columnis exscriptus est. Tituli maiusculis tum caeruleis tum rubris, initiales maiores caeruleae ac rubrae alternae longis lineis, initiales maximae coloribus atque imaginariis bestiis ornatae sunt. In f. 1 tessera gentilicia Friderici Urbini ducis posterius picta nunc coloribus pallescentibus. In prima initiali Rex Salomon (?) manu italica pictus in throno sedens adloquitur discipulum Stephanum (?). In marginibus additamenta et lemmata manu librarii et posteriorum. In f. tegumento posteriori adglutinato possessorum nomina: *Ugolini manentis et fuit olim magistri generalis; magistro yohanne de Spello MCCCLXX die XXI februarii;* infra: *iste liber est Antonii a ....* Ff. Iʳ, II, 374ᵛ, 375ʳ, 376 vacua.

In tegumenti dorso insignia Innocentii XI ac tessera gentilicia Fr. Laurentii Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

235 (olim 441). Saec. XIV in., membran., mm. 363×240, ff. II. 158.

Galeni opera aliquot variis interpretibus; **s. Thomae de Aquino** de mixtione elementorum.

1. ⟨Galeni [1] (f. 1) de ingenio sanitatis libri I-XIIII interprete Constantino⟩ (in ms. *De accidenti et morbo lib. V*). Lib. I inc. *Librum de sanitatis ingenio*

a te et a multis karissime uero rogatus componere uolui. Des. imperfecte lib. XIV cap. XII vv. *uelut in sinu aliquo. Alterum uero sine flegmone precedente....* (Galeni opp., Venetiis apud L. Ant. Iunta 1528, 2, f. 101-155, lin. 3). [2] (f. 83). De accidenti et morbo libri I-IV. Inc. *In inicio huius libri diffiniri oportet morbum.* Des. *accidentia semper alia sequuntur. Que uero non* (l. cit., f. 2-17). [3] (f. 103^{r}). De interioribus libri I-VI. Inc. *Medicorum non solum moderni uerum etiam antiqui.* Des. *que in suo loco dicemus:* desunt pauca verba in fine (l. cit., p. 58^{v}-74). [4] (f. 143). De elementis libri I-II. Inc. *Quoniam cum sit elementum minor pars eius cuius est elementum.* Des. *sequitur in natura sua illum humorem qui attrahitur uiolenter* (ed. cit., 1, f. 25^{v}-31).

2 (f. 149). S. Thomae de Aquino de mixtione elementorum opusculum. Inc. *Dubium apud multos esse solet.* Des. *saluatur enim uirtus eorum* (opp., Venetiis 1693, 17, p. 212-213).

3. Galeni [1] (f. 149^{v}) de voce et anhelitu. Inc. *Dixit Galenus si neruis qui sunt inter costas.* Des. *alii dicunt quod* ⟨est medius⟩ *inter uoluntatem et naturam* (ed. cit., 1, f. 81-82). [2] (f. 151). De differentiis febrium libri I-II ⟨Burgundione pisano interprete; cf. Catal. codd. oxon., cod. Ball. 231, n. 17⟩. Inc. *Differentie febrium que quidem maxime proprie sunt et principalissime secundum substantiam earum sunt.* Des. *donec generantes causam humores consumantur uel digerantur uel utrumque* (?) *paciantur. te deum laudamus te dominum confitemur* (cf. ed. cit., 4, f.65^{v}-72^{v}.)

Codex in antiquo indice urbin. n. 301 signatus binis columnis et quatuor manibus exscriptus est; prima manus exaravit ff. 1-39, secunda ff. 41-82, tertia ff. 88-142, quarta ff. 143-158. Tituli minusculis rubris sed aliquando desunt. Initiales maiores tum rubrae tum caeruleae lineis ornatae sunt. In f. II^{v} circulus auro ac floribus ornatus, quem circumdant quinque circuli minores in quibus tituli operum. In f. 1 ornamentum tripartitum ex lineis, globulis aureis, floribus, ac tessera gentilicia F⟨riderici⟩ D⟨ucis⟩ Urbini, titulus maiusculis aureis et caeruleis, littera autem initialis aurea lineis et coloribus ornata; sed ornamenta ff. II^{v} et 1 sunt manus posterioris. In ff. 82^{v} et 83 memoriae possessoris magistri *Barnabe de Regio.* Ff. I, II^{r}, 39^{v}, 40, 150^{v} vacua, in f. 158^{v} parvus index operum rudissime exaratus.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI ac Fr. X. de Zelada card. bibliothecarii.

236 (olim 442). Saec. XIV, membran., mm. 365×257, ff. I. 119.

Galeni varia; **Constantini** de passionibus oculorum; **Avicennae** chirurgia et de venenis; **Rogerii** et ex Passionario ac Breviario chirurgiae.

1. Galeni [1] (f. 1) de ingenio sanitatis (in ms. *cirugia de libro de ingenio sanitatis*) libri III-VI. Lib. III inc. *Sicut operandi significationes.* Lib. VI des. *quia substantia eius siccissima est* (opp. Galeni apud L. Ant. Iunta, Venetiis 1528, 2,

f. 108v-124). [2] (f. 25). De ingenio sanitatis libri XIII-XIV iuxta versionem diversam ab edita in laudata editione. Inc. lib. XIII: *Ostendi, karissime frater Oceane (?), uiam curandi utrasque species morborum quorum altera ab antiquis complexio dicitur mala.* Des. lib. XIV: *que in libro simplicium medicinarum scripta sunt. deo gratias* (cf. ed. cit., f. 149-158). [3] (f. 31r). *Galeni* (?) ⟨de flebotomia⟩. Inc. *Flebotomia est uene recta incisio et sanguinis moderata effusio.* Des. *alienum perhibet longioris uite sanitatem ministrat* (cf. Schum, *Verzeichnis der amplonianischen handschr.* Berlin 1887, p. 184, n. 7).

2 (f. 33v). ⟨Avicennae canonis cum glossis libri IV fen III-V⟩ (in ms. *Cirurgia Auicenne*). Inc. tractatus primus fen III: *Iam locuti fuimus in libro primo de apostematibus.* Des. cap. 19 fen V de fractura digiti pedis vv. *calcando eos cum eo* (Avicennae opp., Venetiis 1595, 2, p. 107-198). Scholia variis manibus saec. XV in marginibus et inter lineas. I sch. dicit: *Videtur quod auicenna male dixerit cum prius dixerit quod nunc loquemur de eis sermonem particularem et postea posuit ipsum sermonem universalem cum dixit Dico quod omne apostema...* deinde respondet obiectioni et des. *sic habes solutionem.* Ultimum sch. ad cap. 143 de fractura costarum inc. *Nota quod quemdam curauit M. qui patiebatur fracturam duarum costarum,* des. *et subtilietur* (?) *regimen aliquot diebus et hoc in principio.*

3 (f. 71). Constantini ⟨africani, monachi cassinensis⟩ liber de oculis. Inc. *Volentes oculorum infirmitates curare, sanorum tamen naturam decet cognoscere.* Des. *et omnibus poluerizatis ad solem cum uino sufficienti agitata. Expl. liber... qui est ualde utilis. deo gratias. Amen* (cf. Catal. codd. mss. oxon., tom. II, cod. 173 coll. s. Mariae Magd., f. 163 b., sed alia videtur in cod. urb. recensio).

4 (f. 81). Rogerii parmensis chirurgiae compendium (in cod. *Cirugia Rogerine*). Inc. *Quandoque sanguis discurrit ad aliquam aliam partem corporis et facit apostema.* Des. *in una decotione intingatur sucida lana et calida testiculis supponatur* (cf. Tiraboschi, *Storia d. Letter. ital.*, Milano 1833, 2, p. 99).

5 (f. 85). *Cirugia Breviariarii.* Inc. *Quoniam longitudini in hoc opere peccare* (!) *destinauimus ne pro nimia breuitate generemur obscuri aut medicorum uitium incurramus.* Des. *cass⟨iae⟩ ligneae amo⟨m⟩ia ā 3,* II. *cinnamomi 3, 1. Explicit Cirurgia Abreuiari philosophi in medicina deo gratias amen;* praeit capp. index. (Auctor est fortasse Io. Platearius; cf. Bandini, Biblioth. Laurent. 3, col. 60).

6 (f. 91). *Cirugia Passionarii. Galenus de flemone* ⟨sc. exscerpta ex Galeni seu Garimonti passionario, cf. Kühn, Medicorum gr. opp., 1, p. CCLIV⟩. Inc. *Incipiamus de flegmone dicere i. de feruore et ignito tumore.* Des. *cibi uero leues et subtiles dentur* (ed. Lugduni 1526).

7 (f. 97). ⟨Avicennae lib. IV canonis, de venenis, a fen VI ad finem libri⟩. Inc. *Qui timet quod in potu sumat uenenum.* Des. *et in fine eius emplastra*

basiliconis. In fine clausula seu scholium de Avicennae invocatione Dei initio suorum librorum, inc. *primo avicenna,* des. *misericordie super omnes;* praeit capitum index hic illic imperfectus (ed. cit.).

Codex in antiquo indice urbin. n. 302 signatus, binis columnis et varia manu exaratus est. Tituli minusculis rubris, initiales maiores tum caeruleae tum rubrae, initiales maximae aliquando coloribus, aliquando imaginariis bestiis ornatae sunt. In f. 1 prima initiali, manu italica, imago medici, fortasse Galeni librum gestantis. Ff. I, 24^v, 80^v vacua. In f. 119 duo parvi indices manibus saec. XV.

In tegumenti dorso insignia Innocentii XI ac tessera gentilicia Fr. Laur. Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

237 (olim 452). Saec. XIV, membran., mm. 378×257, ff. I. 353.

Rhasis Mahumet ben Zachariae libri I-XI priores operis cui titulus Elhâwi, quod ex arabico in latinum transtulit Faragius seu Faragut. Inc. *In primo libro membrorum dolentium est inuentum, quod medicus debet esse sagax.* Des. *prohibendo quod non recipiat superfluitatem*; praeit interpretis prooemium et descriptio capp. omnium XXV librorum. Inc. prooe. *Exclusis prorsus omnium uanis et uariis philosophorum erroribus.* Des. *uirginitatis gratiam non amisit.* Argumenta librorum: *Liber primus de morbis cerebri - vigesimus quintus de regimine sanitatis.* Argumenta capitum: *Primum capitulum de apoplexia - de tinctura manum* (!); deinde clausula traductoris: *Laus sit glorioso sublimi... et inchoauit a morbis et hiis qui generantur in ipso* (Brixiae 1486 per Iacobum Britannicum).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 311 signatur, binis columnis ac variis manibus exscriptus est. Tituli minusculis rubris, litterae initiales maiores tum caeruleae tum rubrae, initiales maximae lineis longe protractis ornatae sunt. In f. 1^v circulus magnus auro ac floribus ornatus, in cuius medio titulus operis. In f. 2 ornamentum ex floribus, insignibus ac tessera gentilicia F<riderici> D<ucis> Urbini. In f. 296: *Frater Franciscus de Padua scripsit*, sc. folia 269-296; in f. 352: *Frater Thomeus de Padua ordinis minorum scripsit*, sc. folia 325-352. Ff. I, 1^r, 252^v, 253 vacua.

In tegumenti dorso insignia Innocentii XI ac tessera gentilicia Fr. Laur. Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

238 (olim 454). Saec. XV in., membran., mm. 400×255, ff. II. 214.

Ioannis Serapionis filii practica seu breviarium, synonyma et de simplicibus.

1. Ioannis filii Serapionis [1] (f. 1) <breviarium seu practica dicta breviarium>, tractatus I-VII, translati de arabico in latinum a Gerardo Cremonensi. Inc. tractatus I: *Incipiamus cum auxilio dei et bonitate inspirationis eius librum abbreviatum.* Des. tract. VII. cap. XXXVII: *et aministretur in omni quod dicitur mugith;* deinde clausula: *Completum est postremum aggregati ex libro medicine editione Iohannis filii Serapionis. Et hunc librum transtulit magister*

Gerardus Cremonensis in toleto de arabico in latinum. Deo gratias (ed. Venetiis 1503, f. 1-86ᵛ). ² (f. 142). Synonyma ⟨seu expositio vocabulorum arabicorum⟩. Inc. *Alhasef idest punctura rubra que fuerit uelut punctura pulicis.* Des. *Zufferand radix mandragore* (l. cit., f. 86ᵛ-90). Subsequitur (f. 141ᵛ) catalogus medicinarum. Inc. *6 Amurca.* | *18 Abscyntium.* | *28 Auena.* Des. *346 Zinziber.* | *393 Zimar.* Pergunt additamenta ad voces per *con* et *s* incipientes: *442 Conchilus. 372 Condisi. 121 Sorba etc. - 318 Saturegia* (amplior quam qui in ed. cit. f. 91). ³ (f. 144). ⟨Aggregatus in simplicibus medicinis⟩ (in ms. *de simplicibus*) libri I-IV ⟨translatio Simonis Ianuensis, interprete autem Ábraam iudaeo Tortuosiensi, de arabico in latinum⟩. Lib. I inc. *Postquam uidi librum Dyoscoridis et librum Galeni in medicinis simplicibus aggregatos.* Lib. IV des. *et desiccat calefatione et desiccatione forti* (l. cit., f. 92-168).

Codex in antiquo indice urbin. n. 307 signatus binis columnis et varia manu exscriptus est. Tituli minusculis rubris, initiales maiores caeruleae ac rubrae alternae lineis, initiales maximae tum humanis imaginibus, quae quodammodo illustrant argumenta librorum, tum coloribus ac foliis ornatae sunt. In f. IIᵛ solitus circulus auro ac floribus ornatus, in medio circulo titulus codicis. In f. 1 bina templi forma a non optimo italico pictore confecta, in parte superiore medicus fortasse Ioannes, filius Sepapionis, in inferiore Gerardus (?) cremonensis librum ante pectus gerens. In marginibus huius paginae flores ac tessera gentilicia F⟨riderici⟩ Urbini D⟨ucis⟩ posterius addita. Ff. I, IIʳ, 213ᵛ, 214 vacua.

In tegumenti dorso insigne Alexandri VIII ac tessera gentilicia Fr. Laur. Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

239 (olim 453). Saec. XIV, membran., mm. 393×265, ff. II. 433.

Rhasis Mahumet ben Zachariae libri XIV-XXV operis cui titulus Elhâwi, quod ex arabico in latinum transtulit Faragius seu Faragut. Inc. lib. XIV: *Dixit squiros est apparatus* (!) *inflatum et durum absque dolore.* Liber XXV des. *et cum eius illiuitione tinctio erit aurea;* deinde clausula: *Explicit translatio... facta de mandato excellentissimi regis Karoli... per manus magistri feragii Iudei fili magistri Dalem de aggregendo... die lune XIII februarii VIIᵃᵉ indictionis apud Neapolim. Deo gratias* (ed. Brixiae 1486 per Iacobum Britannicum).

F. 416. *Expositiones simplicium medicinarum elhavy secundum capitula litterarum arabicarum super que idem Elhavy construxit easdem.* Inc. *Alif. Camomilla maior.* Des. voce *Zambat... et de eo fit oleum et dicitur oleum Zambazinum.*

F. 431. ⟨Alter medicinalium index⟩. Inc. *31 Abilimilion. 65 Abur.* Des. *340 Zufara. 369 Zuccarum.*

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 311 signatur, binis columnis exaratus est. Tituli minusculis rubris, initiales maximae caeruleae ac rubrae alternae lineis ornatae sunt. In f. IIᵛ circulus floribus manu saec. XV ornatus in cuius medio titulus operis;

in summo margine altera manus titulum codicis emendavit. F. 1 ornatum est floribus, insignibus ac tessera gentilicia F⟨riderici⟩ D⟨ucis⟩ Urbini. Ff. I, II, 433 vacua.

Tegumenti tabulae, coopertae saec. XV corio violacei coloris, fibularum vestigia exhibent.

240 (olim 447). Saec. XIV, membran., mm. 397×250, ff. I. 464. (+ ff. 139ª, 139,ᵇ 276ª scribae negligentia omissis).

Avicennae canonis libri I, II, IV, Gerardo Cremonensi interprete ex arabico in latinum. Inc. lib. I (f. 6): *Dico quod medicina est scientia que humani corporis dispositiones.* **Des. lib. IV.** *et in fine emplastrum basilicon;* **praeunt [1] (f. 2) prologus:** *In primis deo gratias agamus sicut sui ordinis celsitudo - quemque sic diuidam;* **[2] (ibid.) capita libri I (ed. Venetiis 1490, impensis Octaviani Scoti).**

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 297 signatur, binis columnis exscriptus est. Tituli minusculis rubris, initiales maiores caeruleae ac rubrae vicissim lineis, initiales maximae auro ac splendidis coloribus ornatae, interdum elegantissimae; sed manus rudis depinxit in multis litteris maximis humanas figuras infirmorum et medicorum ad argumenta capitum quodammodo demonstranda. In f. 1ᵛ circulus maximus eleganter saec. XV corona laurea, floribus ac lineis ornatus, in cuius medio titulus operis. In f. 2 margine sinistro duplex pictura duobus ordinibus, in superiore Avicenna librum tradens puero arabo, in inferiore Gerardus librum excipiens a puero arabo; in margine inferiore saeculo XV tessera gentilicia Friderici Urbini ducis, atque in imo margine subscriptio fortasse antiqui possessoris: *Magister iohannes de flor... X indict. 1397, 27 augusti.* In margine inferiore f. 6 insigne gentilicium Friderici urbinatis. In marginibus codicis glossulae atque additamenta manibus posterioribus. Ff. I, 1ʳ, 464 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

241 (olim 448). Saec. XIV, membran., mm. 393×255, ff. I. 424.

Avicennae canonis libri III-V ⟨Gerardo Cremonensi interprete⟩. Lib. III inc. *Inquit Galienus in tertio* ⟨intentio⟩ *in creando caput non est cerebrum.* **Lib. V des.** *Oboli VIII sunt kerates XXIV.* **Singulis libris praeeunt capita (impensis Octaviani Scoti, Venetiis 1490, f. t - O6ᵛ et dd - gg).**

F. 423. ⟨Colliriorum confectiones desumptae *de libro ametii filii ysaac et aliis*⟩. **Inc.** *Confectio trochiscorum de carabet.* **Des.** *et ad tinnitum aurium.*

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 298 signatur, eodem exemplo atque eadem manu descriptus est, quibus codex antecedens. In f. I circulus manu posteriore splendide ac perite pictus in cuius medio titulus operis. In litteris initialibus tractatuum picturae, manu non italica ut videtur, quae eorum argumenta quodammodo illustrant. In margine inferiore f. 2 tessera gentilicia Friderici Urbini ducis posterius addita.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

242 (olim 455). Saec. XV ex., membran., mm. 434×290, ff. IV. 146.

Ioannis filii **Mesue** seu Damasceni (in ms. *nazareni*) ⟨grabadim seu aggregatio medicinarum universalium et particularium, alias antidotarium èt de appropriatis⟩ libri I-II (in ms. lib. I *de consolatione medicinarum simplicium* et in subscriptione *pratica*, lib. II *grabadim seu de medicinis appropriatis*, et alibi alii tituli). Lib. I inc. *Dicimus quod medicina laxatiua non est a re complexionali.* Lib. II des.: *aut ex balneatione uehementi aut labore et similibus;* praeit prologus: *In nomine dei misericordis cuius nutu sermo recipit gratiam. - Et in hoc terminabimus:* pergunt capita libri I (Venetiis 1479, impensis Rainaldi Novimagii, f. a 2-t 4ʳ).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 304 signatur, binis columnis exscriptus est. Tituli minusculis rubris, initiales maiores caeruleae ac rubrae frondibus ac lineis, initiales maximae aureae frondibus et coloribus ornatae sunt. F. IVᵛ ornat pictura manu italica in qua Ioannes ben Mesue in horto stans librum monstrat; dextrorsum inferius famula medicinam parat, simia arborem palmae ascendit. Ff. I-IVʳ, 143ᵛ-145 vacua.
In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX atque A. Mai card. bibliothecarii.

243 (olim 440). Saec. XV, membran., mm. 440×484, ff. I. 118.

⟨**Ioannis** filii **Serapionis** de simplicibus Simone Ianuensi et Abraamo Tortuosiensi interpretibus libri I-IV⟩. Lib. I inc. *Postquam uidi librum dyascoridis* (!) *et librum Galieni.* Lib. IV des. *Volo dicere quod calefacit et dessicat calefactione et desiccatione forti* (ed. Venetiis per Bernardinum vercellensem 1503, f. 92-168).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 308 signatur, binis columnis exscriptus est. Tituli ac litterae initiales uti in codice antecedenti. F. 1 ornatissimum templi fronte coloribus picta in cuius parte inferiore medicus Serapion (?) flexis genibus librum porrigit tribus aliis sedentibus. In prima initiali pictura ex colore aureo, in qua equites, episodium alicuius pugnae monstrat. Ff. I, 316-318 vacua.
In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

244 (olim 444). Saec. XV, membran., mm. 399×250, ff. I. 165.

Trusiani seu **Turrisani** chartusiensis ordinis commentarium in Galeni librum qui intitulatur Microtechni (in ms... *plusquam commentum*...). Inc. *Librum Galieni qui intitulatur microtegni idest ars parua.* Des. *aliter uideri quam multis inducuntur* (ed. Bononiae 1489, per Ugonem Rugerium).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 319 signatur, binis columnis exscriptus est. Tituli minusculis rubris, initiales maiores caeruleae ac rubrae alternae lineis ornatae sunt, littera prima initialis aurea coloribus ac foliis decorata est. In f. 1ᵛ circulus corona laurea circumdatus in cuius medio titulus operis. In f. 2 ornamentum tripartitum ex floribus, insignibus ac tessera gentilicia F⟨riderici⟩ Urbini D⟨ucis⟩. In f. 164 notula:

Plusquam commentum Trusiani super tegni precij ducatorum 13 Am 7 secundum (?) *forum competens.* Ff. I, 1r, 164v, 165 vacua.

In tegumenti dorso insignia Innocentii XI ac tessera gentilicia Fr. Laur. Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

245. An. 1440, (cf. f. 384), membran., mm. 286×265, ff. I. 386.

F. 4v. **C. Plinii Secundi** naturalis historiae libri II-XXXVII (ed. Lipsiae 1870); praeeunt [1] (f. 1) librorum argumenta (in ms. *capitula totius libri*). *Primus liber continet tantum capitula cum auctoribus ceterorum triginta sex sequentium librorum - Trigesimus septimus continet de genuinis et pretiosis lapidibus;* [2] (f. 1v) ⟨S u e t o n i i testimonium ex libro de viris illustribus⟩ (in ms. *argumentum*) *Plinius secundus nouecomensis* usque ad vv. *et species continet titulorum* (Suetonii deperditorum librorum reliquiae in Suetonii opp., ed. Roth, Lipsiae 1896, p. 300-301, 4, paucis adiectis in fine; [3] (ibid.) T e r t u l l i a n i de Plinio testimonium ex Apologetico (in ms. *argumentum*): *Plinius secundus cum quandam prouinciam* usque ad vv. *puniri oportere* (M. 1, 321, 9-322, 1); [4] (ibid.) ⟨E u s e b i i caesariensis testimonium de Plinio ex libro II chronicorum⟩ a vv. *Plinius... orator et hystoricus* ad vv. *dum inuisit uesuuium* (M. Patr. gr. 19, 554, lin. 2, 5); [5] (ibid.) ⟨P l i n i i⟩ prologus ⟨seu epistola Vespasiano⟩ (ed. cit. Plinii, 1, p. 1-8). [6] (f. 3v) principium libri I usque ad vv. *M. Varrone: Sulpitio Gaio... Theopompo* (l. cit., p. 8-10, lin. 17).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 353 signatur, titulos habet alias maiusculis, alias minusculis rubris; initiales maiores caeruleae, initiales maximae aureae lineis affabre intextis et coloribus splendide ornatae sunt. In f. 4v ante librum II manu italica perita mundi imago depicta est cum inscriptione: *Mundus.* In margine inferiore eiusdem folii tessera gentilicia Friderici ducis Urbini. In f. 384 subscriptio librarii: *Antonius Marii filius florentinus. civis atque notarius transcripsit florentie X kal. Iunii MCCCCXL. Quo tempore graecorum eclesia romane eclesie dei ope summoque studio ac labore in dicta civitate unita est virtute atque industria praeclarissimorum virorum Eugeni PP. IIII..... et Ioseph patriarce constantinopolitani ad laudem et gloriam dei et honorem reipublice florentine. Valeas feliciter qui legis.* Ff. I, 384r, 385 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Pii VI.

246 (olim 457). Saec. XIV ex., membran., mm. 377×242, ff. II. 250 (+ f. 193a librarii negligentia omisso).

Mesue Ioannis grabadim et aphorismi; **Rhasis** liber divisionum et almansor G e r a r d o C r e m o n e n s i interprete; de u r i n i s; de r e g i m i n e p u e r o r u m; de h e r b i s secundum XII signa Zodiaci; **Democriti** prognostica; de a n a t o m i a; de s p e r m a t e; **Simonis de Ianua** synonyma; **Mundini** anatomia.

1 (f. 1). I o a n n i s filii M e s u e, seu Damasceni, grabadim seu aggregatio medicinarum universalium et particularium, alias antidotarium et de appropriatis

libri I-II. Lib. I inc. *Dicimus quod medicina laxativa non est a re complexionali.* Lib. II des. *aut ex balneatione vehementi aut labore et similibus;* praeit prologus: *In nomine dei misericordis cuius nutu sermo recipit gratiam. - Et in hoc terminabimus;* pergunt capita libri I (Venetiis 1479, impensis Rainaldi Novimagii, f. a 2 - t 4^{v}; de titulis duorum librorum in ms. cf. cod. 242).

2. Rhasis [1] (f. 96) liber divisionum Gerardo Cremonensi interprete (in ms. *Verba Abubacri filii Zacharie arazi ventilata*). Inc. *De alopicia et tyria. Ex eis itaque est capitulum de alopicia que est casus pilorum.* Des. *est ponendus VI genorum* (!) *ordei;* praeit prologus: *Fuit in presentia cuiusdam probi uiri - usque in finem libri* (ed. Venetiis 1508, apud Iacobum Pencium de Leuco, f. 59^{v}-78). [2] (f. 128). De medicina speculativa et practica seu almansor, Gerardo Cremonensi interprete, libri I-X (in ms. *Verba Abuber rasis filii Zacharie liber incipit qui ab eo mansorius uocatus est eo quod regis mansoris Ysaac filii precepto edit*). Inc. lib. I: *Creator omnium deus ossa primo condidit.* Des. lib. X: *Totum igitur perfecimus. Quapropter domino cuius beneficio et auxilio hoc ad finem perduximus gratie sint infinite;* praeit prologus: *In hoc meo libro regi cuius uitam prolonget dominus - placeam ei cui incessanter adherere possim* (ed. cit., f. 2-59).

3 (f. 187). Ioannis filii Mesue aphorismi. Incipiunt: *Liberet dominus te deus fili amantissime* usque ad vv. *contrario uero contrarium* (ed. Bononiae 1489, impensa Benedicti Hectoris, f. 135-139, lin. 2).

4 (f. 188^{v}). <De urinis>. Inc. *Urina clara si in rubeam se mutauit.* Des. *Urina sine uoluntate exiens cum salute renum mortem promittit.*

5 (f. 189^{v}). Practica de regimine puerorum. Inc. *Primo uidendum est uti lac de quo nutritur puer.* Des. *florem liuidum confert* (?) *feminis.*

6 (ibid.). <Libellus de herbis secundum XII signa Zodiaci>. Inc. *Est enim quedam herba que tanium appellatur et cicuta... Principium Zodiaci ouis a XV die precedente kl. aprilis quaedam herba que lilifagus appellatur; XII* herba aristologia des. *per spatium IX dierum et educit ipsum* <lapidem>.

7 (f. 190^{v}). Democriti prognostica <aliquot> (in ms... *et debent esse in principio sui libri*). Inc. *Si capitis fuerit dolor.* Des. *in modum lenticule albe inuente fuerint solide XI die morietur.*

8 (f. 191). <De anatomia>. Inc. *Quum medicina recentius mandet manducare illius uetustissima ueterum.* Des. *et nota quod in homine bene sano tota die distillat urina.*

9 (f. 192^{v}). Galeni (?) de spermate fragmentum (in ms. *de armonia corporis et anime qui dicitur microtegni*). Inc. *Sperma hominis descendit ex omni corporis humore* usque ad vv. *capilli tendunt in rubedinem* (ed. Venetiis 1528, 1, f. 38^{v}-39^{v}, lin. 8).

10 (f. 194). Simonis de Ianua synonyma *breviata* cum additionibus magistri Mundini de foro Iulii. Inc. *Quoniam nihil carius et amabilius.* Des. *sed maiores et duriores et pro eo Zodoaria utimur etc.* (cf. Synonyma Medicinae, sc. clavis sanationis ad finem usque perducta per Petrum Mauser in civitate Patavina 1474). In imo margine scholium manu correctoris: *Hic finit Mundinus de foro Iulii austria ciuitate diocesis aquileiensis in studio paduano sinonimas breviatas cum adicionibus quibusdam et ego Iacobus de omnibus sanctis de padua medicine doctor eas correxi cum omni diligentia ad laudem omnipotentis dei virginis gloriose... et omnium sanctorum anno 1400, 27 Iunii hora vesperarum. Amen.*

11 (f. 240). Mundini ⟨de Liucci⟩ anatomia. Inc. *Quare ut ait Galenus septimo tharapeutice* (!) *methodi.* Des. *excarnata ne aggrauet pedem* (Anathomia Mundini per doctorem Melerstat sine loco et anno, cf. Hain, Repert. bibliograph. n. 11633). In margg. lemmata et notulae manibus magistri Iacobi et aliorum.

F. 193ᵛ saec. XV scholium de metiendis agris. Inc. *Nota quod per hanc regulam - si uero pedes in pedes sunt punta quod resultat.*

Codex qui in antiquo indice urbin. n. 306 signatur, binis columnis exaratus est. Tituli minusculis rubris, initiales maiores caeruleae ac rubrae alternae, eaedemque ac maximae lineis ornatae sunt. In f. IIIᵛ circulus floribus ornatus in cuius medio tituli nonnullorum operum. F. 1 ornatum est floribus, insignibus ac tessera gentilicia F⟨riderici⟩ Urbini D⟨ucis⟩ posterius addita. Ff. I, IIᵛ, 250 vacua.

In tegumenti tergo tesserae gentiliciae Pii IX atque A. Mai card. bibliothecarii.

247 (olim 443). Saec. XIV, membran., mm. 377 + 245, ff. I. 322 (+ ff. 173ᵃ, 173ᵇ scriptoris negligentia omissis).

Galeni opera varia variis interpretibus.

1 (f. 1). De virtute alimentorum libri I-III (in ms. *de cibariis*) per Guillelmum de Morbeka ord. praedicatorum e graeco in latinum translati. Lib. I inc. *De hiis que in alimentis uirtutibus non pauci.* Lib. III des. *in quibus multo tempore conseruantur;* deinde clausula alia manu: *Explicit.. completa fuit eius translatio uiterbii 1277 mense ottubri kal. nouembris. Consumatori bonorum deo gratias;* praeit interpretis epist. nuncupatoria Rosello de Aretio medico praecipuo... Inc. *In hiis que per me transferuntur.* Des. *quid sibi occurrerit alimenti;* singulis libris praeeunt capita (ed. Venetiis 1528, 1, ff. 120-137ᵛ). **2** (f. 21ᵛ). De regimine sanitatis libri I-IV a Burgundione pisano e graeco in latinum translati. Lib. I inc. *Quod contemperantia quidem calidi et frigidi et sicci et humidi.* Lib. IV des.: *alius de eo dicetur sermo*; deinde clausula: *Explicit... Finis sexti sermonis de hygiene i. e. sanatorie artis a Burgundione... MCCLXXVIIII indictione* (!) *deo gratias* (l. cit., f. 225ᵛ-239ᵛ). **3** (f. 37ᵛ). De virtutibus naturalibus

libri I-III. Lib. I inc. *Quoniam sentire quidem et moueri secundum electionem.* Lib. III des. *uel omnifariam euellunt breue* (l. cit., f. 102v-115r). [4] (f. 52v). De sectis cum commentario ⟨Ioannis Alexandrini⟩. Inc. Textus: *Medicine artis intentio quidem est sanitas.* Commentarius inc. *Qualis sit intentio et uoluntas Galieni.* Des. textus: *nec quaecumque effluxionis causa arbitrari.* Des. comm. *inter epulas risus nocentes huic canali;* praeit commentatoris prologus: *Demum aliquod diuitiarum et uite nostre, - nunc ad testum ueniamus ipsius codicis* (l. cit., f. 9-16). [5] (f. 61r). Liber secretorum ⟨ad Monteum⟩. Inc. *Rogasti me amice Montee.* Des. *alius liber ab isto transferat ipsum* (ed. cit., 2, f. 198-202r). [6] (f. 67r). De virtutibus pharmacorum (in ms. *de pharmaciis*). Inc. *Secundum eandem causam uidentur antiquissimi medicorum prauas .in-redargutas reliquisse.* Des. cap. IV. *uel quocumque uoluerit quis uocare que purgantium medicaminum uirtus* (ed. cit., 1, f. 150v-151r). [7] (f. 69). De complexionibus libri I-III. Lib. I inc. *Insignes medicorum et philosophorum antiquorum sufficienter declarauerunt.* Lib. III des. *quemadmodum ante diximus in medicinis ipsis* (l. cit., f. 43-46); praeeunt argumenta trium librorum hoc titulo: *uerba transferentis* ⟨Gerardi Cremonensis; cf. Schum, *Verzeichnis der amplonianischen handschr.*, Berlin 1887, p. 159, n. 13⟩ inc. *Summe que sunt in sermone primo libri Galieni de complexione sunt octo,* des. *signa complexionum assumpta ex membris hominis.* [8] (f. 85r). De malitia complexionis diversae. Inc. *Malitia complexionis diuerse quamquam in toto animalis corpore existit.* Des. *deinde post ipsum librum de ingenio sanitatis* (ed. cit., 2, f. 20-21r). [9] (f. 88). De iuvamentis membrorum libri I-X. Lib. I inc. *Corpora animalium sunt instrumenta animaram.* Lib. X des. *anathomicos nominantes uel uocantes eas* (ed. cit., 1, f. 61-78). [10] (f. 109r). De elementis. Inc. *Quoniam cum sit elementum minor pars.* Des. *illum humorem qui attrahitur uiolenter* (l. cit., 1, f. 25v-31). [11] (f. 117r). De utilitate pulsus ⟨quem transtulit Ioannes filius Ysaach de graeco in arabicum et Marcus toletanus de arabico in latinum⟩. Inc. *Dixit Galienus oportet nos inspicere pulsus utilitatem.* Des. *ad id quod diximus in hoc libro* (l. cit., f. 87-89). [12] (f. 121). De virtute simplicis medicinae libri I-V priores. Lib. I. inc. *Non* ⟨mihi⟩ *necesse est hic ostendere.* Lib. V des. *de sermone in unaquaque medicinarum per se si deus uoluerit* (l. cit., f. 152v-187r). [13] (f. 168r). De motibus liquidis ⟨quem librum Iohannicius transtulit de graeco in arabicum et Marcus toletanus de arabico in latinum⟩. Inc. *Inquid Galenus quum illi quorum proprium est anatomia medicari.* Des. *in his animalibus appetitus ualde intendit et superat* (l. cit., f. 78-81). [14] (f 174). De diebus creticis libri I-III. Lib. I inc. *Ut egritudinum que non paulatim minuuntur.* Lib. III des. *iterum cum illo in cognitione ipsarum intentionum. Et iam quidem peruenimus ad finem libri cum auxilio dei*

et eius adiutorio cuius nomen sit benedictum (l. cit., f. 208v-272). [15] (f. 193). De febrium differentiis, libri I-II a Burgundione iudice et cive pisano translati. Lib. I inc. *Differentie febrium que quidem maxime proprie sunt et principalissime secundum substantiam earum sunt alie uero secundum aliquod accidentium sunt.* Lib. II des. *donec generantes eam humores assumantur uel digerantur uel utrumque patiantur* (cf. ed. cit., 4, f. 65v-72v). [16] (f. 205). De ingenio sanitatis a libro VII ad cap. XII libri XIV. Inc. *Terrapeuticam* (!) *methodum, Eugeniane amicissime,* abrumpitur, *alterum uero sine flegmone positione* (ed. cit., 2, f. 125-155v, cap. XII, lin. 4). [17] (f. 243). De voce <et anhelitu>. Inc. *Dixit Galienus si neruis qui sunt inter costas.* Des. *quod est medium inter uoluntatem et naturam* (ed. cit., 1, f. 81-82). [18] (f. 244). Liber Commenti super <introductorium> de pulsibus eiusdem. Inc. *Eas que a primis et principalibus causis.* Des. *eorum que antea dicta sunt* (l. cit., f. 91-97v). [19] (f. 252v). Compendium pulsuum (in ms... *liber paruus de pulsibus*). Inc. *Hoc idem de pulsu impossibile est competentem modum circuli, primum autem aiunt egritudinum antiquarum de pulsibus.* Des. *sed uelut desinentia solum et reuolutio in arteriis perficitur in eo* (l. cit., f. 102-102v). [20] (f. 254). De interioribus libri I-VI. Inc. *Medicorum non solum moderni.* Des. vv. *que in suo loco dicemus;* deinde clausula: *Explicit... correptus per magistrum tadeum per aliam translationem* (ed. cit., 2, f. 58v-84). [21] (f. 282). De crisibus (in ms. *de crisi*) libri I-III. Lib. I inc. *Ego non intendo in hoc meo libro determinare.* Lib. III des. *sufficiunt isti tres tractatus et non est eis necessarius tractatus quartus* (cf. ed. cit., 4, f. 72v-84). [22] (f. 302). De accidenti et morbo libri I-IV. Lib. I inc. *In initio huius libri diffinire oportet morbum.* Lib. IV des. *accidentia semper alia sequuntur queve non* (ed. cit., 2, f. 1-17). [23] (f. 318). Liber introductorius de pulsibus ad *Teuclum* (l. Teucrum). Inc. *Quecumque his qui introducuntur, dilectissime teucre, necessaria sciri.* Des. *quandoque tensionem quandam artarie* (!) *breuem* (ed. cit., 1, f. 89-91v). In margg. commentarius imperfectus in librum introductorium de pulsibus inc. *Quecumque etc. Cum ipse Galienus commentarium de negotio pulsuum composuerit;* abrumpitur in cap. III verbis de balneis: *calefacientia uero... ibi secundum calores et uirtutem confortat dicit igitur et cet.*

Codex qui in antiquo indice urbin. n. 300 signatur binis columnis et varia manu eiusdem aetatis exscriptus est. Tituli minusculis rubris, initiales maiores caeruleae ac rubrae alternae lineis, initiales maximae splendidis coloribus, sed aliquando imaginariis bestiis ornatae sunt. Ff. I, 120, 173a, 173b, 203, 204, 301v vacua.

In tegumenti dorso insignia Innocentii XI ac tessera gentilicia Fr. Laur. Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

248. Saec. XIV-XV, membran., mm. 362 + 245, ff. I. 411.

Galeni de notitia virtutum simplicium pharmacorum, tractatus I-XI, Nicolao de Regio interprete. Primus inc. *Simplicium farmacorum uirtutes certe scire quantum magnum commodum sit.* Ultimus des. *Et nos etiam in putridosis ulceribus que in corpore fuimus usi* (ed. Venetiis 1528, 1, f. 152v-216v).

Codex, in antiquo indice urbin. n. 299 signatus, binis columnis exscriptus est. Initiales maiores et maximae aureae foliis et coloribus eleganti varietate splendent. In f. 1v litteris maiusculis: *Excellentissimo principi / Federico urbinatum du / ci gloriosissimo karo / lus Reguardatus eques / Nursinus in memoriam / beneficiorum ac serui / tutis suae et ut inter / alios celeberrime bibliothecae annumeretur / librum hunc ex Benedic / ti quondam parentis / philosophique ac medici / mortalibus non ignoti / excerptum codicibus iu / cundo libenti / que animo / dedit / M°CCCC° / LXX / V°.* In margine inferiore folii 2 tessera gentilicia familiae Reguardati. In f. 407v clausula: *Explicit liber... translatus a magistro Nicolao de Regio et capitulatus usque per totum quintum librum a magistro francisco de pedemonte. Deo gratias.* Ff. I, 1r, 409-411 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et I. Bapt. Pitra card. bibliothecarii.

249. Saec. XV, membran., mm. 343 × 227, ff. III. 242.

A. Cornelii Celsi de medicina libri I-VIII.

Codex, in antiquo indice urbin. n. 314 signatus, titulos praebet minusculis rubris, initiales maiores aureas coloribus ac lineolis, initiales maximas aureas lineis affabre intextis et coloribus ornatas. In f. III frustulum chart. adglutinatum, in quo numeri quibus signatus fuit codex in transferendis libris bibliothecae urbinatis Urbino Romam. F. 1 totum ornatum est floribus, intextis lineis, avibus, geniis, tessera gentilicia, in cuius scuto quadripartito alternantur tres baltei argentei clavis nigris distincti in pagina aurea et quinque frondes argenteae in arvo purpureo: in parte superiore lupus currens ad cuius pedes taenia in qua litterae compendiariae: P. M. Q. F.; tessera atque insigne spectant fortasse ad eandem familiam. In codice spatia vacua relicta sunt ad exscribenda verba graeca. Singulis libris praeeunt capita. Ff. I-III, 242 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et I. Bapt. Pitra card. bibliothecarii.

250 (olim 399). Saec. XV, membran., mm. 335 × 222, ff. I. 205.

1 (f. 6). **Theophrasti** de plantis libri I-X, Theodoro thessalonicensi ⟨Gaza⟩ interprete. Liber I inc. *Plantarum differentia reliquamque naturam ex partibus.* Lib. X usque ad vv. *Magna ex parte uocari herbarii solent* (ed. Tarvisii 1483, per Bartholomaeum Gonfalonerium, f. 1-68); praeeunt [1] (f. II) Theodori epistola nuncupatoria ad Nicolaum V: *Quam magna exultari laetitia possint homines nostrae aetatis - ac deum piissime inuocantes opus incipimus* (l. cit.); [2] (f. 3) Theodori praefatio in librum de plantis: *Praefandum illud heracliti dictum*

arbitror - noster hic labor pariat hominibus faciat (l. cit.). In f. 108ᵛ clausula: *In originali summi pont. Nicolai Quinti iste liber decimus non habebatur nisi inceptus sicuti et hic, quia et in graeco non reperiebatur a translatore Theodoro scilicet thessalonicensi. Ex cuius quidem primo et originali supradicto pontifici praesentato haec summa de historia plantarum et causis earundem transcripta est.* **2** (f. 109). De causis plantarum libri I-VI eodem interprete. Lib. I inc. *Plantarum complures esse generationes.* Lib. VI des. *hec seorsum per se expleri dignius est* (ed. cit. f. 75-142).

Codex, in antiquo indice urbin. n. 231 signatus, titulos praefert minusculis, sed aliquando etiam maiusculis rubris. Initiales maiores aureae lineis et coloribus, initiales maximae aureae lineis affabre intextis, flosculis et coloribus ornatae sunt. In f. 1ᵛ circulus corona laurea, colore caeruleo, et floribus ornatus, in cuius medio titulus operis. F. II margine ornati sunt lineis affabre intextis, flosculis et coloribus; in margine inferiore tessera gentilicia fridericiana minor. In prima initiali canis cubans, cum ore vinculo rubro irretito; insigne Friderici ducis. Ff. I, 1ʳ, 204-205 vacua.

In tegumenti dorso insignia Innocentii XI ac tessera gentilicia Fr. Laur. Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

251. Saec. XV ex., chart., mm. 280×205, ff. 14.

Modo et Ordine per creare razza di cavalli. Inc. fol. 2 post iteratum titulum. *Quanto sia necessario et utile a qualsivoglia potente signore l'hauer razza di Caualli è noto a ciascuno. Ma non già tutti sanno quanto si debba fare per hauerla buona.* Des. *com' anco il calore, doue possono stare infino a che si hanno a rimettere alla stalla.*

Codex littera currenti scriptus nullis ornamentis distinguitur. Ff. 1ᵛ, 12ᵛ-14 vacua. Tegumentum ex pergamena alba recenti.

252. Saec. XIV-XV, membran., mm. 302×210, ff. 64.

Rusii seu **Ronzini Laurentii** Hippiatria (in ms. *Liber Mareschalcie equorum compositus per Laurentium dictum Ruzum de urbe*⟨veteri⟩ *Mareschalchum Equorum*). Inc. *Equus calide nature iudicatur sed temperate. Calor ostenditur per leuitatem uelocitatem audatiam.* Des. *et mitte eum ad modum suppositorii in equi sexum aut anum;* praeit (f. 2) epistola sive prooemium auctoris *Reuerendo in Christo patri et domino suo domino N*⟨apoleoni Ursino⟩ *sancti Adriani dyacono cardinali: Laurencius dictus Rucius familiarium vestrorum minimus... Inter cetera animalia que ad dignitatis humane solatium ille fabricator excelsus. - Et si pacienter feratis secure assero quod non mea set uestra est gloria huius libri;* **2** (f. 1) index capitum I-CLXXX: I. *Epistola siue prohemium,* II. *de natura equi. CLXXX: Memoriale seu notabilia* (ed. Lutetiae apud Christianum Wechelium sub scuto Basiliensi, A. MDXXXII).

F. 63. **Fragmenta orationum e missali romano a feria IV infra hebdomadam IV quadragesimae usque ad sabbatum eiusdem et (f. 64) a fer. II infra hebd. II usque ad fer. V.**

Codex binis columnis ac tribus manibus exaratus est. Prima manus litteris rotundis ff. 1-3, secunda ff. 4-6 littera currenti. Ff. 63-64 manu saec. XII ex alio codice huic adglutinata. In ff. 59, 61-62 addita manibus posterioribus nonnulla remedia hippiatricae artis. F. 59 contra: *tosse, rape traverse e scabia, a doglie dominj o in genochie o in gola;* f. 61 *ad resecandum vmores superfluos... ad gambas;* f. 61ᵛ *a fare sane dade Arebisati* (!) *De ungulis mollibus;* f. 62 *potio de fenu grecho, ad faciendum equis bonos pedes. Aliut quod ungulas siccat et nutrit* ⟨ad occidendum vermen⟩. Ante litt. initialem in f. 2 manu italica pictura in qua veterinarius equo emplastrum applicat. Tituli minusculis rubris, initiales litterae prima excepta tum caeruleae tum rubrae lineis ornatae sunt. In ff. 59ᵛ-60 tres equi egregie colore nigro sepiae delineati. F. 60ᵛ vacuum.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI ac Fr. X. de Zelada card. bibliothecarii.

253. Saec. XVII in., chart., mm. 326×224, ff. VII. 94.

F. 2. **Conestavoli Bisante** ⟨de equorum morbis ac medicinis⟩. Inc. *Delli colori differentiati delli peli delli caualli dicemo secondo lo dominio delli humori.* Des. *Per piaga esperimentata* ⟨nempe remedium⟩ *Calce uiva e mele cotti insieme, e fatta puluere;* praeeunt [1] (f. IIIʳ) *Al lettore:* inc. *Sicome l'altissimo Dio ha prouisto al genere humano.* Des. *et per li seguenti capitoli ciascun potrà chiaramente uedere Bisante Conestauoli;* [2] (f. IIIᵛ-VI) index capitum 1-70; 1: *A conoscere la complessione delli caualli;* 70: *per piaga esperimentata.*

Codex littera currenti scriptus ab eodem Bisante Conestavoli. In f. I-II adglutinatum est codici folium typis impressum *fratelli Marchetti librari,* in quo equus et superius: *Infirmita dei cavalli et suoi remedii. Al sig. Agostino Gallo nobile bresciano.* In ff. 91-94: *tavole delle materie contenute in questo libro.* Ff. 71-90, 94ᵛ vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et Io. Bapt. Pitra card. bibliothecarii.

254. Ann. 1614-1618, chart., mm. 321×218, ff. 62.

F. 1. *Libro della razza de caualli di S*⟨ua⟩ *A*⟨ltezza⟩ *S*⟨erenissima⟩ ⟨ducis Urbini Francisci Mariae II?⟩. Fol. 2 inc. ⟨an⟩. *1614. Di Regno. - Giumenti coperti da Belladonna Corsiero leardo rotat*⟨o⟩ *della razza di Braida.* Memorantur stirpes equinae *del marchese di Pescara, del principe di s. Buono, del duca di Celenza, del principe di Stigliano, del Marchese di S. Eramo, del Duca di Termini. duca di Sicignano.* Des. f. 6ᵛ. *Una polledra baia chiara balzana dal piè manco della facciata.*

Codex littera currenti scriptus nullis ornamentis distinguitur. Ff. 1ᵛ, 1-67 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Pii VI et Fr. X. de Zelada card. bibliothecarii.

255. Saec. XVII in., chart., mm. 325×222, ff. V. 103.

De equitatione et equis; de frenis atque eorum vi.

1 (f. 1). ⟨De equitatione et equis nonnulla⟩. Inc. cap. 1: *Come star dee il Caualiere a Cavallo. Stia il Caualiere a Cauallo con men' affettatione che sia possibile.* Des. cap. ult. *perchè uenendo i puledri simili saranno di poca stima.*

2 (f. 5^{v}). *Trattato di Briglie e del loro effetto*, cum schematis atramento delineatis. Inc. *Alli Puledri per la lor prima briglia gli si deue dare un cannone semplice con la guardia dritta.* Des. *che abbiano bisogno più presto di essere portati con la briglia che la briglia porti i Caualli.*

Codex littera currenti scriptus est. Ff. I-V, 4^{v}, 75^{v}-103 vacua.
In tegumenti dorso tessera gentilicia Pii IX.

256. Saec. XVII in., chart., mm. 331×222, ff. 90.

⟨**Ruzi** seu **Ronzini,** cf. cod. 252, hippiatria, anonymo interprete⟩ (in ms. *Natura e governo di Cavalli dove si tratta di tutta l'arte di mascalcia*). Inc. (f. 7 a cap. II) *Lo cauallo de calda natura et temperata da tutti si iudica essere* ⟨per⟩ *il valore per l'allegrezza per la velocità per l'andata.* Des. *così si accrescono et minuiscono li humori nel corpo del cauallo come cresce et minuisce la luna. Deo gratias. Amen;* praeeunt capita 1-79. 1° *Prohemio.* 2° *Della natura del Cauallo.* 3° *Che a generare li Caualli si debbono cappare li Caualli che sieno grandi belli e formosi.* Cap. ult. *Alcuni notabili, et ricordanze.*

F. 83 remedium *alla Giarda, et modo di fare una bella tinta da coda di Cauallo.*

Codex littera currenti scriptus nullis ornamentis distinguitur. In f. 1 tessera gentilicia Francisci Mariae II Urbini ducis. Ff. 1^{v}, 5^{v} 6, 84-90 vacua.
In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et Io. Bapt. Pitra card. bibliothecarii.

257. Saec. XVI, chart., mm. 315×221, ff. I. 217.

F. 11^{v}. **Pacioli Lucae** ordinis minorum e Burgo s. Sepulchri *Diuina proportione.* Inc. *Propter admirari ceperunt philosophari. Vole excelso Duca la proposta autorità del Maestro di color che sanno che dal uedere hauesse initio il sapere.* Des. *il lato a:* c. *15. che è l'adimandato. Finis.* Deinde clausula: *Venetiis impressum per probum uirum Paganinum de Paganinis de Brescia... Anno Redemptionis nostre M.D.VIIII Klen. Iunij Leonardo Lauretano Ven. Rem. Pub. Gubernante Pontificatus Iulii II Anno VI;* praeeunt [1] (f. 1^{v}) Danielis Caietani cremonensis epigramma quod inc. *Natura omnipotens produxit corpora quinque* et des. *Monstrauere bases ut latus omne docet;* [2] (ibid.) *Sonetto del autore* ⟨sc. versio epigrammatis antecedentis⟩ inc. *Cinque corpi in natura son producti,*

des. *È un altro sexto mai se po formare;* [3] (ibid.) corpora ad lectorem ⟨versibus tertianis⟩ inc. *El dolce fructo uago e si diletto,* des. *Causa di noi che pasci l'intelletto;* [4] (ibid. ⟨latina versuum translatio⟩ (in ms. *Disticon ad idem*): *Querere de nobis fructus,* des. *mens ubi leta manet;* [5] (ibid.) ⟨alterum distichon⟩ (in ms. *Corpora loquuntur*) inc. *Qui cupitis rerum,* des. *patet una uia;* [6] (f. 2) epistola nuncupatoria auctoris *Pietro* (!) *Soderini reip. florentinae principi perpetuo,* quae inc. *Cum in his disciplinis quas graeci Mathematicas appellant* et des. *bene uobis semper opto. Vale et Salue. Venetiis V. Idus Iunij MDVIIII;* [7] (f. 3) Danielis Caietani epistolium Andreae Mocenico veneto patricio, quod inc. *Delectat me nimis fortuna seculi hodierna* et des. *competenti preconio excellenda iudicabis. Vale ex patauio VII Idus maias M.D.VIIII;* [8] (f. 4) nomina et numeri corporum ⟨graece et latine⟩ incipiunt *Tetrahedron* - τετρχεδρον *Tedrahedron,* desinunt: - *61 Pyramus laterata exagona uacua. Pyramis plenodis exagonoceni;* [9] (f. 5) ⟨monitum ad lectores⟩, quod inc. *Lettori le seguenti parole,* et des. *l'altra colonna* § *Lettori et cetera;* [10] (f. 5v) *tauola de la presente opera...* inc. *Acciò più facilmente,* des. *e mai al mathematico avanza campo experto credas;* [11] (f. 10) auctoris epist. Ludovico M. Sfortiae, quae inc. *Correndo gli anni di nostra salute excelso Duca 1496* et des. *mi raccomando. Que felicissime ad uota ualeat.* **2** (f. 126). Schemata verbis illustrata. Primum schema inscribitur: *Diuina proportio et est caput humanum.* Ultimum schema *Arbor:* Prima explanatio inc. *Proportio et Proportionalitas.* Ultima des. *et contentaberis non immemor S. Euclidis.*

Codex littera currenti transcriptus est e libro impresso Venetiis 1509. In fronte f. 1 longa inscriptio: *Diuina proportione. Opera a tutti gl'ingegni perspicaci e curiosi necessaria. Oue ciascun studioso di Philosophia: Prospectiua. Pictura Sculptura Architectura: Musica e altre Mathematice: suauissima: sottile: e admirabile dottrina conseguirà: e delectarassi: con uarie questione de secretissima scientia. M. Antonio Capella eruditissimo recensente. A. Paganius Paganinus Characteribus elegantissimis accuratissime imprimebat. Amen.*
Tegumentum ex pergamena alba codicis aequali.

258 (olim 1065). Saec. XV, membran., mm. 312×215, ff. XII. 362.

Ugolini urbevetani archipresbyteri ferrariensis de musica libri I-VI (in ms. *Declaratio Musice disciplinae*). Lib. I. inc. *Potentiarum anime nobilissima esse noscitur intellectiua potentia. Nam anima intellectiua ceteris inferioribus creaturis magis ad dei similitudinem accedens.* Lib. VI des. *Vtebantur autem antiqui qui ut dictum est semitonium minus in duas dieses diuidebant. huius autem diuisionis de monocordo est hec;* praeeunt argumenta et capita singulorum librorum. Primum arg. inc. *Hec est huius voluminis primi libri tabula. Tractat autem iste primus*

liber de musica plana. Primum caput: *De nobilitate et excellentia Musice discipline.* 2. *Quod musica sit scientia.* Argumenta libri VI: *Hec est tabula sexte partis huius operis que se ad monocordi diuisionem extenditur...* Cap. 1. *De monocordi diuisione.* 2 *Diuisio monocordi per duplam proportionem.* In libro III inest **explanatio** ***musice mensurate egregii magistri Iohannis de Muris.***

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 22, p. CLVI signatur, littera currenti exscriptus est. Tituli minusculis rubris sed interdum caeruleis: initiales tam maiores quam maximae rubricatae. F. 1 ornatum foliis, fructibus, geniis, avibus ac tessera gentilicia evanida. In prima initiali tres cantores manu italica. Ff. I, II, V^v, VII^v, IX^v, XI^v, XII, 284^r, 347^v, 348^r, 361, 362 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Innocentii XII ac tessera Fr. Laur. Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

259. Saec. XVII in., chart., mm. 326 × 232, ff. I. 175.

⟨**Bigolli**⟩ **Leonardi** pisani de filiis Bonacci, vulgo Fibonacci, practica geometriae (in ms.... *Anno M.CCXX*) (ed. Boncompagni, Romae 1862).

Codex littera currenti scriptus nullis ornamentis distinguitur. Ff. I, 175 vacua. Loquitur de hoc codice Boncompagni in opere, *Intorno ad alcune opere di Leonardo Pisano*, Roma 1854, p. 96 sq.

Tegumentum ex pergamena alba codicis aequali.

260 (olim 1108). Saec. XV, membran., mm. 322 × 213, ff. II. 185.

Columellae L. Iun. Moderati rei rusticae libri I-XII; **Sexti** sive **Sixti** sive **Xysti** enchiridion, R u f i n o interprete.

1 (f. 1). C o l u m e l l a e rei rusticae libri I-XII (ed. Schneider, Scriptores rei rusticae, Lipsiae 1794-1797, t. 2).

2 (f. 180). S e x t i pythagorici enchiridion, R u f i n o interprete (ed. Mullachius, Fragmenta philosophorum graec., Parisiis 1883, 1, p. 525-531); praeeunt [1] (f. 179^v) testimonia de Sexto ex s. Hieronymi commentario in Ezechielem a vv. *Pulchre in syxti pitagorici sententiolis* ad vv. *romanis consiliaret auribus* (M. 25, 181, B, 6 - C, 4); [2] (ibid.) s. A u g u s t i n i cap. 42 lib. II Retractationum a vv. *librum quo pelagio* ad vv. *sed postea legi Sixti philosophi esse non sixti christiani.*

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 438 signatur, titulos habet minusculis rubris, initiales maximas aureas coloribus ornatas. In f. 1^v circulus auro, floribus, fructibus, corona laurea et insigni fridericiano ornatus, in medio circulo tituli operum litteris aureis. F. 2 margines ornati sunt auro, foliis, avibus, geniis, insigni ac tessera gentilicia cum litteris initialibus, septies iteratis, F⟨riderici⟩ C⟨omitis⟩. In f. 185^v margine superiore subscriptio⟨num librarii?⟩, litteris hebraicis: *Marcus Dandini* ⟨seu *Randini*⟩ *mense mai 1460-1462.* Fl. I, II, 1^r, 185^v vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Lambruschini card. bibliothecarii.

261 (olim 485). Saec. XV, membran., mm. 327×252, ff. II. 131.

Archimedis opera cum schematis.

1 (f. 1). De sphaera et cylindro libri I-II. Liber I inc. aliquantum mutilus initio: *Si circulo figura plurium angulorum circumscribatur*. Des. *quae secundum B. A. D. circunferentiam posita est* (Archimedis opp., Basileae 1544, p. 3-54). **2** (f. 42). Circuli dimensio. Inc. *Quilibet circulus triangulo rectangulo equalis*. Des. *quam triplam sequi septimam* (l. cit., p. 55-58). **3** (f. 44ᵛ). De conoidalibus et sphaeroidibus figuris inventa. Inc. *Archimedes Dositheo recte agere*. Inc. *Reliquorum theorematum demonstrationes quas in his quae superius*. Des. *demonstratur esse eadem quam habet E G ad E D* (l. cit., p. 58-98). **4** (f. 80). De lineis spiralibus (in ms. *inuenta circa elicas; hoc est spirales lineas et spatia dictis lineis contenta*). Inscr. *Archimedes Dositheo salutem*. Inc. *Eorum quae ad cononem missa fuerant*. Des. *utraque simul sumpta* (l. cit., p. 98-124). **5** (f. 102). Planorum aeque ponderantium inventa vel centra gravitatis planorum libri I-II. Lib. I inc. *Petimus grauia equalia equali distantia*. Lib. II des. *punctum. 1. esse centrum grauitatis* (l. cit., p. 125-142). **6** (f. 115ᵛ). De quadratura parabolae idest portionis contentae a linea recta et s⟨ectione⟩ r⟨ectanguli⟩ k⟨oni⟩. Inscr. *Archimedes Dositheo*... Inc. *Cum audissem Kononem mortuum esse*. Des. *eiusdem trianguli a. b. c. sequitertia existet* (l. cit., p. 142-155). **7** (f. 123ᵛ). De arenae numero. Inc. *Existimauit quidem, Rex Gelon, arenam esse*. Des. *nullo pacto posse accomodari* (l. cit., p. 155-163).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 287 signatur, hanc subscriptionem habet in f. 130ᵛ: *Finis librorum Archimedis, quos transcribi iussit dominus franciscus Burgensis* ⟨nempe Burgi s. sepulchri⟩ *semper deo laus*. Inscriptiones et subscriptiones librorum litteris maiusculis, tum auro tum minio decoratis, litterae initiales maiores auro et coloribus, initiales maximae eleganter humanis figuris, aedificiis, coloribus, geniis, bestiis, interdum intextis lineis ornatae sunt. F. 1ᵛ habet *Archymedes*. Ff. 1 et 31 ornata sunt bestiis, geniis, bacchicis figuris, sirenibus, tritonibus, faunis et capitibus philosophorum. Ante singulorum operum fere omnes litteras initiales Archimedes varie et eleganter manu italica configuratus, figuras metheseos designat. In margine inferiore f. 1 tessera gentilicia in duas partes divisa, in inferiore stella, in superiore duae stellae in pagina caerulea; in f. 115ᵛ litt. initiali inscriptio litteris aureis: *D. Franchiscus de Bourgo*. Ff. I, II, 79ᵛ, 131 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VIII et Fr. Laur. Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

262. Saec. XIV-XV, membran., mm. 338×240, ff. III. 57.

Abdallah geomantiae fragmenta; astrologica varia.

1 (f. IIIᵛ). ⟨Quomodo e domibus XIV, e signis Zodiaci et e stellis sortes ducendae sint⟩. Inc. *Iste sunt in suprema breuitate bone. Iste in*

extrema malitia male. Des. *Quaestio fit sub luna acquatica: De egro, De amisso, De debito, De timore.* In margg. manu saec. XV adiectiones nunc evanidae inc. *loca fortunarum* des. *hanc legem tene immobilem ne imparibus stellis sedeat Iudex.*

2 (f. 2). Abdallah geomantiae fragmenta. Inc. *Dixit famulus abdalla idest seruus dei filius aly, filius masuph, filii astrologi quoniam rexpexit* (!) *quamplurimos homines de uniuersis gentibus solicitos querere scientiam archanorum.* Abrumpitur paulo post indicem capitum: *Seperatio uero est cum figura III separatur a mala et cedit ad bonam... procedens a primo et secundo bonis.*

3 (f. 3). Astrologica varia. Incipiunt mutila: *Orientalia masculina calida et sicca. ignea, diurna.* Pergunt lemmata de fortuna totius diei, de fortuna totius *edomate*, de fortuna totius mensis, de fortuna totius anni, de thesauro abscondito... si quaeratur utrum aliquis debeat lucrari, si de loci mutatione, de somno utrum sit verum vel non, de infirmo, de servis utrum sint fugitivi, si possit habere amator quem diligit, de duobus amicis seu *amantis* (!), de matrimonio, de duobus adversariis. Pergunt capita *Comodo* (!) parare debes ad faciendas quaestiones. De natura figurarum. De situ domorum bonorum et malorum. Deinde sermones, 1, super tutelam intrans; 2, super ridens canus; 3, super diminutus; 4, super rubeo; 5, super candido; 6, super coniunctione; 7, super comprehensum intus; 8, super comprehensum exiens; 9, super limen exiens; 10, super limen intrans; 11, super flavius imberbis; 12, super mundo facie; 13, super carcere; 14, super via; 15, super significationibus duodecim domorum. Des *Et nota quod quandocunque aliqua figura reperitur in gaudio suo faciunt bonam significationem et subueniunt et si aliter non ita uerum demonstratur.*

4 (f. 8). ⟨Tabulae figurarum et signorum geomantiae in XII capitula divisae⟩. Incipiunt: *tabula capituli primi continentes* (!) *figuras geomantie compares et quod pertinet eis et fiunt octo figure quibus planetis pertinent* (!). Desinunt tabulae: *capud draconis erigitur in gemini et cauda eius idest ubi capud erigitur cauda cadit.*

F. 54ᵛ. Saec. XV variis manibus praeceptiones alchimiae, deprecationes geomanticae, sententiae.

Codex, in antiquo indice urbin. n. 295 notatus, variis manibus scriptus titulos rubricatos habet minusculis litteris, initiales maiores maiusculis rubris. In f. 57 Franciscus Coppolaticus de Pistoia et Alexandrellus filius domini Riccardi de Aquapudida et Rolandus *romantierius* firmavit dare magistro Gervasio chirurgo *untiam auri unam ad suum beneplacitum.* In f. IIᵛ circulus magnus corona laurea et floribus ornatus ad excipiendum titulum codicis. In margine superiore tessera gentilicia cum litteris **FE**⟨dericus⟩ **DUX**. Ff. I, IIʳ, IIIʳ vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. X. de Zelada card. bibliothecarii.

263 (olim 493). Saec. XV, membran., mm. 334×227, ff. II. 174.

Materni Iulii Firmici matheseos libri I-VIII.

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 275 signatur, titulos habet tum maiusculis tum minusculis rubris, litteras initiales maiores caeruleas ac rubras alternas, initiales maximas aureas lineis ac floribus ornatas. In f. IIᵛ circulus corona laurea et globulis aureis ornatus in cuius medio titulus operis. F. 1 ornatum est geniis, intextis lineis, floribus ac tribus circulis; in primo et secundo manu italica picti ursus et panthera catenis collis insertis, in tertio tessera gentilicia fridericiana minor. In marginibus saepe adnotatur *deest*. In f. 171 subscriptio librarii: *Iulii Firmici explicit Cristo gratias. G. Hispannus*. Ff. I, IIʳ, 172-174 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Innocentii XI et Fr. Laur. Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

264 (olim 1152). Ann. 1483 (cf. f. 176), membran., mm. 333×211, ff. I. 197.

Alberti Leonis Baptistae de architectura libri I-X. Lib. I inc. *De lineamentis aedificiorum conscripturi optima et elegantissima*. Lib. X des. *ut digniores multoque elegantiores habeantur;* praeit prooemium: *Multas et uarias artes quae ad vitam - Quid conferat architectus in negotio* (ed. Parisiis 1512).

Codex littera currenti scriptus atque in antiquo indice urbin. n. 293 distinctus titulos habet maiusculis tum auro tum coloribus caeruleo et viridi varie illitis. Initiales maximae alias variis coloribus atque imaginibus, alias lapidibus pretiosis egregie pictae sunt. In f. 1 margine inferiore magna aquila nigra unguibus regit tesseram gentiliciam Friderici Urbini ducis. In f. 196 subscriptio librarii. *P. Ant. Sal. Patavii, MCCCCLXXXIII.* Ff. I, 197 vacua.

In tegumenti dorso insignia Innocentii XI ac tessera gentilicia Fr. Laur. Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

265 (olim 497). Saec. XIV ex., membran., mm. 353×268, ff. I. 183.

Vitellonis prospectiva seu optica libri I-X. Lib. I inc. *Presens itaque negotium X libris*. Lib. X des. *nihil eque bonum estimantes cui sit honor et gloria...;* praeit auctoris epist. nuncupatoria *veritatis amatori Wilhelmo de Morbeka,* quae inc. *Uniuersalium entium studiosus amator* et des. *perspicaciori ingenio modereris* (ed. a Fr. Risnero, Basileae 1572).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 289 signatur, littera currenti et binis columnis exscriptus est. Initiales maiores maiusculae rubrae lineis, initiales maximae coloribus ac foliis saec. XV ornatae sunt. In prima initiali pictus auctor qui sectionem circuli monstrat. In f. 183ᵛ subscriptio: *hic vitello est mei barth. Troiani veronensis.* Et infra manu Veterani bibliothecarii urbin.: *Qui liber postea alterum habuit patronum uidelicet Illmum Ducem Federicum feretranum. Cuius memoria in benedictione est.* Ff. I, 183ʳ vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Innocentii XI ac Fr. Laurentii Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

266. An. 1424 (cf. f. 83ʳ), chart., mm. 360×237, ff. II. 83 (+ f. 72ª, ᵇ, a librario omissis).

Crescentiis (de) **Petri** civis bononiensis ruralium commodorum libri I-XII. Lib. I inc. *Cum ex uirtute prudentie qua internum bonum et malum.* Lib. XII des. *et retibus diuersis ac vischo;* praeeunt [1] (f. 1) epist. nuncupatoria auctoris *fratri Aimerico de Placentia* ordinis praedicatorum generali magistro: *Cum putem librum ruralium commodorum - pomis in qua inueniuntur multa iocunda;* [2] (ibid.) eiusdem epist... Carolo II Hierusalem et Siciliae regi: *Cum considerarem aetatem et multiplices cogitationes - beneplacitis et mandatis;* [3] (ibid.) capita omnium librorum (ed. per Iohannem Scützler civem augustensem 1471).

Codex binis columnis ac littera currenti scriptus titulos habet minusculis rubris, litteras initiales maiores coloribus aquatis rudissime illitas. In f. 72ᵇ manibus saec. XVII *Historia generale di D. Alfonso*, et infra schedula partim impressa partim scripta, quae translationem bibliothecae urbinatis in vaticanam memorat. *Cassa Vec. 9ª N. 1º* | *Cassa No. 53. N. 401.* In f. 83ʳ subscriptio manu librarii: *Ruralium Comodorum... liber explicit die VII septembris 1424, Bertenorii.* Ff. 72ª, ᵇ, 83ᵛ vacua.
Tegumentum ex pergamena alba recenti.

267 (olim 503). Saec. XIV, membran., mm. 379×258, f. I. 41.

Ptolemaei Claudii quadripartita; **Ali** filii Hamet de electionibus; **Omar** seu **Aomar** de nativitatibus.

1 (f. 4). Ptolemaei Claudii (in ms.... *Pheludiani*) quadripartita, libri I-IV, ⟨Platone tiburtino interprete⟩. Lib. I inc. *Rerum yesüre in quibus est pronosticabilis.* Lib. IV des. *hoc in loco huic libro finem imponere non incongruum existimamus* (cf. ed. Venetiis 1493 per Bonetum Locatellum f. 3-104ᵛ, sed sine commentariis, qui adduntur in hac editione).

2 (f. 23). Ali filii Hamet embrani de electionibus libri I-II, Abraamo iudaeo hispano interprete. Lib. I inc. *Opera iudiciorum astrorum certa esse a Ptolomeo patenti ratione probatum est.* Lib. II des. *Cauda eius in eius nadir in consimili gradu et momento si deus uoluerit;* praeeunt [1] prooemium: *Rogasti me, karissime, ut tibi librum de eligendis horis componerem - postquam tibi potuerit;* [2] capita libri I: *Tractatus primus est quinque differentiarum - Quinta quibus horis confidimus an id quod inceptum fuerit perficiatur.*

3 (f. 33). Omar seu Aomar Alfagani (in ms. *ben Istami*) tiberiadis de nativitatibus libri I-IV, Iohanne hispalensi interprete. Lib. I inc. *Dixit Omar ben algafani* (!) *tiberiadis. Scito quod diffinitiones natiuitatum.* Lib. IV des. *Gradus ad quem peruenit directio et primus gradus arietis et diuisor iupiter.* Deinde librarii clausula: *Perfectus est uniuersus liber quem transtulit Iohannes hispalensis*

atque limiensis de arabico in latinum (cf. Mairay, Catal. codd. mss. Digby, Oxonii 1883, p. 210, n. 8).

F. 39v. Ad inveniendum annos ab initio mundi secundum hebraicam veritatem. Inc. *Vide quotus annus computetur ab incarnatione domini.* Des. *Dies ex 24 horis.* Infra tabula embolismorum etc.

Codicem, qui in antiquo indice urbin. n. 271 signatur, binis columnis exscripsit *magister Iohannes de Olargiis narbonensis,* uti habetur ex subscriptionibus ff. 21 et 39v. Tituli minusculis rubris, litterae initiales maiores caeruleae ac rubrae alternae quae, prima excepta, una cum initialibus maximis, auro et coloribus ornatis, saec. XV suppletae esse videntur. In f. 1 capita librorum; in f. 3v circulus corona, auro et foliis ornatus, in cuius medio tituli operum; in f. 4 ornamento antiquiori foliis repentibus decorato addita est tessera gentilicia cum litteris **FE**⟨dericus⟩ **DUX**. Ff. I, 1v, 2, 3r, 40v, 41 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Fr. Laur. Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

268 (olim 511). Saec. XV, chart., mm. 410×289, ff. III. 39.

Beldemando de Prosdocimi patavini canones de motibus corporum supercaelestium. Incipiunt: *Facta et ordinata sunt quam plura et uaria paria tabularum ad celestes motus.* Desinunt: *per astrolabium uel quadrantem uel aliud instrumentum ad hoc aptum prout in eorum docetur canonibus.* Deinde clausula: *Et sic fit finis... Anno d. n. I. ch. 1424 Padue compilatorum cum dei gratia Amen.* Pergunt [1] (f. 13r) *tabulae mediorum motuum in annis Christi collectis per 28.* Inc. *Anni. Medius motus solis.* Desinunt cum tabula directionis diversitatis aspectus (de his tabulis cf. Favaro, *Intorno alla vita ed alle opere di Prosdocimo de' Beldomandi* in *Bullettino... di scienze matematiche e fisiche,* Roma 1879, 12, p. 187-206). [2] (f. 29). *Tabule fixarum...,* nempe stellarum. Inc. *Anni Xpisti 1... littere dominicales... / Ianuarius / Februarius / ...* Des. *Fuerunt ergo omnes huiusmodi stelle fixe verificate tempore Alphonsi sc. completis annis... 1251 et mensibus 5.* Stellae numerantur 1022.

F. 34. *Longitudo et latitudo locorum infrascriptorum.* Incipiunt fere elementorum ordine: *Athene, Antiochia - Yerusalem, Zenzar.*

F. 35v manu posteriore: *Medietas terre depicta sub plano...* et infra schema.

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 278 signatur, binis columnis exscriptus est. Tituli minusculis nigris, litterae initiales caeruleae ac rubrae alternae, quae posterius uti etiam prima initialis maxima ac tessera gentilicia cum litteris **FE**⟨dericus⟩ **DUX** pictae esse videntur. Ff. I-III, 1r, 11v, 13r, 28v, 33v, 35r, 36, 39 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VIII ac Fr. Laur. Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

269 Saec. XVII in., chart., mm. 408×280, ff. 36.

⟨Frenorum et capistrorum formae cum declarationibus⟩. F. 1. Inc. *Modo che si tiene per imbrigliare caualli sia questo Per il primo guardare se la lingua*

e sotile o grossa. Des. *Questa seghetta de treppezzi* (!) *e più aspra de tutti e Cauezzoni passati e per allegerir un Cauallo che se appoggi alla mano questo e un strumento bonissimo adoperandolo questo e tutti gli altri con quel temperamento che miglior parra al Cauallerizzo.* Formae frenorum pictura unicolore nigra descriptae sunt quadraginta, adiunguntur tres *barbazale,* octo *guardie,* quatuor *cauezzoni.*

Littera currenti scriptus codex nullis ornamentis distinguitur. F. 36ᵛ vacuum. Tegumentum ex pergamena alba recenti.

270. An. 1559 (cf. subscr. f. 1), chart., mm. 423 × 274, ff. 85.

⟨Frenorum formae cum explanationibus⟩. F. 2 prima explanatio inc. *Questo Freno è a l'anticha et è buono per il poledro et galiardo per alciarlo* (!). Ultima explanatio dicit: *Questo morso spezato e per mostrare come un Fatto le briglie che si slonghano e scortano... segnati alli lochi suoi come si uedde.* Frenorum formae octogintaquatuor pictura unicolore nigra descriptae sunt.

Codex littera currenti scriptus in f. 1 ornamentum habet architectonicum coloribus aquatis pictum, in basi sinistra inscriptio: *Phelip*⟨us⟩ *Urson pictor Mant*⟨uae⟩ *fecit M.D.LVIIII.* In margine inferiore distichon: *Fraenos ponit equis liber hic sic fraena malignis tu pones / multo robore et arte ualens.* In f. 85ᵛ notula expensarum alia manu aliquando posteriore: *Pel caneuaccio di seta reali cento. / Per la spada reali trentacinque. / Per Camise reali uintetre* (!) */ Per un paro de Calzette Carmesine reali sesanta. / Una altra Camisa reali unici* (!) */ Per tre collari reali trentasei.* Folia versa omnia vacua. In imis marginibus antiquiores foliorum notae numerales litteris ac numeris signatae.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII ac Io. Bapt. Pitra card. bibliothecarii.

271. An. 1620 (cf. f. 47ᵛ), chart., mm. 424 × 282, ff. 47.

⟨Frenorum et capistrorum formae cum explanationibus⟩. F. 3 prima explanatio inc. *Questo si adimanda Capezzone tutto di corame.* Ultima explanatio: *Questa Camarra tutta di ferro con questo artifizio di dentro... non farrà ne bella ne uistosa bocca, ne collo al detto Cauallo.* Fraenorum formae quadraginta quinque lineis descriptae sunt.

Codex littera currenti scriptus in f. 47ᵛ ornamentum habet cum taeniis et instrumentis scriptoriis; in taenia inscriptio: *Silvestro Vanzi Ferrarese MDCXX.* Ff. 1-2 vacua.

Tegumentum ex pergamena alba codicis aequali.

272. Saec. XVII in., chart., mm. 456 × 363, ff. I. 49.

⟨Frenorum formae cum explanationibus⟩ (cf. cod. antecedentem).

Typis impressus liber sed fraenorum formae coloribus aquatis pictae sunt. In f. 46ᵛ eadem instrumenta scriptoria, quae in f. 57ᵛ codicis antecedentis, sed nulla est inscriptio in taenia. Ff. I, 57-49 vacua.

Tegumentum ex corio rosaceo codicis aequali cum ornamentis auro impressis.

273. Saec. XV ex., membran., mm. 458×312, ff. 204.

Berlinghieri seu **Berlingeri Francesco** geografia libri I-VII (in ms. *giornate*) cum picturis orbis et partium. F. 4. Lib. I inc. *Gia lauriga di titano addorno / El sagittario urtaua orientale.* Lib. VII des. *De piu uetusti della etate antica* (ed. Florentiae per Todesco sine anno, fortasse 1478); praeeunt [1] (f. 1) epist. nuncupatoria auctoris *ad inuictissimo Federico Duca durbino*, quae inc. *Considerando meco qual uia fusse, per qual potesse ogni huomo al ciel redire* et des. *Ecco la possession in giorni septe* (l. cit.); [2] (f. 1ʳ) apologus Marsilii Ficini in librum geographiae Francisci Nicolai Berlingherii, qui inc. *Quem iupiter omnipotens orbis totius dominus* et des. *totum subiicit orbem* (l. cit.); [3] (f. 2) Iunonis apologia apud Iovem in morte invictissimi Friderici ducis per Franciscum Berlingerium ad Guidonem Urbini ducem, quae inc. *Cum ingens heroum regumque et rerum per gemitus immensas Iouis omnipotentis aures uerberaret* et des. *ne una cum uita illa mortali amisisse omnia uite illius mortalia bona uideatur;* [4] (f. 2ʳ) index (l. cit.).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 352 signatur, binis columnis exscriptus est. Tituli tum maiusculis tum minusculis rubris, interdum aureis; initiales tam maiores quam maximae aureae intextis lineis et coloribus ornatae sunt. F. 2 margines decorati lineis affabre intextis, coloribus et auro. In f. 3ᵛ templi forma seu basis splendide picta insignibus ac tessera gentilicia Friderici ducis, in medio titulus operis. F. 4 totum ornatissimum est floribus, coloribus, imaginibus, gemmis, geniis, insignibus ac tessera gentilicia cum litt. F. D. In sex circulis perspicitur parva imago alias sola alias comitantibus uno vel duobus, quae rebus geographicis mentem intendit. Ante primam initialem f. 4 imago Friderici Urbini ducis. Codex insuper splendet chartis geographicis ditissime auro et coloribus pictis. Post librum II tabulae octo orbis et Europae: post lib. III aliae sex tabulae Europae: post. lib. IV tabulae quatuor Libyae; post lib. V quatuor tabulae Asiae et tabula terrae sanctae; post lib. VI quinque aliae tabulae Asiae; post lib. VII aliae tres tabulae Asiae. F 3ʳ et plura alia vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et Io. Bapt. Pitra card. bibliothecarii.

274 (olim 517). Saec. XV ex., membran., mm. 444×299, ff. II. 135.

Ptolemaei Claudii cosmographiae libri I-VIII, ⟨Iacobo Angeli interprete⟩. Lib. I inc. *Cosmographia designatrix imitatio est totius cogniti orbis.* Lib. VIII des. *uersus boream atque austrum usque ad utrosque polos zodiaci:* praeit Nicolai Germani in tabulas geographicas a se pictas epist. nuncupatoria ad Paulum II pontificem, quae inc. *Non me fugit, beatissime pater, Cumque summo ingenio exquisita* et des. *sed quantum dare uoluerim intueri supplicem ama* (Anno 1482 impressum Vlmae per Leonardum Hol). Chartae geographicae sunt triginta et una, nempe una plus quam in ed. cit., quae in foliis vacuis 73ᵛ-74

posterius adiecta est post detectum fretum mengalianicum et alias Americae terras. Inter alia notantur in America septentrionali: *qui fu preso elverazano fiorentino dai cannibali;* in meridionali: ⟨In⟩ *Totam hanc prouintiam uenit nuper in 1495 petrus albares* ⟨e⟩*quus* (!) *regis hispaniae;* in centrali: *in questo colfo son pere belisime.*

Codex duabus columnis ut plurimum exscriptus titulos habet litteris aureis tum maiusculis tum minusculis; initiales maximas aureas lineis affabre intextis et coloribus ornatas. In f. 1 et aliis plurimis ornamenta picta auro, floribus atque intextis lineis. In f. 2 ubi incipit opus imago Ptolemaei manu italica. Ff. I, II, 134, 135 vacua uti etiam paginae versae foliorum in quibus chartae geographicae pictae sunt.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

275. Saec. XV, membran., mm. 421 × 284, ff. 129.

Ptolemaei Claudii cosmographiae libri I-VIII, ⟨Iacobo Angeli interprete⟩.

Omnia omnino uti in codice antecedenti, quin etiam in eadem officina libraria codex pictus esse videtur. Deest charta geographica foliorum 73^{v}-74, quam descripsi in codice antecedenti. In f. 1 margine inferiore tessera gentilicia nunc partim evanida Friderici Urbini ducis posterius adiecta est. In indice urbin. antiquo codex n. 351 signatur.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Clementis XIV.

276. An. 1460 (cf. subscr. f. 231^{v}) membran., mm. 265 × 191, ff. III. 232.

⟨Decembri⟩ Petri Candidi *de omnium animalium naturis atque formis nec non rebus memoria et annotatione dignis ad illustrissimum principem D. Ludouicum Gonzagam Mantuae Marchionem.* Libri I-V. F. 2, lib. I inc. *Omne animal quod duos aut quattuor aut nullos pedes habet sanguine alitur.* Lib. quartus de animalibus des. *Sunt et uermes alii maii appellati: qui eo mense collecti atque contusi sanant equos a pedum ictu in iuncturis Laesos tibiarum.* F. 204^{v}. *De rebus memoria et annotatione dignis,* seu lib. V inc. *Perfectis hic que de animantibus dicere institueramus non inutile nobis uisum est si quae in natura rerum continentur annotatione et fide digna.* Des. *et in Brixanti fluuio esse homines miri candoris altitudinis duodecem* (!) *pedum . facie bipertita, naso longo. colore musculento. Finiunt libri quinque... editi a p. Candido feliciter. D. L.* et infra colore nigro: *1460;* praeit f. 1 auctoris prooemium quod inc. *Cum Neapoli otiosus degerem: et Legendi studio singula ut fit diligentius exquirerem incidi in non nullos commentarios ab ignaro quodam editos de natura animantium,* et des. *His et insertum est Vberti testimonium parentis mei optimi atque doctissimi. Sic igitur dicere aggrediar.*

Celebris hic codex varia manu pulcherrimis animantium figuris in imis marginibus saeculo XVI pictis titulos habet litteris minusculis rubris, initiales maximas aureas intextis lineis ac variis coloribus ornatas, litteras initiales maiores tum caeruleas tum rubras.

In f. III index parvus librorum. In f. 1 parte superiore tessera gentilicia marchionis Mantuae Ludovici Gonzagae cum litteris L-V. Codex non est urbinas sed saec. XVII inter urbinates adscitus, uti eruitur ex notula in inventario vaticano huic numero adscripta: *Sostituita nel luogo vuoto una Opera di P. C. Decembrio.* De hoc codice cf. Luzio-Renier in opusculo, *I Filelfo e l'Umanesimo alla corte dei Gonzaga* in *Giornale stor. d. Lett. ital.* vol. 16, 1889, p. 147 sq. et Carta Francesco, *Codici corali e libri a stampa miniati della Biblioteca naz. di Milano,* Roma, Bencini 1891. Ex gallo indico in f. 94 picto et ex stylo imaginum humanarum periti artium mihi ultro concesserunt, quicquid alii senserint, picturas huius codicis non ante saeculum XVI fuisse confectas. Quare annus 1460, f. 231ᵛ additus, scripturae codicis referendus esse videtur. Epistola autem marchionis Mantuae, edita a Luzio-Renier l. cit., voluntatem conficiendi non confectas picturas demonstrat. F. 1, II, IIIᵛ, 232 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Benedicti XIV ac Dominici Passionei card. bibliothecarii.

277. An. 1472 (cf. f. 69), membran., mm. 597 × 427, ff. 134.

Ptolemaei Claudii cosmographia; tabulae topographicae nonnullarum urbium; **Veterani Friderici** hexametri.

1. Ptolemaei Claudii cosmographia (in ms. *de situ orbis*) libri I-VIII, Iacobo Angeli interprete, tabulis geographicis praediti. Lib. I inc. *Cosmographia designatrix imitatio totius cogniti orbis.* Lib. VIII des. *ad utrosque polos zodiaci;* praeit interpretis praefatio ad Alexandrum V summum Pontificem, quae inc. *Ad tempora Claudii Ptolomaei cogitanti mihi illud occurrit* et des. *iam iam ptolomeum ipsum latine loquentem audiamus* (Anno 1482 impressum Vlmae per Leonardum Hol).

2. [1] (f. 71) tabulae geographicae et topographicae: Europae 1-10, Africae 1-4, Asiae 1-12, deinde tabulae recentioris Hispaniae, Galliae, Italiae, Hetruriae, Peloponnesi, Cretae insulae, Aegypti. [2] (f. 125ᵛ) tabulae topographicae urbium, nempe Mediolani, Venetiarum, Florentiae, Romae (quam tabulam ed. de Rossi in opere, *Piante iconografiche e prospettiche di Roma*, Roma 1879, tab. 3), Constantinopolis, Damasci, Hierusalem, Alexandriae, Cairi, Volaterrae, omnes coloribus splendide pictae.

3. Veterani Friderici [1] (f. 120ᵛ) hexametri I-VI in Italiam. Inc. *Italia en foelix si non succumbere Gallis Fata darent.* Des. *Post multas clades nomen sibi uendicat istud.* [2] (ibid.). In laudem Friderici ducis Urbini hexametri I-II: *Dux Federice tibi laus hec est in re tributa / Huius eras custos cum regibus parthenopeis.*

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 350 signatur, eleganter binis columnis scriptus est *per me Ugonem Comminelli de Maceriis supra Mosam in Francia: Florentiae die quinta Ianuarii 1472,* uti habetur ex subscr. in f. 69, sed hic scriba iterum nomen suum apponit in f. 118 litteris compendiariis *H. C. F.* ⟨Hugo Comminelli Francigena⟩

(cf. etiam codd. Urb. lat. 1-2). Tituli tum maiusculis tum minusculis auro et minio, litterae initiales tam maiores quam maximae aureae lineis aureis et coloribus ornatae sunt. F. 2^{v} totum splendide ornatum auro, floribus, bestiis, numismatibus auro pictis Augusti, Claudii et Traiani, insignibus ac tessera gentilicia Friderici Urbini ducis. Ante primam litteram initialem Iacobus Angeli flexis genibus suam novam Ptolemaei versionem Alexandro V pontifici offert. In f. 3 littera initiali Claudii Ptolemaei imago chartas geographicas describentis. Omnia manibus italicis. Multa folia scriptura vacant.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

278. Saec. XVI-XVII, chart., mm. 428 × 298, ff. II. 85 (+ ff. $75^{a\,b\,c}$ librarii oscitatione omissis).

1. **<Iconographia sexagintasex aedificiorum quae temporibus Francisci M^{ae} II Urbini ducis ab eo et ab aliis in territorio urbinate constructa fuerunt>. Inter aedificia anonyma aliquando lineis aliquando coloribus picta haec nominibus instructa sunt:** [1] (f. 2) *Casa degli eredi del Cap. Guglielmo Guidi* - [2] (f. 15) *Casa nel Barco* (!) *di Casteldurante* - [3] (f. 25) *Casa di Sinigaglia da farsi 1606* - [4] (f. 25) *Caualleriza in Sinigaglia* - [5] (f. 38) *Portanile* - [6] (f. 43) *Vedetta* - [7] (f. 44-54) *Per fosombrone* <sc. domus>. [8] (f. 58) *Porto di Pesaro 29 Luglio 1616* - [9] (f. 60) *Barchetto et portanile* - [10] (f. 63) *Giardino di Lello, Casa di Lello* - [11] (f. 67) *Piano della Piazza di Bellouardo* - [12] (f. 71) *Monte Berticchio 1598* - [12] (f. 75) *Barchetto a Casteldurante 1596.*

2. **<Variae rationes expensarum pro aedificiis construendis in territorio urbinate>** [1] (f. 76) *Conto della fabbrica del Convento e Chiesa,* [2] (f. 77) *casa contigua a quella dei lavoratori,* [3] (f. 78) *pianta delle stalle vecchie e case contigue,* [4] (f. 79) *il sito di s. Arcangelo, il sito vicino al Vescovato,* [5] (f. 81) *Conto di quest' ultimo disegno del Convento,* [6] (f. 82) *Conto della galleria di Casteldurante,* [7] (f. 83) *Progetto di lavori a Montebello.*

3 (f. 85). **<Fragmenta desumpta e tabulariis de moribus et constitutionibus civitatis Venetiarum ann. 1334, 1318, 1315>. Inc.** *Qualche gratia: la onde i boni homini dissero che uolenno che il principe. la dogaressa e la signoria fosse obligato andare ogni anno alla lor chiesa.* **Abrumpitur vv.** *E perchè gli homini apresentorno il tuto alla signoria furno richiesti che adomandasseno.*

Multa folia vacua.

Tegumentum obductum pergamena alba codicis fere aequali.

279. An. 1578-1579 (cf. f. 7 et 9), chart., mm. 418 × 315, ff. 34.

Piccolpasso Feliciano <ichnographia et prospectus Umbriae et I-XV oppidorum eiusdem regionis>. Binis tabulis singula oppida describuntur sed Assisium tribus. Oppida sunt haec: *Perugia, Asisi, Fuligno, Trievi, Montefalco, Todi,*

Narni, Terni, Riete, Cassia, Visso, Cereto, Nocera, Sassoferrato, Città di Castello; in f. 32 prospectus totius Umbriae (cf. Annibale Tenneroni, *Biblioteca Manzoniana, catalogo ragionato dei mss.*, Città di Castello 1894, n. 137, p. 124).

Codex exaratus littera currenti subscriptionem praefert (f. 7) *Cipriano Picolo Pa faceua MDLXXVIIII*, sed in f. 9 *Cipriano Picili passo faceua MDLXXVIII.* Prospectus calamo atque atramento sunt delineati. Oppidorum nomina litteris maiusculis nigris.

Tegumentum ex pergamena alba codicis aequali.

280 (olim 519). Saec. XV, membran., mm. 395×270, ff. II. 384 (+ ff. 326[a b c d] a librario omissis).

Strabonis de situ orbis libri I-XVII, Guarino Veronensi ⟨et Gregorio Tifernate⟩ interpretibus. Lib. I inc. *Si ad philosophum alia pertineat ulla tractatio.* Lib. XVII des. *et decarche ab eis portiones sunt ac semper fuere;* praeeunt [1] (f. 2) Guarini Veronensis epist. nuncupatoria ad Nicolaum V, quae inc. *Tuarum plerumque rerum contemplatione adductus* et des. *pontificante nicolao quinto eodemque mandante;* [2] (f. 3[v]) argumentum libri I, quod inc. *Summatim extra philosophiam* et des. *transposite sint;* subsequitur [3] (f. 324) ⟨Io. Andreae de Bussi episc. Alariensis de suis fragmentis strabonianis apologia ad Paulum II⟩ *Geographiam multos scripsisse nouimus - ac placidissime pontifex* (ed. Io. Vercellensis 1480, cf. Hain, Repert. bibliograph. n. 15089); [4] (f. 327) tabula capitulorum, eadem quae praeponuntur singulis libris; [5] (f. 329-382) rubricae seu *index earum rerum quae in libris Strabonis de situ orbis terrarum continentur.* Inc. *Qui de geographia scripserint,* des. *Praefecturae decem.*

Codicem, qui in antiquo indice urbin. n. 354 signatur, exaravit *Gundisaluus hispanus scriptor indignus*, uti habetur in f. 326[v]. Tituli minusculis rubris, litterae initiales maximae aureae satis perita manu multa cum varietate tum auro, coloribus et lineis intextis, tum floribus ornatae sunt. In f. 1[v] circulus floribus ac duabus tesseris gentiliciis Friderici Urbini ducis ornatus; in medio circulo compendiarius titulus operis. F. 2 ornatum est floribus, avibus, papilionibus, geniis ac tesseris gentiliciis minoribus Friderici Urbini ducis; in ornamento sententia: *Da Dio nascon tucte le vir*⟨tù⟩. Ff. I, II, 1[r], 3[r], 326[a b c d], 328[v], 383, 384 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Innocentii XI et Fr. Laurentii Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

281 (olim 1123). An. 1462, (cf. f. 231), membran., mm. 342×238, ff. III. 232.

Valturii Roberti de re militari libri I-XII, eiusdem epist. ad Machomet; **Basini** et **Philelphi Marii** carmina ad Valturium; **Pizzocolli Cyriaci** anconitani epistolae duae ad eundem.

1 (f. 8[v]). Valturii de re militari libri I-XII. Lib. I inc. *Quum itaque inter omnes prisce auctoritatis.* Libri XII cap. ult. des. *et currentem, ut aiunt, ad*

cursum adsidue prouocasti; praeeunt [1] (f. 1) elenchus et index rerum; [2] (f. 5) epist. nuncupatoria auctoris ad *heroa* Sigismundum Pandulphum Malatestam splendidissimum Ariminensium regem, quae inc. *Credo equidem nec sum nescius* et des. *maxime profuturum* (ed. Veronae 1472 Iohannes ex Verona oriundus).

2 (f. 228ᵛ). Basinii ⟨de'Basini⟩ parmensis hexametri I-X in opus Valturii. Inc. *Bella gerenda ducem.* des. *potuit concurrere metam.* (ed. Bandini, Biblioth. Laurent. 2, col. 373; cf. Schelhorn, amoenitates litt., Lipsiae 1725, 3, p. 126).

3 (f. 229). Philelphi Marii ad Robertum Valturium elegia. Inc. *Felices italos et nostra uolumina lingua.* Des. *tua dona Duci* (Carmina illustr. poetarum italor., Florentiae 1720, 7, p. 168).

4 (f. 229ᵛ). *K*⟨yriaci⟩ *A*⟨nconitani⟩ *T.* epist. duae de duabus latinis inscriptionibus ad Valturium missis. Prima inc. *Heri et eodem quo a te concessimus.* des. *uale et Karolo* ⟨sc. Aretino⟩ *ceterisque tuis meo nomine s. p. d.* et infra: *K. A. T.* Ibid. epist. II inc. *Vides iamque elegantissime Roberte* des. *et perstrenui principis nomine delegisti* (ed. has duas epist. Bandini, l. cit., col. 374-375. De inscriptione autem prima cf. C. I. L., XI, p. I, Inscr. ravennates, n. 5).

5 (f. 230). Valturii Roberti epistola pro Sigismundo Malatesta *Machomet Bei Magno et Sultano Turchorum cum libris rei huius militaris ac Mathei pasti Veronensis transmissione.* Inc. *Cupienti mihi.* des. *obsequentissimos deditissimosque annumeres* (ed. Baluzius, Miscell., t. IV, p. 524).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 432 signatur, titulos habet tum maiusculis tum minusculis rubris, initiales maiores aureas caeruleo colore foedatas, initiales maximas aureas intextis ad ingenium lineis, coloribus et aliquando humanis imaginibus et bestiis ornatas. Margines f. 5 ornati sunt floribus, intextis lineis, auro ac tessera gentilicia minore F⟨riderici⟩ C⟨omitis⟩. Machinae bellicae passim satis pulchre pictae sunt coloribus aquatis. In f. 231 subscriptio librarii: *Sigismundi Nicolai Alamanii hoc Manu quanta ualuit Diligentia scriptum opus: et praesentibus posterisque demandatum. An° Christi et Saluatoris nostri. M.CCCCLXII· et. V Idus Maii.* F. I-III, 231ᵛ-233 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Innocentii XI et Fr. Laur. Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

282 (olim 1124). Saec. XVI, membran., mm. 333×242, ff. II. 90.

Terzone Giov. Angelo *da Lionessa de l'ordine de san Francesco Delle cose spettanti alla Militia* libri I-III. Lib. I (f. 3ᵛ) inc. *Non senza degna inuestigazione perche li christianissimi Re de franza instigati dal spirito sancto.* Lib. III des. *Offensiue: Spada. Stocho. Mazza. Lanza grossa. Roncha;* praeeunt [1] (f. 1) auctoris epist. nuncupatoria *Ludouico Re de franza et de cicilia e Neapoli Re,* quae inc. *Non senza maraueglia credo T*⟨ua⟩*maiesta de tanta diuina piu che humana adsumptione spera la catholica fede* et des. *Per esser gia membro et in italia Neapolitano Re;* [2] (f. 2) *De le conditioni de li bon caualieri Prologii:* inc.

Essendo una militia la uita nostra, des. *Sobri. casti. obedienti. Iulio cesare uoleua li soi soldati.* Subnectuntur [1] (f. 86ᵛ) alia epistola: *Al dauitico et Xpistianissimo Re di franza. frate Io. Angelo terzone da leonessa humile salute manda*, inc. *Mi parse Dauitico et Xpistianissimo mio*, des. *et de la Regina de li angeli Vergene Maria. A quello sia laude e gloria quale principio e fine;* [2] (f. 87) *Tabula de la terrena militia posta sotto la celestiale militia angelica del ordine de san Michele*, prologus: *De lopre ad Re de franza in sua laude...* Capita libri I, 13, libri II, 35, libri III, 34. Cap. I: *Del ordine de san Michele e de li paladini de franza.* Cap. 34 libri III *de li nomi di tutte le arme. Epistola alla sacra... del... Ludouico presente.*

Codex quadraginta sex picturis militum et machinarum bellicarum satis rudibus manu italica illuminatis ornatus est. In f. 5ᵛ pictura tabularis, in qua equites palatini et rex genibus flexis ante crucifixi imaginem ad cuius pedes inscriptio: *Per defenderne confederati siamo.* Tituli maiusculis rubris, litterae initiales maiores caeruleae et rubrae alternae. In f. II. *Nomen non pono quia me laudare non uolo* et deinde: *Da poichè soto 'l cielo cosa non uidi / sanabile e ferma... che maį falito / Non ha promeso* (!) *a chi si fida in lui.* In f. 90ᵛ ter scriptum: *Homnia uincit amor sed non petamus* (!) *amori.* Ff. Iᵛ, 11ʳ, 47ᵛ, 51, 53ᵛ, 89ᵛ, 90ʳ vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Innocentii XI ac Fr. Laurentii Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

283. An. 1562 (cf. f. 10), membran., mm. 323×230, ff. 15.

T a b u l a e h y d r o g r a p h i c a e nonnullarum regionum lingua hispanica (f. 1) Asia, (f. 2) Europa, (f. 3) Hispania et Africae pars, (f. 4) Britannia, Hibernia, Gallia, (f. 5) India ⟨pars⟩, (f. 6) ⟨Indiae altera pars⟩, (f. 7) Aetiopia, (f. 8) Mare rubrum et Arabia, (f. 9) Hircanum sive Caspium mare et sinus persicus, (f. 10) Mundus novus, (f. 11) Guinea, (f. 12) Labrador, atlanticum mare, (f. 13) Peru, (f. 14) Terra Florida.

Tabulae hydrographicae splendide auro et coloribus pictae sunt.
Tegumentum e panno serico villoso coloris caerulei fusci, codicis aequale.

284. Saec. XVI-XVII, chart., mm. 336×240, paginarum VIIII. 104.

Tiene (da) Giulio *Capitoli Priuilegi et Ammaestramenti militari delle genti d'arme a piè dello stato del Serenissimo Sig. Francesco Mª Duca di Urbino, li quali si deono osseruare da tutti quelli che nel numero delle sue militie sono descritti con molto honore et utile di ciascuno di essi*, partes I-II. Pars. I inc. *È opinione et sentenza dei saui e ualenti huomini che non si usi militia più utile nè più commoda della propria.* Pars II des. *sarebbero state cagioni che molto più si fosse distesa la scrittura. Do fine all'opera;* praeeunt [1] capita primae partis 37 inc. *Proposta della materia che si tratta: cap. 1 Elettione di quelli che a fanti*

comandano; capita 1-22 partis secundae incipiunt: *Del Capitano Generale dell' esercito;* [3] (pag. 1) auctoris epist. dedicationis ad **Franciscum Mariam** ⟨II⟩ Urbini ducem, quae inc. *Sono passati alquanti giorni, Serenissimo Signore, che a nome suo mi fu imposto ch' io douessi per la nuoua scelta e descrittione dei Fanti che si ha da fare nello stato suo* et des. *che per difetto mio si fosse tralasciato o di souerchio o poco auuedutamente scritto. Di V. A. Serenissima. Humilissimo seruitore Giulio da Tiene.*

Codex littera currenti exscriptus nullis ornamentis distinguitur. Paginae I, II, $VIII^{v}$, 98-104 vacuae.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et Io. Bapt. Pitra card. bibliothecarii.

285. An. 1610 (cf. f. 2^{v}), chart., mm. 333 × 230, ff. I. 36 (+ f. 2^{a} librarii neglegentia omisso).

Aurispi Narcisi ⟨de extruendis propugnaculis⟩. Inc. *Si possono in due modo* (!) *formar sempre le fortezze o con l' arte o uero con il sito.* Des. *o quelle ch' altri auranno preso a seguitare nelle fortificationi;* praeit auctoris ad Franciscum Mariam ⟨II⟩ Urbini ducem epist. dedicationis, quae inc. *Mentre uado allestendo alcune cose mie più laboriose* et des. *ogni desiderata felicità. Dalla Corte d' Urbino il primo di Decembre 1610. Deuotissimo seruo Narciso Aurispi:* loquitur in hac epist. de schemate pro extruendis propugnaculis a Pompeo Floriani composito.

Codex littera currenti scriptus est. In f. 1 ornamentum calamo delineatum, in medio campus seu ager una cum inscriptione: *Ceres mutaret arces.* Ff. I, 1^{v}, 2^{a}, 24^{v}, 26^{v}, 28^{v}, 29^{v}, 30 vacua.

In tegumenti paginis binae tesserae gentiliciae Francisci M^{ae} II Urbini ducis auro et coloribus pictae sunt.

286. 287. 288. Saec. XVI-XVII, chartacei.

I. **(286)** mm. 323 × 225, ff. I. 434.

Fronsperger Leonardi *liber bellicus. Pars. I. De imperatorio iure bellico, rebus capitalibus... statibus et officiis equitum et peditum, tormentis et munitionibus... quorum genera, mores et usus sub politia Illustrissimi Potentissimi... Caroli V... exercuerunt,* libri I-X ⟨ex lingua germanica in latinam versi⟩. Lib. I (f. 6^{r}) inc. *Primum si quis Dominum* (!) *expeditionem instituere uoluerit tunc primas generalis in quouis peditum regimine praecipue rei militaris peritum circumspicere debet, quem Praetorem constituere potest.* Lib. X des. *Calamitates, Bella et Angores / Propter Saluatoris nostri nomen. Qui id cupit dicat Amen;* praeeunt [1] (f. 2) dedicationis epist. auctoris Maximiliano secundo romanorum imperatori: *Illustrissime, Potentissime, Inuictissimeque imperator... Caesareae Maiestati*

uestre omnia debeo. Siquidem homo per peccatum originale et naturam adeo corruptus est. - salutemque et temporaneam et aeternam concedat Caes. V. Mai. humilissime me commendans. Datum Francofurti 2 die Ianuarij Anno Domini 1565; [2] (f. 4) **prologus**: *Nullus unquam ante hoc tempus natus est uel extitit qui omnibus et singulis in omnibus rebus placere et recte facere potuerit - si quis meliora et proliziora habet ille sibi ipsi proprium librum paret.* **2** (f. 387). *Ordo bellicus spiritualis tum iuxta scripturam sacram Officia et Mandata... recta sint vel contra Voluntatem Dei fiant... ex plurimis Historiis et exemplis sacrae Scripturae collectus et congestus in utilitatem omnibus militibus...* Caput I: *Bella sint iusta uel iniusta, quomodo Regimen administretur et Veterum facta imitentur.* Inc. *Cum nostris temporibus Bellum in tantum uigeat et omnes homines ad Seditionem et Discordiam quam ad Pacem magis propensi sint.* Des. *ludendo et blasphemando considerare et talia precauere debent;* praeit *Ad Lectorem* ⟨prologus⟩: *Quoniam plurimi censeant et summe quoque admirandum sit tum Bellum pugnare et occidere a Deo ordinata et mandata sint - nisi quod luculentius aliquantum haec posui, spero quoque milites illa perlecturas uitam meam* ⟨suam⟩ *correcturos et meliores fore.* **Pergunt argumenta operum atque indices.**

II. (**287**) mm. 330×228, ff. I. 210.

Fronsperger Leonardi *libri bellici pars secunda. De Vallo circum Castra... Quomodo castra sint mouenda et Ciuitas... sit obsidione cingenda... De omnibus tormentis et ignitis operibus... quomodo Armamentaria custodiri,* **partes I-II. Pars I inc.** *Aditus brevis ad partem secundam libri de rebus Bellicis. Ab antiquo consuetudo laudatissima fuit quae etiam nunc hodie apud praestantes uiros viget et in posterum quoque duratura est.* Pars II partis II des. *nimirum Claustranos Fabros ferrarios, Murarios et similes qui sciant quomodo aedificia extruenda et deruenda sint;* praeeunt [1] (f. 2) auctoris prologus *Illustrissimo Potentissimo... Rodulpho creato regi Hungariae*: *Illustrissime ac Potentissime Rex Domine clementissimae* (!): *Regiae V. M. supplicissima ac obedientissima mea seruitia in primis dedita sunt - suppliciter ac obedientissime commendans. Datum Vlmae 3 Augusti Anno 1573;* [2] (f. 5) *Effigies* Leonardi Fronspergii ⟨cum rythmo⟩: *Haec effigies tibi demonstrat / optime notum militem Deus conseruet illum in laude ac honoribus;* [3] (ibid.). *Iudicium Domini cuiusdam Eruditi de auctore horum librorum ad Lectorem*: *Quemadmodum Dominus Georgius de Fronsperg fuit / Celeberrimus ac praestantissimus / Dux Belli - Non omitte illas quoque eme / Hoc certe non te paenitebit;* [4] (f. 6) *Partes maxime necessariae in quibus Victoria maxima ex parte consistit quae breuissime in Rythmos sunt comprehensae...*: *Dominus qui utiliter uult bellum gerere / Debet Populum ad labores iuratum constituere - Alias namque uigens damnum*

acciperet / si prius consilium perficeret; pergunt [1] (f. 298ᵛ) imago **Fronspergii** cum rythmo: *Quicunque laudem et honorem affectat - Nunquam statuerunt trophaeum;* [2] (f. 299-309) index.

III. (**288**) mm. 367 × 222, ff. I. 276.

Fronsperger Leonardi *libri bellici pars III. De aggeribus et muneribus circum castra... de equitum et illorum locationum ordinibus... qua ratione acies sint instruendae... Item Germanorum... aliarum gentium ordines bellici, mores et consuetudines...* partes I-II. Pars I inc. *Primas exercitus totius sum uocatus omnibus sum cognitus militibus nec non equitibus.* Pars II des. *Qui primatem obseruent uel si opus fuerit Tortores ducat;* praeeunt [1] (f. 2) auctoris epist. nuncupatoria *Illustrissimo Principi Giorgio* (!) *Friderico Marchioni Brandeburgensi: Illustrissime Princeps Domine Clementissime... Legitur in uariis et multis historiis Romanorum et Graegorum* (!) *- et gubernatione felici conseruare uelit. Datum Ulmae III die Augusti Anno 1573, G. V. subiectissimus... Ciuis Vlmensis Cesareeque Maiestatis Quaesitor;* [2] (f. 4) *Summae primae et secundae partis.* Summa primae partis inc. *Primo de locatione equitum moribus et consuetudine:* secundae partis summa des. *cuique militi scito necessaria.* In ff. 265-275 index tertiae partis.

Tres hi codices littera currenti scripti sunt una manu variante vel pluribus. In paginis interpolatae et adglutinatae picturae ex ligno xylographice, quae in editione germanica huius operis Frankfurti confectae fuerunt anno 1573.

Tegumenta ex pergamenis albis codicum aequalibus.

289. Saec. XVI-XVII, chart., mm. 305 × 200, ff. V. 221.

Trattato della Militia e delle Fortificazioni libri I-II. Lib. I (f. 4) inc. *A cui spetti il fortificare. Cap. 1: Più uolte ho ueduti far grandissimi contratti tra soldati et Architetti.* Lib. II des. *doue si parlerà delle qualità del modo, et del numero conueniente, e necessario a ciascheduna la qual parte sarà tutta di soldati*; praeeunt [1] (f. II) *Tauola dei capitoli...* cap. 1 libri I: *A cui spetti il fortificare. Che hà da imparare il soldato dall'Architetto;* cap. ult. libri I: *Del modo di cortine Napolitane;* libri II cap. 1: *Delle fortificazioni*, cap. ult. 47: *Della Cura di hauer Caualli;* (f. 1) ⟨epistola nuncupatoria auctoris Philippo II regi Hispaniae⟩: *Sacra; et Cattolica Maesta:* inc. *Son certo giustissimo et Catholico Re (il qual titolo non meno per l'attioni proprie che per l'hereditarie se gli conuiene) che molti mi terranno di poco giudizio,* des. *con pregar Iddio che gli dii uita lunga e felice con abondanza della sua gratia.*

Codex littera currenti scriptus nullis ornamentis distinguitur. Schemata lineis nigris descripta sunt. Ff. I, V, 219ᵛ-221 vacua.

Tegumentum ex pergamena alba codicis aequali.

290. Saec. XI et XIII, membran., mm. 312×250, ff. I. 71.

Astronomica, astrologica, philosophica et de computo ex Beda et aliis; Anthologiae latinae epigrammata nonnulla; **Helperici** monachi computus; annales Brunwillarenses.

1 (f. 1). ⟨De computo et de rebus astronomicis et philosophicis varia excerpta praesertim e Beda, Pseudo-Beda, Hermanno Contracto, Isidoro hisp. et aliis⟩. Inc. *Huic annali sunt propositae VII dierum litterae quarto repetitae signantes.* Des. *restat ut ex omni capite de parte aeris humor influat terris* (cf. Migne, vol. 90 et Biblioth. cassin., 1, Flor. p. 57-93). Haec tamen sunt maioris momenti adnotanda. [1] (f. 1ᵛ) ⟨Bedae⟩ *compotus* (!) *vulgaris, qui dicitur ephemerida* (!)... ⟨fragmenta⟩. Inc. a vv. *Ardua conuexae libat sacraria formae.* Des. *Per tua dona placeam pro uiribus oro;* deinde prooemium (M. 90, 727-730). [2] (f. 2ᵛ). *Ratio spere Pitagorae quam Apuleius descripsit* (sc. prognostica de aegris). Inc. *Quicumque scire uoluerit uel consulere.* Des. *si inferius morietur* (cf. Schum, *Verzeichniss der amplon. handscriften,* Berlin 1887, p. 647). [3] (f. 3). ⟨Pseudo-Bedae de divinatione mortis et vitae⟩ (in ms. *Petosiris Micipso regi salutem*) (M. 90, 963-966). [4] (f. 3ᵛ) Remi Favini (in ms... *Fanii*) de ponderibus et mensuris (ed. Riese, Anth. lat., n. 486). [5] (f. 7-10). ⟨Tabulae cycli paschalis cum notulis annalium Brunwillarensium⟩ (ed. Pertz, Monumenta German. histor., script., 16, p. 724-728). [6] (f. 12ᵛ). ⟨Ex Hermanni Contracti monachi augiensis computo quaestio cur lunae aetas persepe computo nostro non conveniat⟩ (in ms. *Compotus Herimanni*). Inc. *Si quis autem fortassis curiosiorem et in talibus diligentiorem.* Des. *XX momento die LXIIII ostento CCC. LXXVI eueniunt.* Non est haec quaestio in computo edito apud Migne, vol. 143; laudantur Beda et Columbanus. [7] (f. 32). Tetrastichon authenticum de singulis mensibus (Riese, Anth. lat., n. 395). [8] (f. 33). ⟨Ausonii⟩ monosticha de mensibus. (Riese, l. cit., n. 639). [9] (ibid.). ⟨Versus de natura dierum singulorum mensium⟩ (in ms. *Item alii uersus*) (Riese, l. cit., n. 394). [10] (f. 33ᵛ). ⟨Dodecasticha⟩ (in ms. *versus*) de duodecim signis. Inc. *Primus adest aries obscuro lumine labens.* Des. *Ex inspaniferi* ⟨l. squamiferi⟩ *serpentes ludere pisces* (ed. Biblioth. cassin., 1, Flor. p. 93). [11] (ibid.). ⟨Prisciani de sideribus⟩ (in ms. *Item alii uersus de sphera caelesti*) (Riese, l. cit., n. 679). [12] (ibid.). ⟨Ausonii⟩ de duodecim mensibus cum signis suis (Riese, l. cit., n. 640). [13] (f. 34). ⟨Nomina feriarum⟩ (in ms. *versus de septimanae diebus*) (Riese, l. cit., n. 488).

2 (f. 51ᵛ) Helperici monachi s. Galli computus (in ms. *libellus calculatoriae artis Helprici* (M. 137, 19-48).

3 (f. 62^v). ⟨Alia excerpta astronomica⟩. Inc. *Ciclus graece circulus latine. per medium censuit transire* (cf. Biblioth. cassin. l. cit.).

4. (F. 64). ⟨Cycli dionysiaci cum aliis notulis annalium Brunwillarensium⟩ (cf. f. 7-10).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 288 signatur, variis manibus exscriptus est. Tituli atque initiales litterae alias maiusculis alias minusculis rubris sed aliquando nigris. Schemata complura et imagines lineis descriptae. Ff. I, 14^v vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. X. de Zelada card. bibliothecarii.

291. Saec. XV, chart., mm. 291 × 202, ff. I et I membran. 168.

Flos florum numerorum quadratorum; algebra; practica geometriae; **Bigolli Leonardi** pisani de numeris quadratis; algebrae fragmenta.

1 (f. 1). *Fiore de fiori di tutta larte de quadrati...* Inc. *A principio diremo de le chiaue de le radicie.* Des. *questo forse si denno et a questi capitoli qui fine porremo.* 1 cap. *dichiarazione della chiaue de le radicie.* Ult. cap. *lo partire de le radicie cubiche.*

2 (f. 34). *Libro lo quale sigondo gl'arabi si chiama algiebra e almucabala e sigondo nostro volghare si chiama libro di ristorassione effue translatato da maestro gherardo cremonesè in tolletta ⟨Toledo⟩ di arabo in latino.* Inc. *Vnita cioe uno sie principio di numero e noue numero primo.* Des. *tanto uale la chosa.* In f. 61 margine inferiore, alia manu scribae aequali: *Io. petrus de penis fecit hoc opus 1313 die 18 Iunii.*

3 (f. 104). *Lo libro de numeri quadrati composto da Lunardo pisano in 1225.* Inc. *Io chonsiderato sopra lorigine di tutti quadrati numeri et trouai questo grado ordinato per li numeri montando.* Usque ad vv. (f. 111^v) *e lo numero quadrato leuane et resta et e così nota tutte* (est fragmentum versionis italicae anonymi).

4 (f. 121). *Diverse questioni di proporzioni di 3 e di 4 numeri.* Inc. *Poichè abbiamo detto sopra lo modo de l'algebra diuerse et morte quistione e da trattare e dire di diuerse questione di proporsione di tre e di quattro numeri* usque ad vv. *per l'autra parte a lo primo posto* (ed. Boncompagni, *Scritti di Leonardo Pisano,* Liber quadratorum, Roma 1862, 2, p. 243-283; cf. eiusdem, *Opuscoli di Leonardo Pisano,* Firenze 1856, p. 56 sqq.; *Notizie intorno alcune opere di Leonardo Pisano,* Roma 1854, p. 29 et 43).

5 (f. 132). ⟨Regula inveniendi numeros perfectos⟩. Inc. *La libbra de la carne del porcho uale alcuna chosa che la libbra de la carne del bo.* Des. *e così et cercando trouerai di 5 et nota bene.*

6 (f. 133). *Incipit tractatus super practicha geometrie.* Inc. *Yn del principio*

di questo trattato lassando passare ogni altri prologhi e afferero di comminciare leffetto diciendo prima che cosa sia gieometria et unde procede lo svo nome. Ultimum theorema: *Esse dicesse che la corda che si mette alle cime delle torre fusse braccia 60... lo resto sarà d r che i o men radicie di 12 $^1/_2$.*

7 (f. 150). ⟨Theorema lingua latina⟩. Inc. *Suppono quod quadrangulus minor equipollet quatuor et palinis equalibus.* Des. *de quo ligno ipse carpendator actu ita magnam deducit quam mensurauit imponi in predicto ligno;* sequitur schema.

8 (f. 150^v). ⟨Bigolli Leonardi quadratorum fragmenta⟩. Inc. *Se fussi dimandato di trouare uno numero quadrato che postone sopra alquante.* Des. *adunque di questo canonaccio ne uo fare vna spera rotonda.* In marg. f. 151 manu librarii: *In questo libro a carte 104 parla chiaramente di detta materia.*

9 (f. 153). ⟨Resumitur practica geometriae⟩. Inc. *Vno triangulo fatto come si sia sia dato un punto fuora del triangulo da quello punto dato.* Des. *saria 18 come uedi de la figura g h si è eguale h d a.*

10 (f. 157). ⟨De numeris proportionatis⟩. Inc. *Tre numeri proporzionati che lo sighondo sia 16 $^4/_5$ e lo terzo sie 20.* Des. *duncha lo sighondo sie 16 $^4/_5$ e de fatta.*

Codex littera currenti scriptus litteras initiales maiores exhibet tum rubras tum nigras. F. II^r habet varias notulas possessoris: *Nota quod ego magister Lucas de Nigriis incepi regere scollas Arismetice in Ianua unaa* (!) *cum G. Nicholao feo die nouem aprilis MCCCCLV.* Et infra: *Liber mei luce de Nigris de mediollano Arismetice et geometrie;* et infra: *Extimo presente libro uallere per la soa bontate ducati dexe e piu a chi se deletta del trattato maxime a maestri de la preditta Arte.* Inferius problema arithmeticae. In f. II^v: *Questo libro e de maestro Lucho de Negri maestro di Arismetica e geometria in gienoua.* Haec subscriptio iteratur in marg. superiore folii 1. In f. 166^v: *Rubrica presentis libri ut infra.* Multa folia hic illic sunt vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. X. de Zelada card. bibliothecarii.

292. Saec. XV, membran., mm. 290 × 205, ff. 146.

⟨Bigolli⟩ Leonardi pisani de filiis Bonacci, vulgo Fibonacci, practica geometriae... *anno MCCXX,* Distinctiones I-VIII (ex hoc codice edidit Boncompagni, *Scritti di Leonardo Pisano,* Practica Geometriae, Romae 1862, 2, p. 1-224).

Codex littera currenti exscriptus praefert titulos minusculis rubris, initiales litteras maiores caeruleas, sed interdum nigras: initiales maximas aureas lineis et coloribus pictas. In f. 1 ornamentum decoratum lineis affabre intextis, coloribus et avibus. In prima initiali Leonardi pisani imago manu italica picta. In margine inferiore tessera gentilicia posterius abrasa. In f. 146 sigla fortasse librarii: θh. / π.ρπ.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. X. de Zelada card. bibliothecarii.

293. Saec. XII, membran., mm. 295×209, ff. 96.

Vitruvii de architectura libri I-X.

F. 95, saec. VII-VIII, ⟨de re medica fragmenta⟩ (Mai, classici auctores, 7, p. 459-463; fragmenta numerantur I-II, XVIII-XXX; novis curis edet collega Mercati).

Codex in antiquo indice urbin. n. 292 signatus titulos et initiales praebet minio pictas. In f. 1 parvus index medicinarum, deinde: *pulvis ad solvendum: cinnamomum, loquericia - et coque simul.* Infra: *Quicumque librum hunc sancto Martino* (?) *abstulerit auferat ei deus dona quae suis fidelibus concessit.* F. 1ᵛ vacuum; in imis marginibus numerantur quaterniones A-M.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. X. de Zelada card. bibliothecarii.

294-295. Saec. XVI in., chartacei, mm. 292×211.

I. (**294**) ff. VIII. 501.

F. VI. **Abstemii Laurentii** maceratensis feretrani *Urbium Civitatum Oppidorum, quaeque alia id genus sunt Vicorum, Castellorum atque locorum ampla et omnem terrarum Orbem complectens descriptio ex Classicis scriptoribus decerpta et in unum corpus tamquam ferme sub oculos coacta omnique historicarum doctrinarum genere referta.* Pars I inc. elementorum ordine: *Abai Abae ciuitas Phocidis non longe ab Helicone ab Aba heroe uocitata claraque tum Apollinis oraculo.* Haec prima pars des. *Phytis ut inquit Plinius fuit oppidum in Cochidica regione opulentissimum... quod ab Eniochis direptus est.*

Duae manus codicem scripserunt, prior ff. 363-495, posterior 1-361.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

II. (**295** olim 524) ff. III. 663.

Eiusdem operis pars II inc. *Gabaa neutro genere et numero tantum prolata plurali Urbs Palaestinae in tribu Beniamin.* Des. *Zymethus ciuitas mediterranea cyrenaicae prouinciae quam ob unam mulierem uiolatam israelitae igne concremarunt.*

Duae manus codicem scripserunt, antiquior ff. 1-246, 334-400, 525-662, reliqua manus posterior. In ambobus codicibus corrector nomini *Laurentii* adiecit *seu Nicolai Abstemii.* Multa folia membranea inter chartacea et plurima folia vacua ad excipiendas aliarum urbium descriptiones. Codici 295 praefixum fuit posterius folium in quo epistola: *Al molto Illmo... sig. Canonico Giacomo Micalore Urbino.* Inc. *Mi uado occupando nelle memorie della nostra Città parendomi ragioneuole il rimprouero di quella femminella.* Des. *le bacio con ogni affetto le mani. Di Cesena li 2 Agosto 1637. Scipione Corna*⟨ro ?⟩. Loquitur de Cesenatibus qui improvisi Forumpopuli invaserunt et aliquos obsides urbinates patriae

restituerunt, de comite Guido monteferetrio; deinde orat eum ut si quid de his rebus inveniat amice secum communicet.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

296. Saec. XV in., membran., mm. 308×211, ff. I. 230.

1. **Vitellonis** prospectiva seu optica (in ms. *Prospectus*) libri I-X. Lib. I inc. *Presens itaque negotium X libris.* Lib. X des. *nihil eque bonum estimantes cui sit honor et gloria...;* praeit auctoris epist. nuncupatoria veritatis amatori Willelmo de Morbeka, quae inc. *Uniuersalium entium studiosus amator* et des. *perspicaciori ingenio modereris* (ed. a Fr. Risnero, Basileae 1572).

2 (f. 266). Liber de speculis comburentibus (in ms. manu posteriore: *et est Ptolemaei secundum aliquos*). Inc. *De subtiliori quod geometrae adinuenerunt et in quo antiqui solliciti fuerunt.* Des. vv. *quia radii conuertuntur ex tota superficie eorum ad punctum unum* (cum Quadripartito Ptolemaei ed. Lovanii Iacobus Batius, 1548, p. 69-73, lin. 2).

Codicem scripserunt duae manus, quarum prior ff. 1-226, posterior ff. 226ᵛ-230. Tituli minusculis rubris, initiales litterae maiores caeruleae ac rubrae alternae. In marginibus schemata, supplementa et notulae variis manibus. Ff. I, 230ᵛ vacua.

Integumentum ex pergamena alba saec. XVI-XVII.

297. Saec. XV, membran., mm. 339×227, ff. 231.

Iacobi pisaurii de octo partibus orationis; grammaticae compendium; **Perotti Nicolai** adversus eos qui temere corrigunt errores veterum librorum, de malo aureo, iuglande, cinnamomo... epistolae I-II; **Decembrii P. Candidi** de cosmographia, de hominis genitura et de reip. muneribus; **Plutarchi** de convivio septem sapientum, Aurispa Io. interprete; eiusdem de differentia inter odium et invidiam et de fortuna virtuteve Alexandri, Perotti Nicolao interprete; **S. Basilii** de invidia, eodem interprete; **Fiocco** Andr. Dom. seu **Pseudo-Fenestella Lucii** de romanorum magistratibus; **Bruni Leonardi** oratio.

1 (f. 3ᵛ). Iacobi pisaurii de octo partibus orationis. Inc. *Quid est littera. est minima pars uocis.* Des. cum praepositionibus expositivis vv. *ut est apud Virgilium: Quidquid idest: timeo Danaos et dona ferentes:* Deinde: *Haec habui iuuenes: quae dicere quaeque docere / Vos potui patriae ductus amore meae. Pisauri V Kal. Maias MCCCCL°..*; praeit (f. 2) prooemium: *Sepenumero, pisaurenses, etiam a teneris mihi persuasi patriam ipsam - Audite et discite.*

2 (f. 39ᵛ) <Aliud compendium grammaticae>. Inc. *Quot sunt partes grammaticae? Quattuor: Quae? littera, syllaba, dictio et oratio.* Des. <Praepositio> *Diminutiua est quae diminutionem... non potes dare aureum saltem commoda bononinum.*

Deinde versus: *I puer et magno primum haec rudimenta labore / scire uelis... Ingentesque animo sensus clauduntur in illo.*

3. Perotti Nicolai pont. sipontini [1] (f. 48) ⟨commentariolus in C. Plinii Secundi prooemium⟩ (in ms. *adversus eos qui temere corrigunt errores veterum librorum*) seu epistola Francisco Guarnerio. Inc. *Solebam nuper aetati nostrae gratulari.* Des. *neque fidem tuam in re tam necessaria defuisse* (ed. sine notis typographicis, cf. Hain, Repert. bibliograph. n. 12708). [2] (f. 72). De malo aureo iuglande, cinamomo, casia, fele et mustelis ad Iacobum pont. papiensem cardinalem. Inc. *Etsi multa erant quae de nostris studiis significare tibi in praesentia poteram.* Des. *alienum a uero et plane falsum esse profiteor.*

4. ⟨Decembrii⟩ Petri Candidi [1] (f. 91ʳ) de cosmographia vetere et nova... ad Nicolaum Arciboldum parmensem utriusque iuris doctorem. Inc. *Quantum inter se terrarum spacio separantur amantes.* Des. « de Balearibus » *quae cultu et memoria satis celebres habentur.* [2] (f. 101). De hominis genitura. Inc. *Postquam in principio huius operis de cosmographia abunde dictum est a nobis.* Des. « Luna » *oculis inaequalibus unum altero maiorem praeferentem;* praeit ventorum schema. [3] (f. 111ᵛ). De muneribus romanae reipublicae. Inc. *Explicatis his quae de cosmopraphia genituraque hominis polliciti eramus quid praestantius ordiri aut disserere uelimus quam eius urbis mores institutaque referre.* Des *Ludos autem celebrantes lupercos dictitabant.*

5 (f. 121). ⟨Plutarchi de convivio septem sapientum Io. Aurispa interprete⟩ (in ms. *Aurispae de convivio s...*). Inc. *Magnam certe o Nicharche obscuritatem et longam ignorantiam rebus affert tempus praeteriens.* Des. *Talem finem o Nicharche habuit illud septem sapientum conuiuium;* praeit interpretis prologus ⟨ad virum doctum florentinum⟩ qui inc. *Cum superiore ebdomata* (!) *me et Poggium uirum doctum et eloquentia praeditum inuitasses* et des. *ut perpetuo rerum omnium quae hic scripta sunt reminiscaris.*

6 (f. 145ʳ). S. Basilii de invidia, Nicolao Perotti interprete. Inc. *Bonus est deus et bonorum merentibus.* Des. *sicut et deus donauit nobis* (ed. Bononiae 1497 per Benedictum Hectoris); praeit interpretis prologus ad Nicolaum V, qui inc. *Contemplanti mihi saepenumero, summe pontifex, uirtutes uitiaque mortalium nihil profecto melius* et des. *et ego per te caeteris qui hanc nostram lucubrationem lectitare uoluerint prodesse possim.*

7 (f. 152ʳ). Plutarchi *de differentia inter odium et inuidiam,* eodem interprete. Inc. *Nihil fere ab odio differre inuidia.* Des. *bene secum agi existimant.* (ed. et l. cit.); praeit interpretis prologus ad Nicolaum V: *Accipe summe pontifex et hunc plutarchi libellum quem proximis diebus e graeco in latinum conuerti – ut ex meis studiis aliquid uoluptatis tua sanctitas percipere ualeat.*

8 (f. 155ʳ). ⟨Fiocco Andreae Dominici⟩ (in ms. *Fenestella Lucii*) de romanorum magistratibus. Inc. *Omnium deorum quos uetus romanorum religio.* Des. *licet senatores sint praesides appellantur* (ed. Philippus Petri Venetiis nomine Fenestellae, vero nomine Aegidius Witsius, Antuerpiae 1561).

9 (f 198ʳ) Plutarchi de fortuna virtuteve Alexandri, Nicolao Perotti interprete. Inc. *Haec fortunae oratio est proprium ac suum unius opus Alexandrum declarantis.* Des. *minime credar non timere mortem si uos meam timeatis;* praeit (f. 195ᵛ) interpretis prologus ad Nicolaum V: *Maxima semper summe pontifex non solum apud maiores nostros sed nostris quoque temporibus etiam inter sapientissimos uiros de uirtute - gratam atque acceptam intellexero: non frustra me hunc laborem suscepisse plurimum laetabor.*

10 (f. 223). ⟨Bruni⟩ Leonardi aretini *oratio in qua Eliogabalus aug. ad romanas matronas orat ad meretriciam inuitans.* Inc. *Heliogabalus Augustus inter caetera notatae lasciviae flagitia omnes* (!) *genus hominum ad libidines cohortabatur et non solum priuate uerum etiam publice.* Des. *in hac cupidinis militia dona magnifica reportabit.* Deinde: *Leonardus Aretinus recreandi ingenii causa ludens ridensque dictauit: unde seueriores rogat: ne legant: urbaniores: ne efferant.*

11. Perotti Nicolai epistolae. [1] (f. 228) ad amicum inc. *Decreui posthac omnes non solum actiones, uerum etiam cogitationes meas tecum communicare: quod et tua erga me pietas et officium meum requirere uidetur.* Des. *haec omnia ad te mitto: ut una quid de instituto uitae meae: et de meis operibus quid sentias: ad me scribas. Vale.* Loquitur, anno 25 aetatis, de suae vitae ratione, de operibus, statuit se relictis ceteris omnibus negotiis totum studiis litterarum tradere; *scripserat iam Polybii libros tres, de metris librum unum, praeterea iuramentum hyppocratis. De ratione carminum quibus Horatius Flaccus ac Seuerinus Boetius usi sunt librum unum, epistolas item plurimas, interdum etiam uersiculos ut nuper iussu principis nostri epigramma Phtolomei latinum feci...* ⟨quod⟩ *super ptolomaei imaginem iussi inscribi...* [2] (f. 231). Alia epistola ⟨eiusdem?⟩ ad N. Schioppium veronensem. Inc. *Petiit a me nuper quidam utriusque nostrum familiaris differret ne quicquam serpentem alere atque in hominem improbum ingratumque benefic.m esse.* Des. *ut tuam de hac questione sententiam ad me scribas. Vale Bononiae Tertio Nonas Martias.*

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 600 signatur, Urbini scriptus esse videtur eadem manu qua codex 306. Tituli maiusculis rubris, initiales maiores caeruleae et rubrae alternae, initiales maximae tum rubrae tum aureae intextis lineis et coloribus ornatae. In f. 1ᵛ index operum. Folii 2 tres margines picti sunt intextis lineis, auro, coloribus, avibus, insignibus ac tessera gentilicia Friderici Urbini ducis. F. 1ʳ vacuum.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI ac Fr. X. de Zelada card. bibliothecarii.

298. Saec. XIV, membran., mm. 352×238, ff. 100.

1 (f. 2). **Kilwardby Roberti** (in ms. *de Cordova* et in subscriptione f. 54, *de Quellebarbie*) *rationes super* Priscianum minorem, libri I-II. Liber I inc. *Sicut dicit Aristotiles in secundo de anima lingua congruit in duo opera nostra, uidelicet in gustum et loquelam.* Lib. II des. *quod designat unum separari ab illo docet* (?) *cum accusatiuo uel ablatiuo construi et sic patet quesitum*: *Expliciunt notule magistri Roberti supra secundum librum Prisciani de constructionibus. Deo gratias.*

2 (f. 88ʳ). ⟨Commentarii in tractatum de interiectione⟩ Inc. *De interiectione est prima quaestio utrum scilicet sit pars orationis et quomodo et ideo primo dubium an sit pars.* Des. *sed hoc in omnibus tribus personis hoc ergo modo de constructione et significatione interiectionum dici potest. Ista de interiectione sufficiant.*

3 (f. 93ʳ). ⟨Commentarii in tractatum de barbarismo, soloecismo et figuris⟩. Inc. *Barbarismus autem fit duobus modis etc. hic incipit determinare barbarismum per dictionem et primo facit bimembrem dictionem.* Des. *sicut habetur in fine de anima capitulo de reminiscentia. Et dicitur omoesis ab ommoe* (!) *quod est simile;* praecit prologus: *Sicut habetur in fine posteriorum Ars dicit generationem, scientia autem dicit esse - reliqua dubitabilia que incidunt hic determinabuntur in tractatu metaplasmi.*

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 602 signatur, binis columnis exaratus est. Tituli minusculis rubris, initiales maiores sunt nigrae et ornatae coloribus alias caeruleo, alias rubro. In f. 1ᵛ circulus floribus atque auro ornatus in cuius medio titulus. Infra circulum tessera gentilicia cum litteris **FE**⟨dericus⟩ **DUX**. In prima initiali parva imago magistri, fortasse ipsius Roberti Kilwardby. Ff. 1, 54ᵛ, 91ᵛ, 92 100ᵛ vacua. In f. 91 librarius: *Qui scripsit scribat semper cum domino uiuat.*

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. X. de Zelada card. bibliothecarii.

299 (olim 346). An. 1452 (cf. f. 146), membran., mm. 371×262, ff. II. 148.

Valla Laurentii (in ms. *Laurentii Vallensis*) linguae latinae elegantiarum libri I-VI. Lib. I inc. *Deus dea deabus dicimus.* Lib. VI des. *ut talio, stellio curculio;* praeit auctoris prooemium ad d. Ioannem Tortellium: *Cum saepe mecum nostrorum maiorum res gestas. Atque hinc principium nostrum auspicemus* (impressum Venetiis per Philippum de Pinsis 1492). **2** (f. 138ᵛ). De reciprocatione sui et suus. Inc. *Principio quoniam Priscianus pleraque ad graecam figuram reuocat.* Des. *numquam hic liber tibi dedicatus aeditione sit dignus;* praeit auctoris prooemium ad d. Ioannem Tortellium aretinum. *Singularis tua Ioannes tortelle tum erga me beniuolentia - forte diligentius tradere conabimus* (ed. et l. cit.).

Codex qui convenire potest numeris 592 et 593 antiqui indicis urbin. scriptus est, uti habemus ex subscriptione f. 146: *MCCCCLII° anno ab dominica incarnatione XVIII die mensis Maii et eo tempore quo Romam Serenissimus Romanorum Rex Federicus Applicauerat: ut a summo Pontifice sui imperii diadema exoraret. Pont. domini nostri Nicolai papae V anno sexto. Ego baptista Lunensis existente domino Petro Lunensi eiusdem summi pontificis Secretario nec non scriptore apostolico hunc librum omnipotentis diuina clementia pariter et gratia transcripsi et ad exitum usque perduxi, Finis. Amen.* Tituli maiusculis tum rubris, tum caeruleis ac rubris alternis. Initiales maiores rubrae, maximae autem aureae intextis lineis et coloribus ornatae sunt. In imo margine folii 1 tesserae gentiliciae scutum cum capreolo et lunula in pagina caerulea. Ff. I, II, 146ʳ-148 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

300. Saec. XV, chart. et membran., mm. 400×280, ff. I. 303.

Bandini Dominici virorum clarorum lexicon. Inc. *Abachuc propheta ut scribit Ieronimus in Prefatione: Abachuc audacius cunctis prophetis ausus est.* Des. litt. P voce Pamphilus, vv. *inde sublatus fuerat in portum;* praeit prooemium: *Naturae solers indagator physicus metaphysice primo scripsit Omnes homines natura scire desiderant ad initio peccati prothoparentum - seruato tamen ordine alphabeti dicam igitur deo duce* (cf. Mazzucchelli, *Gli scrittori d'Italia,* vol. I, parte II, p. 1021).

Codex binis columnis littera currenti ac manu variante exscriptus est. Tituli minusculis nigris, initiales maiores tum caeruleae tum rubrae sunt. Folii 1 inscriptionem *S. Isidorus Hispalensis de Viris Claris* infra eadem manus emendavit: *Non est Isidorus sed Auctor longe recentior Dominicus filius Bandini Aretinus uti habetur p. 55 qui edidit etiam in Dantis poema commentarium ut habetur p. 194 a tergo.* In f. 1ᵛ manu italica pictura coloribus aquatis arborem scientiarum atque artium repraesentans, in summa arbore Christus ramos scientiarum et artium manibus sustentat; in imo folio versus Ovidii Fast. I, 85, 86. F. I vacuum.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Clementis XIV.

301. Saec. XV, chart., mm. 414×235, ff. 671.

F. 4. **Perotti Nicolai** cornucopiae sive commentariorum linguae latinae ad Fridericum Urbini ducem. Inc. « Barbara pyramidum » *Blanditur Domitiano.* Des. *Te duce illustratam locupletatamque cognoscant;* praeeunt [1] (f. 1) Perotti Pyrrhi ⟨Nicolai nepotis⟩ prooemium ad illustrem principem Fridericum Urbini ducem, inc. *Moriens olim. P. Maro poeta optimus,* des. *una cum patruo meo foelicitate ista perfrui aliquando liceret Vale princeps mitissime;* [2] (f. 3) Martialis M. Valerii brevis vita, quae inc. *Marcus Valerius Martialis in hispania* et des. *haud tamen dubium est Martialis esse* (omnia ed. Venetiis per Paganinum de Paganinis 1489).

Codex littera currenti scriptus convenit numero 8 antiqui indicis urbin. notato in pagina CLI. Tituli maiusculis rubris, litterae initiales maiores etiam rubrae, initiales maximae aureae coloribus ornatae sunt. Tam in marginibus quam in interpolatis foliis

complures additiones manu eiusdem scriptoris, quae additiones habentur in impressis, quare suspicor hunc codicem manu eiusdem auctoris scriptum fortasse editioni operis inservisse. In imo margine f. 1 tessera gentilicia, in qua scutum transversim divisum, in divisionibus duae aquilae et duo leones, qui scalas ascendunt.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Clementis XIV.

302. Saec. XIV, membran., mm. 386×239 ff. I. 430.

Tortelli Ioannis de orthographia. Inc. *Graecorum litteris quibus nunc ipsi graeci utuntur uiginti esse constat.* Des. *Zuthus cum th aspirata scribitur fuit teste homero in X odysseae Aeoli filius et Leopatra* (!); praeit *prohoemium* auctoris ad Nicolaum V pont. max.: *Coeperam olim, beatissime pater, Nicholae - quos suis locis commode indicemus* (ed. Venetiis per Ioannem de Tridino 1495, f. 2 ad finem).

Codex, qui probabiliter n. 598 antiqui indicis urbin. convenit, littera currenti scriptus est. Tituli desunt, litterae initiales maiores rubrae, initiales maximae aureae coloribus ornatae sunt. In f. 1 inscriptio: *Io. Tortellis Orthographia, Vocabularium Ethymologicum Historicum.* Verba quae graece erant scribenda ubique transacta, spatiis vacuis relictis. Fl. 1ᵛ, 428-430 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX atque Aloysii Lambruschini card. bibliothecarii.

303. Saec. XV, membran., mm. 373×259, ff. I. 289.

Tortelli Ioannis de orthographia. Omnia ut in codice antecedenti, titulus tamen est amplior: *Commentariorum grammaticorum de orthographia dictionum e graecis tractarum:* in clausula autem: *Dictionum graecarum quae latine scribuntur et a quavis littera initium sumunt omnium orthographia* (ed. Venetiis per Ioannem de Tridino 1495, f. 2 ad finem).

Codicem littera currenti scriptum exornant tituli atque initiales maiores, quae litteris maiusculis rubris, initiales maximae aureae coloribus pictae. Folii 1 quatuor margines splendent lineis affabre intextis, coloribus, auro, bestiis, geniis et sex circulis, in quibus imagines pictae cum inscriptionibus aureis: *Cicero, Virgilius, A. Emph*⟨orion⟩, *Didimus, Iginus*, sexta imago sine nomine. In margine inferiore tesserae gentiliciae scutum in quo zona aurea cum tribus stellulis in duas partes divisum, in parte superiore lilium.

Tegumentum ex corio castanei coloris codicis aequali.

304. Saec. XV, membran., mm. 338×212, ff. I. 599.

F. 2. **Papiae** dictionarium. Inc. *A. In omnibus gentibus prior est litterarum.* Des. *perfruamur sapientia cum patre et spiritu sancto per infinita saecula...;* praeeunt [1] (f. 1) auctoris praefatio: *Fili uterque carissime debui si potuissem - coniunctus ualem;* [2] (f. 1ᵛ) altera eiusdem praefatiuncula: *Iam uero de huius artis nomine* usque ad vv. *plato fulgentius possidius,* deinde *a nostrum quingenti ordine recto* (ed. Venetiis 1491 per Theodorum de regazonibus).

In antiquo indice urbin. codicem n. 603 signavi, eundemque littera currenti scriptum ornant litterae initiales maiores alterne caeruleae ac rubrae et litterae initiales maiores aureae intextis lineis pictae. In f. 599 clausula scriptoris: *Ergo mente pia pro me rogitale papia. Finito libro referamus gratia* (!) *christo.* Ff. 1, 599^{v} vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. X. de Zelada card. bibliothecarii.

305 (olim 548). An. 1471 (cf. f. 216) membran., mm. 340×236, ff. XVI. 228.

1. **Valla Laurentii** (in ms. *Vallensis*) elegantiarum linguae latinae libri I-VI. Lib. I inc. *Cum sepe me.* Lib. VI des. *ut Tallia. Stellio, Curcullio.* **2** (f. 214). De reciprocatione sui et suus. Inc. *Principio quoniam Priscianus.* Des. *edictione sit dignus*; praeit auctoris epist. nuncupatoria ad Ioannem Tortelli: *Singularis tua Ioannes Tortellae* (!) *tum erga me - diligentius tradere conabimus* (impressum una utrumque opus Venetiis per Philippum de Pinsis 1492).

Codici, qui convenire potest numeris 592 et 593 antiqui indicis urbinatis, tituli sunt alias maiusculi alias minusculi rubri, initiales maiores caeruleae ac rubrae alternae, initiales maximae aureae recurvis ad ingenium lineis et coloribus ornatae. In ff. II-XV index in dictiones elegantiarum librarii manu scriptus: *Acus Aciculae. Ablatiui in abus - Versicularia. Vestibus.* F. 1 in tribus marginibus ornatum est recurvis lineis et auro, in parte inferiore tessera gentilicia Friderici Urbini ducis. In f. 216 subscriptio librarii: *Exit opus insigne... scriptum per me Petrum de Traiecto Florentiae M.CCCCLXXI. Die XII octobris.* Ff. I, XVI, 226^{v}-228 vacua.

In tegumenti dorso insignia Alexandri VIII ac tessera Fr. Laur. Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

306 (olim 534). Saec. XV, membran., mm, 331×217, ff, II. 268.

Prisciani et **Pseudo-Prisciani** opuscula grammatica; incerti auctoris versus de ponderibus et mensuris; **Rufini** de metris comicorum; Periegesis; **Pseudo-Aristotelis** rhetorica ad Alexandrum, F. Philelpho interprete.

1. Prisciani [1] (f. 2) institutionum grammaticarum libri XVII-XVIII (in ms. *de constructione libri I-II*). (Grammatici lat., ex recens. Keil, Lipsiae 1859, 3, p. 1-377). [2] (f. 130). ⟨Pseudo-Prisciani⟩ (in ms. *idem*) de accentibus (l. cit., p. 519-528). [3] (f. 140). Prisciani de figuris numerorum (in ms. *de numeris, ponderibus et mensuris*) (l. cit., p. 405-417). [4] (f. 147^{v}). ⟨Incerti auctoris de ponderibus et mensuris, versus 1-163⟩ (in ms. *Idem de ponderibus*) (ed. Baehrens, Poetae lat. min., Lipsiae 1883, 5, n. 46 usque ad vv. *nec non sine aquis*). [5] (f. 150). Prisciani praeexercitamenta (in ms. *de praeex... rhetorice ex Ermogene translatis*) (Grammat. lat., ed. cit., 3, p. 430-440). [6] (f. 160). ⟨De metris fabularum Terentii⟩ (in ms. *de versibus comicis*) (l. cit., p. 418-429).

2 (f. 166ᵛ). R u f i n i ⟨de metris comicorum et numeris oratorum⟩ (in ms. *de metris comicis*) (Grammat. lat., ed. cit., 6, p. 554-578).

3 (f. 179). P r i s c i a n i de nomine ⟨pronomine⟩ et verbo (ed. cit., 3, p. 443-456).

4 (f. 194). P e r i e g e s i s (in ms. *de situ orbis*) versus (Baehrens, l. cit., 5, p. 275-312, desunt versus 894-975).

5 (f. 214). ⟨P s e u d o⟩ A r i s t o t e l i s rhetorica ad Alexandrum ⟨Fr. Philelpho interprete⟩. Inc. *Tria sunt genera causarum ciuilium.* Des. *plurimum utilitatis affert bonorum ciuium multitudo;* praeit auctoris epist. ad Alexandrum: *Sum tuis litteris factus certior nonnullos saepe ad nos misisse - ad ea consequenda abunde tibi adiumenta suppetent. Vale.*

Codex, in antiquo indice urbin. n. 566 signatus atque eadem manu scriptus qua codex 297, titulos atque initiales maiores praefert maiusculis rubris, initiales maximas aureas tum coloribus ac lineolis, tum lineis ad artem intextis et coloribus ornatas. In f. 1ᵛ indiculus operum litteris maiusculis rubris et caeruleis alternis. F. 2 ornatum lineis affabre intextis, avibus, insignibus ac tessera gentilicia F⟨riderici⟩ C⟨omitis⟩. Ff. I, II, 1ʳ, 202, 264ᵛ-268 vacua.

In tegumenti dorso insignia Alexandri VIII ac tessera gentilicia Fr. Laur. Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

307 (olim 529). Saec. XV, membran., mm. 325 × 222, ff. II. 268.

Nonii Marcelli de compendiosa doctrina; **Pauli** diaconi de verborum significatione; **Guarini** veronensis vocabula e S e r v i i commentario in Aeneida; de ponderibus, vasis atque instrumentis musicis ex I s i d o r o.

1 (f. 1). N o n i i M a r c e l l i peripatetici de compendiosa doctrina per litteras ad filium.

2 (f. 146). ⟨P a u l i diaconi excerpta e libris I-XIX P o m p e i F e s t i de verborum significatione⟩ (in ms. *Festi Pompeii abbreviatio de verborum significatione*).

3 (f. 209). G u a r i n i veronensis *vocabula delecta e Servio grammatico super Eneyda.* Inc. *Abiurare est rem creditam negare.* Des. *voce Zangina* vv. *morbus dicitur qui fauces occupat. Plautus: Vellem quidem in zanginam uerti ut fauces illius aniculae preoccuparem.*

4 (f. 264). *De nominibus ponderum et instrumentorum ad ponderandum secundum Isidorum.* Inc. a vv. *Trutina est genuina ponderum lanx equali examine ponderis.* Des. *Tintinnabulum est parva nola uel illud quod pedibus auium suspenditur. hec omnia secundum Isidorum.*

Codici, qui in antiquo indice urbin. n. 580 signatur, tituli atque initiales maiores sunt maiusculis rubris, initiales maximae aureae recurvis lineis et coloribus praeditae. F. 1

ornatum est imperita manu geniis, bestiis ac tessera gentilicia fridericiana minore. In prima littera initiali parva imago Nonii Marcelli (?). In littera initiali f. 146 parva imago Festi Pompei, omnia manu italica non satis perita. Ff. I, II, 144^v, 145 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX atque Aloysii Lambruschini card. bibliothecarii.

308 (olim 530). Saec. XV, membran., mm. 328×230, ff. I. 212.

Diomedis, Agraetii, Albini, Nonii Marcelli grammatica nonnulla; **Golphi** epigramma ad Fridericum Urbini ducem.

1 (f. 2). Diomedis artis grammaticae libri I-III, praevia nuncupatione (Grammatici lat., ed. Keil, 1, p. 299-529; in ms. manus posterior titulum apposuit: *Nonnius Marcellus de compendiosa doctrina*).

2 (f. 144^r). Agraetii additamenta ad libellum Capri de orthographia (Keil, ed. cit., 7, p. 113-125).

3 (f. 150^r). Albini grammatici dialogus de rhetorica et virtutibus (in ms. *de grammatica et partibus orationis et eorum accidentibus per dialogum;* M. 101, 919-946, sed in dialogo mutata sunt personarum nomina, quae vocantur *Abstemius* et *Golphus*, plura etiam in locutione immutata sunt).

4 (f. 192). Nonii Marcelli peripatetici *de indiscretis generibus per litteras alphabeti ad filium* (est caput tertium libri de compendiosa doctrina, cf. ed. Gerlach et Roth, Basiliae 1842, p. 129-158).

F. 211. Golphi epigramma ad Fridericum Urbini ducem. Dicit: *Ista lubens aeuo quanquam peritura notavit / Ut scires Golphum Dux Federice tuum / Nam monumenta tui maiora in pectore seruat / Non annis ullo non moritura situ.*

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 567 signatur, titulos habet alias maiusculis alias minusculis rubris, initiales maiores tum aureas, tum caeruleas, initiales maximas aureas intextis lineis et coloribus ornatas. In f. 1^v circulus floribus, auro, imaginibus et quinque circulis minoribus circumornatus ad excipiendos titulos operum: in medio circulo maiore manus posterior inscripsit titulum: *Nonius Marcellus de compendiosa doctrina;* titulus iteratur in summo margine, sed corrector adiecit: *Non est Nonius Marcellus sed Diomedes de Oratione, partibus orationis et diverso genere metrorum.* In folii 1 marginibus elegans manus italica pinxit insignia, tesseram gentiliciam Friderici Urbini ducis, ac duas scholarum aulas: in altera ludimagister discipulos docet, in altera discipulum tergo alterius sublatum ferula percutit. Ff. I, 1^r, 211^v, 212 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VIII et Fr. Laur. Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

309. Saec. XV, membran., mm. 305×216, ff. 196.

Auli Gellii (in ms. *Agellii*) noctium atticarum libri I-XX. Integri libri sed verbis, quae in edd. in fine habentur: *nolite nos atque,* additur praefatio editionum, sc. *iocundiora alia reperiri queunt...* Singulis libris praeeunt capita.

Codici in antiquo indice urbin. n. 569 signato tituli sunt maiusculis nigris, initiales maiores caeruleae ac rubrae alternae, initiales maximae aureae floribus et coloribus ornatae. Ff. 193-196 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. X. de Zelada card. bibliothecarii.

310 (olim 1029). Saec. XV, membran., mm. 280×185, ff. II. 173.

Aulii Gellii noctium atticarum libri I-XX. Omnia ut in codice antecedenti, sed singulis libris non praemittuntur capita.

Convenit hic codex numero 570 antiqui indicis urbinatis et titulos habet maiusculis nigris, initiales maiores caeruleas, maximas autem aureas frondibus et coloribus pictas. F. 1 ornatum est liliis, lineis intextis et circulo ad excipiendam emptoris tesseram gentiliciam. Ff. I-II, 172^{v}, 173 vacua.

In tegumenti dorso insignia Alexandri VIII ac tessera gentilicia Fr. Laur. Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

311. Saec. XV, membran., mm. 276×185, ff. I. 182.

1. **M. Tullii Ciceronis** de oratore. 2 (f. 105). Brutus. 3 (f. 149^{v}). Orator.

F. 6. **Petrarca Francisci** de remediis utriusque fortunae (in ms. *de remedio...*) libri I-II. Liber I inc. *Etas florida est.* Lib. II des. *curam hanc linque uiuentibus;* praeit (f. 1) praefatio ⟨ad Azonem Corregium⟩: *Cum res fortunasque hominum cogito - partium proportione formosum* (opp. Basileae 1554, p. 1-254).

Codex in antiquo indice urbin. n. 556 signatus eadem manu scriptus atque iisdem ornamentis quibus codex antecedens distinctus est. Ff. I, II, 1^r, 276^v-278 vacua.

In tegumenti dorso insignia Innocentii XII ac duae tesserae gentiliciae Fr. Laur. Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

335 (olim 578). Saec. XV, membran., mm. 331 × 230, ff. I. 130.

Quintiliani M. Fabii declamationes I-XIX (ed. Burmannus, Augustae Taurinorum, Pomba 1825, 5). Sed in codice hoc ordine se excipiunt hae declamationes maiores iuxta editionem laudatam: [1] (f. 1) 2; [2] (f. 9) 1; [3] (f. 15)) 8; [4] (f. 23) 12; [5] (f. 33) 13; [6] (f. 39^v) 14; [7] (f. 43^v) 15; [8] (f. 48) 16; [9] (f. 52) 17; [10] (f. 58^v) 18; [11] (f. 64^v) 19; [12] (f. 71) 3; deest declamatio quae in ed. cit. antecedenti subnectitur cum titulo « Tribunus marianus »; [13] (f. 74) 4; [14] (f. 85) 5; [15] (f. 94) 6; [16] (f. 103^v) 7; [17] (f. 108^v) 9; [18] (f. 117^v) 10; [19] (f. 124^v) 11.

Codex, in antiquo indice urbin. n. 459 signatus, titulos exhibet primo excepto litteris minusculis rubris, litteras initiales maximas aureas floribus ornatas. In f. 1^v circulus magnus auro, coloribus ac floribus decoratus, quem ambiunt decem et septem circuli minores, in quibus declamationum tituli adnotantur. Folii 2 margines ornati sunt satis accurate

floribus, avibus, insignibus ac tessera gentilicia Friderici Urbini ducis. Ff. I, 1^r, 129^v, 130 vacua.

In tegumenti dorso insignia Alexandri VIII et Fr. Laurentii Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

336 (olim 1032). Saec. XV, membran., mm. 323×200, ff. II. 225.

Libanii sophistae epistolae Francisco Zambicario interprete, eiusdem declamatio Leonello Chierigato seu de Chieregatis interprete.

1. Epistolae. [1] (f. 2^v) lib. III, epist. 259 (Libanii epistolas a Francisco Zambicario conversas, libros I-III, ed. Io. Chr. Wolfius ad calcem epist. Libanii graeco-latin., Amstelaedami 1738, p. 881 sqq); praeit (f. 2) nuncupatio interpretis divo Friderico Vrbini inclito duci (ed. cit., p. 762), [2] (f. 4) libri III epist. 261, [3] (f. 4^v) III, 324, [4] (f. 5) III, 262, (in ms. inscribitur *Euphemio*), [5] (ibid.) III, 263, [6] (f. 5^v) III, 264, [7] (f. 6^v) III, 265 (in ms. inscr. *Datiano*), [8] (f. 7) III, 266, [9] (f. 8) III, 267, [10] (f. 8^v) III, 268, [11] (ibid.) III, 269, [12] (f. 9) III, 270, [13] (ibid.) III, 271, [14] (f. 9^v) III, 272, [15] (f. 10^v) III, 273, [16] (f. 11^v) III, 274, [17] (f. 12) III, 275, (in ms. inscr. *Diamo*), [18] (f. 12^v) III, 276, [19] (f. 13^v) III, 277, [20] (ibid.) III, 257, [21] (f. 14) III, 278, [22] (f. 14^v) III, 279, [23] (f. 15) III, 280, [24] (f. 16) III, 281, (in ms. deest inscriptio), [25] (f. 16^v) III, 282, [26] (f. 17) III, 283, [27] (f. 17^v) III, 284, [28] (f. 18) III, 285, [29] (f. 18^v) III, 286, [30] (f. 19) III, 287, [31] (f. 19^v) III, 288, [32] (f. 20) III, 289, [33] (ibid.) III, 290, [34] (f. 20^v) III, 291, [35] (ibid.) III, 292, [36] (f. 21) III, 293, [37] (f. 21^v) III, 294, [38] (ibid.) III, 295, [39] (f. 22^v) III, 296, [40] (f. 23) III, 297, [41] (f. 23^v) III, 298, post vv. ed. cit. « sed que aliorum sunt umbra » differt et copiosius pergit: *haec itaque uidens quae sunt Cicadarum relinquens armiger fit et multos nocentes uulnere affecit*, des. *et hoc ipsum dum me supramodum laudat praefert*, [42] (f. 24) III, 325, [43] (f. 25^v) III, 301, (in ms. inscr. *Vrciano*), [44] (ibid.) III, 302, [45] (f. 26) III, 231, (in ms. inscr. *Accibio*), [46] (f. 26^v) III, 232, [47] (f. 27) III, 233, [48] (f. 27^v) III, 234, [49] (f. 28) III, 235, [50] (f. 28^v) III, 236, (in ms. inscr. *Dianio*), [51] (f. 29) III, 237, [52] (f. 29^v) III, 238, [53] (f. 30) III, 239, [54] (f. 30^v) III, 240, [55] (f. 31^v) III, 241, [56] (f. 32) III, 242, [57] (f. 33) III, 243, [58] (f. 33^v) III, 244, [59] (f. 34) III, 245, [60] (f. 35) III, 246, [61] (ibid.) III, 247, [62] (f. 36) III, 218, [63] (f. 36^v) III, 219, [64] (f. 37) III, 220, [65] (f. 37^v) III, 221, [66] (ibid.) III, 222, [67] (f. 38^v) III, 223, [68] (f. 39) III, 224, [69] (f. 39^v) III, 225, [70] (f. 40) III, 226, [71] (f. 40^v) III, 227, [72] (ibid.) III, 228 (in ms. inscr. *Pharyngo*), [73] (f. 41) III, 229, [74] (ibid.) III, 230, (in ms. inscr. *Cydolio*), [75] (f. 41^v) III, 104, [76] (ibid.) III, 105, [77] (f. 42) III, 106, [78] (f. 42^v) III, 107, [79] (f. 43^v) III, 108, [80] (f. 44) III, 109, [81] (f. 44^v) III, 110, [82] (f. 45) III, 111, [83] (f. 45^v) III, 112, [84] (f. 46) III, 113, [85] (f. 46^v) III, 114, (in ms inscr. *Laemanio et Philippo*), [86] (f. 47) III, 115, [87] (ibid.) III, 116, [88] (f. 48) III, 117, [89] (ibid.) III, 118, (in ms. inscr. *Analinio*),

[90] (f. 48ʳ) III, 119, [91] (f. 49) III, 120, [92] (f. 49ʳ) III, 121, [93] (f. 50) III, 122, [94] (f. 50ʳ) III, 123, [95] (ibid.) III, 124, (in ms. inscr. *Orato*), [96] (f. 51) III, 125, [97] (f. 51ʳ) III, 126, [98] ((. 52ʳ) III, 127, [99] (ibid.) III, 128, [100] (f. 53) III, 129, (in ms. inscr. *Philetio*), [101] (ibid.) III, 130, [102] (f. 53ᵛ) III, 131, [103] (f. 54) III, 132, (in ms. inscr. *Litiano*), [104] (ibid.) III, 133, [105] (ibid.) III, 134, (in ms. inscr. *Clebicho*), [106] (ibid.) III, 135, [107] (f. 54ʳ) III, 136, [108] (f. 55) III, 137, [109] (f. 56) III, 138, [110] (ibid.) III, 139, [111] (f. 56ʳ) III, 140, [112] (f. 57) III, 141, (in ms. inscr. *Aburtio*), [113] (f. 57ᵛ) III, 142, [114] (ibid.) III, 143, (in ms. inscr. *Herculiano*), [115] (f. 58) III, 331, [116] (f. 58ᵛ) III, 333, [117] (f. 59ʳ) III, 332, [118] (f. 60) III, 334, [119] (f. 60ʳ) III, 335, [120] (f. 61) III, 336, [121] (f. 62ʳ) III, 337 (in ms. inscr. *Sapateo*), [122] (f. 63) III, 338, [123] (f. 64) III, 339, [124] (f. 65ʳ) III, 321, [125] (f. 66) III, 322, [126] (f. 67) III, 323, [127] (f. 67ʳ) III, 314, [128] (f. 68ʳ) III, 316, sed longior epist. in fine, verbis « fuerunt meliora » adduntur: *tales enim sunt uelocissimi cursu equi et hoc quidem ita se habet*, des. *Si autem presto fuit assequatur quȩ* (!) *bonum assequi fas est*, [129] (f. 69) III, 315, sed longius protrahitur in fine, verbis « damnandum me duxisti » adduntur: *Si putarem inopem fieri te posse*, des. *circa tuum orpheum uidebis*, [130] (f. 70ᵛ) ⟨Alexandro⟩, inc. *Me unum ex iis fuisse qui Olympi caput libenter oppugnauerim*, des. *quonam modo alius propter eum ipsum decenter pugnet* (cf. epist. 1055 inter graecas, l. cit., p. 499), [131] (f. 71) III, 317, exinde epistolis desunt inscriptiones, [132] (f. 72) III, 318, [133] (f. 72ʳ) III, 319, [134] (f. 73) III, 320, sed post vv. « Acontius et vobis » adduntur alia quae pertinent ad epist. 339, *Calycio* inscripta ut in ed. cit., pergit enim: *preest ipse iouis filius Mercurius Rhetorem uero aggressus homunculus aculeo pungens - sed qualem nos esse nouimus* (cf. l. cit., p. 813, in nota 2), [135] (f. 74) III, 327, [136] (ibid.) III, 328, [137] (f. 74ᵛ) III, 329, [138] (f. 75) III, 330, [139] (f. 75ʳ) III, 307, [140] (f. 76, lin. 3) subnectitur epist. III, 308, [141] (f. 76ʳ) III, 309, [142] (f. 77) III, 310, sed post finem adduntur alia: *meque exiguum aliquid ex multis dicente ille uero esset homo*, des. *nos autem alios scripturos sperabamus* (cf. epist. graecam 1186), [143] (f. 78) III, 311, [144] (f. 78ʳ) III, 312, sed in fine adduntur verba: *quomodo liber existens libertatem appetit in senatorio ordine - admodum nobis scribatis consyderate* (cf. epist. graecam 378), [145] (f. 79) III, 303, [146] (f. 80) III, 304, [147] (f. 80ʳ) III, 305, [148] (f. 81) III, 306, [149] (f. 82) III, 96, haec epist. in duas dividitur, secunda pars inc. a vv. *Tu quidem in agris*, [150] (f. 82ʳ) III, 97, [151] (f. 83ʳ) III, 98, [152] (ibid.) III, 99, [153] (f. 84ᵛ) III, 100, [154] (f. 85ʳ) III, 101, [155] (f. 86) III, 102, in fine alia adduntur: *praeterea maius est quod fertur*, des. *neque principem huiusce benefitii* (cf. epist. graec. 713), [156] (f. 87) epist. gr. 352 versio, inc. *Qvm dulcissima uestra consuetudo est tuis intuentibus*, des. *nobis ostensuram gentium gubernatorem*, [157] (ibid.) III, 103, [158] (f. 88) epist. gr. 547 versio, inc. *Qvod et nos et nostram ciuitatem amore desiderioque*, des. *tui principatus opera immortalitate donabit*, [159] (f. 88ʳ) III, 248, [160] (f. 89)

III, 249, [161] (f. 89^{v}) epist. gr. 1191 versio, inc. *Consideravi quomodo te absente res nobis successerint,* des. *studium autem in alienis corporibus,* [162] (f. 90^{v}) III, 250, [163] (f. 91) epist. gr. 322 versio, inc. *Cum mihi Dionysius ut ad te scriberem suaderet,* des. *discat non trasgredi domini leges,* [164] (f. 92) III, 251, [165] (ibid.) III, 252, [166] (ibid.) III, 253, [167] (f. 93) III, 254, [168] (f. 93^{v}) III, 255, [169] (f. 94^{v}) III, 256 (in fine adduntur: *Solus autem fortasse bonam ob causam cuius ratione habita - ut longo sermone benefitium confiteamur;* cf. epist. graecam 369), [170] (f. 95) III, 258, [171] (f. 98) III, 259, [172] (f. 99^{v}) III, 144, [173] (f. 100) III, 145, [174] (ibid.) III, 146, [175] (ibid.) III, 147, [176] (f. 100^{v}) III, 148, [177] (ibid.) III, 149, [178] (f. 101) III, 150, [179] (f. 101^{v}) III, 151, [180] (f. 102) III, 152, [181] (ibid.) III, 153, [182] (f. 102^{v}) III, 154, [183] (f. 103) III, 155, [184] (f. 103^{v}) III, 156, [185] (ibid.) III, 157, [186] (f. 104) III, 158, [187] (f. 104^{v}) III, 159, [188] (ibid.) III, 160, [189] (f. 105^{v}) III, 161, [190] (ibid.) III, 162; pergunt [191] (f. 106) libri III epistolae 163-216, [192] (f. 123^{v}) III, 20-68, [193] (f. 141) III, 1-19, [194] (f. 147) III, 69-95, [195] (f. 162) I, 1-4, (l. cit., p. 735-736), praeit (f. 156) nuncupatio traductoris ad illmum principem montis Feretri, Durantis atque Vrbini comitem Fridericum (l. cit., p. 732-734), [196] (f. 165) I, 90, [197] (f. 165^{v}) I, 11, [198] (ibid.) I, 5-33, [199] (f. 182^{v}) I, 4 iterum, [200] (f. 183) I, 34-67, [201] (f. 200) I, 19 iterum, (in ms. *Fuminio* inscribitur), [202] (f. 200^{v}) I, 68-89. **2** (f. 210^{v}). ⟨**Apologia divitis affectatae tyrannidis accusatus Lionello Chierigato interprete**⟩. Inc. *Pius hic quidem o iudices humanusque populus mea haec utraque satis admirari non potest nec iniuria sane singularem uidelicet aduersum hostem fortitudinem.* Des. *nec ab hostibus honoratos mala perpeti: neque ab honoratis infelices permisi cives* (cf. Libanii sophistae orationes et declamationes ed. Reiske, Altenburgi 1797, 4, p. 540, ubi declamatio inscribitur λόγος πλουσίου φεύγοντος;); praeeunt [1] (f 208) interpretis nuncupatio reverendissimo patri... Petro Barbo s. Marci presbytero card.: *Quemadmodum iure optimo sancitum est, Reuerendissime pater et domine, eum qui nobilitatis splendore uirtutumque praestantia - atque humiliter recommitto: Vicentia. IIII Kalendas Iunias, M.CCCCLXIIII,* [2] (f. 210^{v}) argumentum (in ms. *casus*): *Diues imperator superans hostes - a rhetore quodam accusatus se defendit.*

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 467 signatur, *Manu Matthaei* ⟨de Contugiis⟩ *de Vulterris* exaratus est, uti habetur in subscriptione folii 155. Sed eadem manus in reliquis foliis eundem scribam detegit. Tituli tum maiusculis tum minusculis rubris, litterae initiales maiores caeruleae ac rubrae alterne, initiales maximae aureae inflexis lineis et coloribus ornatae sunt. In folio 1^{v} circulus corona laurea, auro ac floribus perita manu ornatus, in medio circulo titulus codicis. In pagina recta folii 1 elegans codicis inscriptio in templi fronte, quam decorant flores, fructus, bestiae, angelorum et geniorum multitudo, insignia ac tesserae gentiliciae Friderici Urbini ducis. Ff. I, II, 1^{r}, 155^{v}, 224 vacua.

In tegumenti dorso insignia Innocentii XII ac tessera gentilicia Fr. Laur. Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

337 (olim 556). Saec. XV, membran., mm. 316×294, ff. II. 160 (+ f. 52ª, 52ᵇ librarii negligentia transactis).

Demostenis oratio pro Ctesiphonte Valla Laurentio interprete. **Valla Laurentii** opuscula aliquot.

1 (f. 3). **Demostenis** pro Ctesiphonte oratio **Laurentio Valla** interprete; praevia praefatione ad... dominum Fridericum Urbini comitem (ed. Vahlen, Laurentii Valla opuscula tria in *Sitzungsberichcten der phil. hist. classe d. Wiener Akad. d. Wiss. an. 1869,* Band 62, p. 138-146).

2. Valla Laurentii (in ms. *Vallensis*) [1] (f. 53) in errores Antonii Raudensis (in ms. *in Antonium Raudensem*) ad Ioannem Lucianum (in ms. *Lucinum*) Alfonsi regis secretarium. Inc. *Intellexi Ioannes.* Des. *et non latina vocabula* (opp. Basileae 1540, p. 390-438). [2] (f. 117ᵛ). ⟨**Adversus Livium disputatio**⟩ (in ms. *Alfonso minoris maiorisque Hesperie Regi Laurentius Valla salutem*). Inc. *Cum Titum Livium.* Des. *Vale. Neapoli pridie nonarum Decembrium* (l. cit., p. 438-445). [3] (f. 126ᵛ). Confutatio ⟨prior⟩ in **Benedictum Morandum** bononiensem. Inc. *Vtrum de me peius.* Des. *famosi libelli* (l. cit., p. 445-455). [4] (f. 139ᵛ). In **Benedictum Morandum** confutatio altera ad Baverium medicum. Inc. *Lecta quam uix perlegere.* Des. *et semper fore* (l. cit., p. 455-459). [5] (f. 145ᵛ). Pro **se** et contra **calumniatores** ad Eugenium IIII Pont. Max. apologia (in ms. in margine manu posteriore: *Apologia ad Eugenium papam.*). Inc. *Equius erat summe Pontifex.* Des. *ob me studia capturam* (l. cit., p. 795 - f. 800ᵛ; cf. Vahlen, l. cit., p. 135-137). [6] (f. 158ᵛ). ⟨De falso credita et ementita **Constantini donatione** declamatio, fragmenta⟩. Inc. *Plures a me libri,* abrumpitur: *conuersatum esse diceret. Ananius princeps sacerdotum coram tribuno* (Laur. Vallae opera, l. cit., p. 761-761, lin. 9 ab imo); alterum fragmentum (f. 159) inc. *tantorum scelerum tantorumque omnis generis malorum* usque ad vv. *qui trucem barbari regis animum terruit* (l. cit., p. 794, lin. 26-795, lin. 12).

Codex in antiquo indice urbin. n. 594 signatus littera currenti scriptus est. Tituli minusculis rubris, litterae initiales maximae aureae intextis lineis et coloribus ornatae sunt. In folio 1ᵛ circulus eleganter auro, intextis lineis et coloribus ornatus, cui circumstant quinque circuli minores in quibus tituli operum. Folii 2 margines eleganti manu picti auro, intextis lineis, floccis atque imagine Herculis pueri, qui tesseram gentiliciam Friderici Urbini ducis monstrat: hinc inde canis leporem insequitur. In prima littera initiali Laurenti Valla parva imago. Descripsit hunc codicem Vahlen, l. cit., fasc. 61, p. 436 sq. Ff. I, II, 1ʳ, 160, 161 vacua; sed ff. 158, 159 deturparunt aquae cum magno scripturae detrimento.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VIII ac Fr. Laur. Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

338 (olim 1292). Saec. XV, membran., mm. 312×199, ff. I. 242.

Campani Io. Ant. de ingratitudine fugienda libri I-III, epigrammata.

1 (f. 1). De ingratitudine ⟨fugienda⟩ libri I-III. Lib. I inc. *Sed antequam de re dicere incipiamus.* Lib. III des. *facto tandem dicendi fine discessimus;* praeit auctoris prologus ad Pandulfum Balionium: *Saepe me Pandulphe hortatus es - uidetur ingratitudo* (opp. Romae per Eucharium Silber 1495, f. 19-41^{v}). **2** (f. 135). Epigrammatum libri I-VI priores inc. *Mollis ades cytherea* - usque ad epigr. ad Paulum II pont. vv. *suppetiis non dat munera dat precibus* (ed. cit., f. 275-295; deest tantum epigramma ultimum libri I ad Iustinum quod insertum est inter 2 et 3 libri II). **3** (f. 209^{v}). ⟨Campani⟩ vita versibus elegiacis, inc. *Si tibi campani cura est studiosa iuuentus / Scireque quis fuerim quae mea uita cupis,* des. *hinc procul ambiguo lumine cerno senas.* **4** (f. 210^{v}). Libri VII epigrammata 13-16, incipiunt: *Mille tuam uellunt,* desinunt: *deligis exiguum* (l. cit., f. 296). **5.** Alia epigrammata. [1] (f. 211) ⟨ad lunam⟩, inc. *Coniugis irati fugiens deprehensa furorem,* des. *candida dum teneo,* [2] (ibid.) ad card. Papiensem: *Dum repeto quo te uidit - sed dominum* (ed. cit., f. 297), [3] (f. 211^{v}) ad Tiphallum, inc. *In furem latro noctu mea tecta petentem,* des. *ledere delitias false tiphalle meas,* [4] (ibid.) ad Gentilem, inc. *Pedicat brevias gentiles hec tibi causa est,* des. *Perbrevies at non tempore sed gladio,* [5] (ibid.) ad card. Papiensem, inc. *Quid dextro acciderit queris papiensis ocello,* des. *Riualis dextra pendeat illa uocet,* [6] (f. 212) ad eundem: *Petrioli queris quid morti - nuda facit,* (l. cit., f. 297), [7] (ibid.) ad eundem, phaleucii, incipiunt: *Campanum ueterem tuum clientem,* desinunt: *Nam cenare uolo crepare nolo,* [8] (f. 212^{v}) ad Talassium, sapphicon, inc. *Cum deos omnes superas deasque,* des. *Tauris aut creber niuibus nocere* (deest adonion), [9] (f. 213) sapphicon alterum, inc. *Quisquis est ausus uiolare amantes,* des. *Esse supremum et dominum deorum / clamat amorem,* [10] (f. 213^{v}) Iulio Pomponio: *Campano fauisse deos - altera uita deos* (l. cit., f. 297-297^{v}). [11] (f. 214^{v}) ad Papiensem ⟨card.⟩: *Terga suilla - quam sitio* (l. cit., f. 297^{v}), [12] (ibid.) ad eundem, inc. *Quo finis morbo seu que ualitudo requiris,* des. *Et meritum semper qui bene facit habet,* [13] (ibid.) ad Alexandrum Sfortiam, inc. *Quod mihi alexander suades ut martia bella,* des. *Te uolucer rapido turbine uersat equus,* [14] (f. 215) ad Cosmum Ursinum, inc. *Qui genus a priscis clarum fers cosme latinis,* des. *Parce tue terrent me fera signa domus,* [15] (ibid.) epigr. quod inc. *Si quid habes ne crede tuum petit omnia ferrum,* des. *Tutius est ferro credere quam calamo,* [16] (f. 215^{v}) ad Papiensem ⟨card.⟩ inc. *Sindone donares qualem non lidia texit,* des. *Auspiciis ex te tingor et niteo,* [17] (ibid.) de Roma, inc. *Herculeum romae non possum ferre leonem,* des. *Cenosa hiberno tempore roma uale,*

[18] (f. 216) de Germania, inc. *Fugimus immanis germanica tela sagittas,* des. *Ad gelidosque tuos quum uenit ille tepet,* [19] (ibid.) ad superos: *O quotiens dixi - barbara terra mihi est* (l. cit., f. 298), [20] (f. 216ᵛ) ad seipsum: *Nunc aperit celum - ausoniaque mori* (l. cit.), [21] (ibid.) ad Cosmum Ursinum, inc. *Italiam posthac si linquere cosme uidebis*, des. *Ante obitum nulli cognita scire potes*, [22] (ibid.) ad eundem, inc. *Candentes* (!) *dederam merulas et achaica dona,* des. *Victor equi ut currant acriter illa uolant,* [23] (f. 217) ad Lutium, inc. *Carmen habes luci siculis pastoribus aptum,* des. *Stridula auena parum est martia summe tubam,* [24] (ibid.) ad Gentilem, inc. *Gentiles numeros tuos recepi,* des. *Et Bessum quoque millies saluta,* [25] (f. 218) ⟨Simonectae epitaphium⟩: inc. *Delitias luge patrias Tyrrenia quales,* des. *Morsque illi famam uitaque honesta dedit,* [26] (ibid.) ⟨Nicolai Fortiguerra card. episc. teanensis epitaphium⟩, inc. *Nomen erat Nicolaus honos qui ex prioribus uni,* des. *Integer in factis consiliisque fuit,* [27] (ibid.) cardinalis s. Sisti ⟨Riarii⟩ epitaphium: *Quisquis iter - sanctus et interitu* (l. cit., f. 298), [28] (ibid.) insigne Riarii ⟨card. s. Sisti⟩: *Aurea signa sumus - omnia petrus habet* (l. cit., f. 301), [29] (f. 218ᵛ) ad card. s. Sisti: *Desinite externe gentes - benefecit habet* (l. cit., f. 299-299ᵛ), [30] (f. 219ᵛ) ad eundem: *Purpurei qui te - ille feras* (l. cit., f. 299ᵛ), [31] (f. 220) ⟨ad eundem⟩: *Bona minuta sumus - mittit habet* (l. cit., f. 298ᵛ), [32] (ibid.) ad eundem: *Non ego ad augurium - sed esse uolo* (l. cit., f. 298ᵛ), [33] (ibid.) ad eundem, inc. *Cum tibi tot scribant passim cum nemo poeta*, des. *et genus et patriam qui canat alter erit,* [34] (f. 221) ad eundem, inc. *Noster herus cenat nunc sol pulcherrimus exi,* des. *Pars dato* (!) *una oculo, una hauribus, una gulae,* [35] (ibid.) ad eundem: *Ire comes - petre solus eas* (l. cit., f. 299), [36] (f. 221ᵛ) ⟨ad eundem⟩: *Mille trahis - pauper emis* (l. cit., f. 298ᵛ), [37] (f. 222) ad eundem: *Petrus ad ignotum* (sic pro *Igovium*) - *uidere petrum* (l. cit.), [38] (f. 222ᵛ) ⟨ad eundem⟩: *Promittis post quinque dies - antefacit* (l. cit.), [39] (ibid.) ⟨ad eundem⟩: *Cortice nos quanque uincunt - candidiora sumus* (l. cit., f. 298), [40] (ibid.) ⟨ad eundem⟩: *Tres aliis menses - at iste uolat* (l. cit., f. 299), [41] (f. 223) ⟨ad eundem⟩: *Coctilis augusti - illud habet* (l. cit., f. 296ᵛ et 299), [42] (ibid.) ⟨ad eundem⟩: *Edificat celo non terris - astra petit* (l. cit., f. 299), [43] (f. 223ᵛ) ⟨ad Alfonsum Aragoniae⟩, inc. *Cum mea me mater peperit mirata quid essem,* des. *Cum facit e paruis grandia et ima leuat,* [44] (f. 224) ad eundem: *Nunc alfonse meis - ad alta tuis* (l. cit., f. 299ᵛ-300), [45] (f. 224ᵛ) ⟨ad eundem⟩, inc. *Inclite dux ualidam cui prospera facta salute⟨m⟩,* des. *Sic quoque tu toto clarus in orbe uiues*, [46] (ibid.) ⟨epitaphium⟩: *Iuncta uiro coniux - ultima uitae fuga est* (l. cit., f. 202 et 300ᵛ), [47] (f. 225) ⟨de Sulmona⟩, inc. *Sim licet annorum - posteritatis honos* (l. cit., f. 286ᵛ), [48] (ibid.) ⟨ad card. Papiensem⟩, inc. *Vis ut auos - non capit hystoriam* (l. cit., f. 297ᵛ), [49] (f. 225ᵛ) ⟨ad Fride-

ricum Urbini ducem in morte uxoris Baptistae>, inc. *Si media erepta est coniux baptista iuuenta,* des. *Te fecere sinas cetera uelle deos,* [50] (ibid.) <card. Papiensi>: *Gesturus ueni - papiensis erit* (l. cit., f. 296ᵛ), [51] (ibid.) <ad Ferdinandum regem Aragoniae>: *Bellorum fulmen - orbe regat* (l. cit., f. 299ᵛ), [52] (f. 226) Ioanni Aragoniae card.: *Splendor aragonie stirpis - et benefacta deos* (l. cit., f. 300), [53] (f. 226ᵛ) <ad Diomedem>, inc. *Omnia cum faciat Diomedes omnibus unus,* des. *Nec per septa natant ostrea uina tua,* [54] (f. 227) ad card. Papiensem: *Accitus uenio - benigna manu* (l. cit., f. 296ᵛ), [55] (ibid.) ad eundem: *Quero bibas totiens - fiat agi* (l. cit., sed in ms. in duo epigrammata dividitur, alterum inc. a versu: *Falco meus*), [56] (f. 227ᵛ) obvolutus luto: *Forte per equirias* (sic pro *Esquilias*) *- atque fimum* (l. cit.), [57] (ibid.) ad spectatores: *Vana quid aspicitis - atque nihil* (l. cit.), [58] (ibid.) <de Mantua>, inc. *Mantua quam uitrea perstringit mincius unda,* des. *famaque nobilitat nominis una duos,* [59] (f. 228) <ad Mantuam de Octavio et Faustina>, inc. *Mirari effigies ueterum me mantua censes,* des. *sed minus est cigno leda que usa ioue est,* [60] (ibid.) epigramma quod inc. *Et iuuenes etiam et longeua etate probari,* des. *Pauca dari uoto cetera cuncta tuo,* [61] (ibid.) <ad card. Mantuanum>: *Roma domos amplas - illa nihil* (l. cit., f. 296ᵛ), [62] (f. 228ᵛ) ad Guidonem <Friderici urbini ducis filium>: *Preclari genus - continuando fidem* (l. cit., f. 300), [63] (ibid.) ad ducem Urbini <de aulaeis>: *Gallica spectamus - troya est* (l. cit., f. 297), [64] (f. 229) <ad Octavium Ubaldinum feltrensem>, inc. *Octavi insignis maioribus inclite fama,* des. *Effinget patrui consilia arma patris,* [65] (ibid.) <ad Antonium feltrensem>: *Antoni feltrensis - ipse ducem* (l. cit., f. 300), [66] (ibid.) <de tentoriis>: *Bellica signa sumus - pacis alunt* (l. cit., f. 296ᵛ), [67] (f. 229ᵛ) ad Fridericum urbini ducem, inc. *Gratia tanta tibi quantam Federice meretur,* des. *Campanum totum dux federicus habet,* [68] (ibid.) <de iuvene quodam germanico, primum notario et postea monacho, Eugubii mortuo> inc. *Nobilis italiam ueni germanicus infans,* des. *tempore et in casto corpore uirgo fui,* [69] (ibid.) <ad card. Papiensem>: *Scurra tibi iam sum - iam licitum est* (epigr. 28 libri VI iterum scriptum), [70] (ibid.) ad Quarqualium: *Esse domi meum - dicere quarqualium* (libri VI epigr. 38 iterum scriptum), [71] (f. 230) de Acciella: *Venter cum tumuisset - pepedit* (libri IV epigr. 3 iterum scriptum), [72] (ibid.) ad Pium II pont. max.: *Ampla crumena mihi - da pie nunc minima* (libri V epigr. 6 iterum scriptum), [73] (ibid.) ad card. Papiensem, inc. *Implorare tuum campanum dentice nolim,* des. *Vultum ego nec curo dentice curo manum,* [74] (ibid.) ad eundem, inc. *Multa dabas olim quacumque in parte rogabas,* des. *Nulla dabas non das uendo ego quod tu emis,* [75] (f. 230ᵛ) ad eundem, inc. *Grisogoni festis quo tot uenere galeri,* des. *Campanum et populum currere posse domi,* [76] (ibid.) ad eundem, inc. *Non nemora et zephiro*

et mota crepitantia fronde, des. *quodque cocodrillum fugeris inuideo*, [77] (ibid.) ad eundem, inc. *Quod papiensis heri subito tua tecta reuersus*, des. *Me tibi cras quem sors dura negauit heri*, [78] (f. 231) epigrammati antecedenti iterum scripto subnectitur aliud epigr. ad eundem, quod inc. *Quid papiensis agis Roma secessimus una*, des. *Vna dies reddat quos dedit una dies*, [79] (ibid.) ⟨ad eundem?⟩, inc. *Difficile est seruare tuum tharsilis amorem*, des. *hoc faciam cum te nolle sciam ueniam*, [80] (ibid.) ad Ursum, inc. *Si donare negem uendi tibi carmina poscis*, des. *Vendere diuitibus neuter es urse tace*, [81] (f. 231^v) ad Cosmam ⟨Ursinum⟩ de dryade: *Laudari uult - druas asinos* (l. cit., f. 297), [82] (ibid.) ⟨ad card. Papiensem⟩ (in ms. *ad quendam praelatum*): *Iane quid inflaris, - astra ferunt* (l. cit., f. 298), [83] (ibid.) ⟨ad Nencium⟩: *Pauper erat - unus eram* (epigr. 34 libri VI, iterum scriptum), [84] (f. 232) ⟨ad card. Papiensem⟩: *Campanum magno - ruspat humum* (l. cit., f. 297), [85] (ibid.) ad eundem, inc. *Concurrit puto porrigitque dextram*, des. *Vrbem ueneris et memor senarum*, [86] (ibid.) Nicolai Strozi epitaphium: *Hic Nicolaus humor strozius - mori melius* (libri V epigr. 2, iterum scriptum), [87] (f. 232^v) ⟨ad card. Papiensem?⟩, inc. *Mane citus prandes cenas cur uespere serus*, des. *Non uno possum bis satur esse die*, [88] (ibid.) ⟨ad eundem⟩: *Causa deos tenuit - unde iouem* (l. cit., f. 297^v), [89] ad Pomponium, inc. *Flere meum casum dulces nolite sodales*, des. *Effero maior ego quam capit uena fui*, [90] (f. 233) ad card. Papiensem, inc. *Sum lepus arua tener nondum peto mater opacis*, des. *Parce. abi. et ut reddat illa canes renova*, [91] (ibid.) ⟨epitaphium Pii II⟩: *Esse hoc in tumulo - reliquit urne* (l. cit., f. 295^v), [92] (ibid.) ⟨ad Iscam⟩: *Dum loquimur - isca die* (l. cit., f. 295), [93] (ibid.) ⟨ad card. Papiensem⟩: *Fronte supercilii - esse fuga* (l. cit., f. 297^v), [94] (f. 233^v) ⟨ad eundem⟩: *Egrotare meus fertur - excubias* (l. cit.), [95] (ibid.) ⟨ad eundem⟩: *Carius* ⟨pro rarius⟩ *ut ueniam - edipodes* (l. cit.), [96] (ibid.) ⟨ad Cosmum⟩, inc. *Iliaco quotiens torqueris cosme dolore*, des. *Dimidium qui uult uiuere uiuat aqua*, [97] (f. 234) ad Callimachum: *Callimachi quamuis - callimachus* (l. cit., f. 294), [98] (ibid.) ⟨ad card. Papiensem⟩: *Scire cupis - uideto domum* (libri VI epigr. 15, iterum scriptum), [99] (ibid.) ⟨ad eundem⟩: *Cur ita me - ipse facio* (lib. VI epigr. 13, iterum scriptum), [100] (f. 234^v) ⟨ad card. Papiensem⟩: *Non uenit ornatus - gratius accipias* (l. cit., f. 298), [101] (ibid.) ad eundem, inc. *Callidus es papiensis equum mea dona recusas*, des. *Exorare tamen si queo reddo meum*, [102] (f. 235) ad ⟨card.⟩ Bessarionem: *Bessario totum - inseruere parem* (in Campani vita, ed. cit., f. 14), [103] (ibid.) ad protonotarium Ursinum (in ms. *de binello*): *Aurum dum poscit - tracalus* (l. cit., f. 300^v), [104] (f. 235^v) de Paulo II pont. max. *In solio - dat precibus* (libri VI epigr. 39, iterum scriptum), [105] (ibid.) de Tertullo: *Arisonem uetulam, - non recipit* (libri VI epigr. 33, iterum scriptum),

[106] (ibid.) ad card. Papiensem: *Abstuleras cenam - gule est* (libri V epigr. 14, iterum scriptum), [107] (f. 236) ad eundem: *Pro cena mihi - esse liberalem* (libri V epigr. 15, iterum scriptum), [108] (ibid.) ⟨ad Cosmum Ursinum⟩, inc. *Non satis est odisse malos malus hoc quoque posset*, des. *Id fuerat maius Cosme placere bonis*, [109] (ibid.) ad eundem, inc. *Sortibus et sordi nodis solemnia currunt*, des. *iureque tunc poteris mittere cosme nihil*, [110] (f. 236ᵛ) ⟨ad Epidaurum⟩: *Per numen rogo - fratribus superstes* (l. cit., f. 300ᵛ), [111] (ibid.) ⟨ad Cosmum⟩: *Que te tangere*, usque ad versum 20, *auferet poetam* (l. cit., f. 300), [112] (f. 237) ⟨de coturnicibus⟩ (in ms. *ad papiensem*): *Has esse suas* (!) *uenus - an ueneris* (l. cit., f. 298), [113] (ibid.) ad eundem: *Linquimus italiam - si papiensis eris* (l. cit., f. 295ᵛ, usque ad v. 8), [114] (ibid.) ad eundem: *Legitimos affert - comedit* (l. cit.), [115] (f. 237ᵛ) ad eundem: *Italiae extremos - acrius olfatio* (l. cit., epigram. 1 a v. 9 ad finem), [116] (ibid.) ad Cosmam Vrsinum, inc. *Nectar lora fuit minister hebe*, des. *Qui phoebum quoque vincit et sibyllam*, [117] (ibid.) in Germania ⟨facinus quoddam⟩, inc. *Gacra pacturus* (!) *uenientem ad sacra puellam*, des. *Intulit ille furens abscidi et ipsa furens*, [118] (f. 238) ⟨ad Mirronem⟩, inc. *Vulgarem solitus uenerem conducere mirro*, des. *et fit cui non est foemina nata pater*, [119] (ibid.) ad Balsaminum: *Claudicus* (pro *philosophus* ed.) *cum nuper - ait esuriunt* (l. cit., f. 295ᵛ), [120] (f. 238ᵛ) ad Antonium Moronem, inc. *Has tibi cui moro mittit germania ficus*, des. *que uenit ex causa non habet ira modum*, [121] (ibid.) ad ducem Vrbini, inc. *Octo puerperiis totidem federice tulisti*, des. *Alcidem si uis uincere uince patrem*, [122] (ibid.) ad magnum Bessarionem: *Bessario quantum est - feret illa dies* (edidi in ephemeride *Bessarione*, Roma 1897, p. 612), [123] (f. 239) ⟨in reditu e Germania⟩: *Finibus Italiae primis extinguar et illic - non bene lecta solum* (Campani opp., f. 298, epigr. 1 a v. 7), [124] (ibid.) ad card. Mantuanum, inc. *Gangis ad extremos non par tibi sanguine fluctus*, des. *Pulcrius aut maius mantua ferre tuo*, [125] (ibid.) ad card. Papiensem: *Vita pii a nobis paruo - auctor non ero testis ero* (l. cit., f. 212ᵛ), [126] (f. 239ᵛ) ad eundem, inc. *Cum sit noster amor toto notissimus orbe*, des. *Hoc tu si dederis quod mihi nemo daret*, [127] (ibid.) ad Sistum IV, inc. *Candidus es solo tu nemine sordidus ore*, des. *tuque tuum perdis nomen at ille tenet*, [128] (ibid.) subnectitur epigramma ad card. Bessarionem: *Cur nunc bissario cur totus - uincere et ingenio* (l. cit., f. 300).

Codex qui in antiquo indice urbin. n. 488 signatur titulos habet minusculis rubris, primo excepto (sed interdum desunt, interdum suppleti sunt littera currenti), initiales minores tum caeruleas tum rubras, initiales maximas aureas intextis lineis et coloribus ornatas. In f. 1ᵛ circulus corona laurea, auro ac floribus decoratus, in medio circulo titulus codicis. Folii 2 margines ornati sunt lineis, frondibus laureis intextis, coloribus, insigni ac tessera gentilicia F⟨riderici⟩ Urbini D⟨ucis⟩: in prima initiali manu italica effigies

aliquantum retractata Ioannis Ant. Campani (cf. cod. 325). Ff. I, 1^{r}, 132, 134, 240^{v}-242 vacua.

In tegumenti dorso insignia Innocentii XII ac tessera gentilicia Hier. Casanate card. bibliothecarii.

339. Saec. XVI-XVII, chart., mm. 316×220, ff. 22.

Aristotelis poetica ⟨Alexandro Paccio interprete⟩. Inc. *De poetica eiusque generibus, quam facultatem singula habeant et quo pacto ut recte poesis se habeat.* Des. *satis hactenus a nobis haec dicta sint;* praeit summa libri: *De poeseum conuenientia ac differentiis - Tragediaeque et Epopaeiae comparationes:* capita numerantur I-XXIV. Primum: *Quod sit operis propositum...* ultimum: *Utra melior sit imitatio Epopaeica an tragica* (Basileae 1537).

Codex littera currenti sine ullis ornamentis exscriptus est.
Tegumentum obductum pergamena alba recenti.

340 (olim 1021). Saec. XV, membran., mm. 291×187, ff. II. 145.

Senecae M. Annaei controversiarum libri I-X; **Senecae L. Annaei** de vita beata, de otio, de septem artibus liberalibus, de consolatione; de verborum copia ad Paulum; **Pseudo-Senecae** de moribus; **Pseudo-Senecae** et **Pseudo-Pauli** epistolae; **Publilii Syri** sententiae.

1 (f. 2). M. Annaei Senecae ⟨oratorum et rhetorum sententiae, divisiones, colores, controversiarum libri I-X⟩ (in ms. *Lucii Anei Senece cordubensis declamationum* libri I-X).

2 (f. 76^{v}). Pseudo-Senecae et Pseudo-Pauli epistolae I-VIII; epist. VIII usque ad vv. *permittit tamen non ledi.*

3 (f. 81^{v}). ⟨Pseudo⟩ Senecae de moribus.

4 (f. 86). Publilii Syri sententiae (in ms. *Annei Lucii Senece proverbiorum liber*), litterarum ordine digestae (contuli cum edd. saec. XV Senecae proverbiorum, quibus potissimum convenit; cf. Publii Syri sententiae, ed. Meyer, Lipsiae 1880).

5. L. Annaei Senecae [1] (f. 95) de beata vita ad Gallionem (in ms. *Calionem*). [2] (f. 113^{v}). Subnectitur linea 9 ⟨eiusdem ad Serenum de otio⟩. [3] (f. 119). De septem artibus liberalibus, nempe epistola 3 libri XIII, ed. Haase, 3, p. 246-254; clauditur subscriptione: *Annei Lucii Senece cordubensis Fontini stoici discipulli de septem liberalibus artibus...* [4] (f. 126). *Annei Lucii Senece cordubensis de verborum copia ad Paulum.* Cap. I inc. *de studio lectionis*: *Turpissima est iactura que per negligentiam fit: maxima pars in te elabitur.* Cap. ultimum *de doctrina* des. *Si cum exceptione detur sapientia ut illam inclusam teneam* (differt ab excerptis eiusdem tituli, editis in Senecae L. A. opp., ed. cit, 3, p. 468-475; [5] (f. 129^{v}). De consolatione ad Polybium (in ms. *ad Pollionem*).

Codex numero 237 antiqui indicis urbinatis convenit. Tituli maiusculis sed interdum minusculis rubris, litterae initiales maiores alterne caeruleae ac rubrae, litterae initiales maximae aureae floribus ornatae sunt. In folio 1^v circulus corona laurea ac floribus ornatus, quem circumdant octo circuli minores, in quibus tituli operum. In folio 2 ornamentum tripertitum imperita manu pictum cum floribus ac tessera gentilicia minore C⟨omitis⟩ F⟨riderici⟩ urbinatis. Librum decimum controversiarum, quae sunt in hoc codice, contulit B. Küler; cf. Müller, Senecae opp., Lipsiae 1888, p. 508. Ff. I, II, 1^r, 79-81^r, 85^v, 94^v, 144, 145 vacua. In imis marginibus numeri quaternionum I-XIIII singulis decem foliis signantur.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Innocentii XII ac Fr. Laur. Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

341 (olim 798). Saec. XI-XII, membran., mm. 310×187, ff. III. 184.

F. 1^v. **P. Ovidii Nasonis** metamorphoseon libri I-XV cum commentario et scoliis manu librarii et manibus saec. XII-XIII. Commentarius inc. f. 2^v post v. 75 mutilus: *molli uite. Et ex hac hominem ad Dei similitudinem facere, cuius facies non prona ut cetera animalia erant in terra sed celum...* et post versum 99: *Mundus in secula IIII^{or} Aureum: argenteum. ereum. Et ferreum. Ex quo Chaos tenebrosum.* Des. imperfecte commentarius post versum 897 libri XIII, f. 157, vv. *Glaucus anthedonis filius piscator cum sinecroso* (!) *pisces cepisset et eos uellet recentissimos...* In posterioribus duobus libris non sunt nisi argumenta et scholia. Scholia manu sec. XII. 1: *hic est ypalage ut formas mutatas in noua corpora idest corpora mutata in nouas formas.* 2: *idest in separatione terre a mari et maris a terra.* 3: *quia omnia elementa unum erant sub quadam confusione ideo erat unus uultus in orbe.* Sequuntur scholia de titanis et de amphitrite. Primum scholium manu saec. XIII: *Aliqui dicunt quod est hic ypalage sed hoc non est uerum. ratio. quia ut uult aristoteles in physicis qualitas nunquam mutatur in corpus idest substantiam ita nec substantia in qualitatem; magis oppositum uidentur astruere qui dicunt quod hic sit ypalage.*

F. 1 palimpsesto index nonnullorum librorum manu saec. XV fere evanida: *Nomina librorum magistri... Ovidii metamorphoseon volumina duo completa et aliud incompletum. Ovidii epistolarum volumina tria,* des. *iterum Glose...*

F. 182 palimpsesto: *Repertorium fabularum Ovidii metamorphoseon* ⟨librorum I-V⟩. Inc. *In primo continetur qualiter per matheriam primum hominem fecit.* Des. *1. In V lib. Phineus et sotii in sassa. 2. Polidectes in lapidem.*

In f. 182^v bis palimpsesto, cui antea index librorum inscriptus, qui in f. 1, scholium in fortunam eius rotam et mutationes (in ms. *Textus Alani*). Inc. *Repudianda quippe nec immerito fortunae blandae munera,* des. *tam diuersa nempe uirtutum nouerca fortuna sibi subditis conferebat* (non inveni hoc testimonium inter opera Alani de Insulis, edita in Patr. lat., M. 210).

Codex in antiquo indice urbin. n. 522 signatur. Tituli atque initiales litterae nigrae minio illitae, initiales maximae intextis lineis ac bestiarum capitibus ornatae sunt. In f. I^{v} manu saec. XV. scholium in vitam et obitum Ovidii: *P. O. Naso natus est in Pelignis - Olympiade CXCIX. Anno Tyberiani imperii quarto*, sed quatuor haec verba posteriora calami ducta deleta sunt. In f. II *Blasii Bannerard* epigramma in nostrum Ovidii codicem: *Si qua uoluminibus reuerentia habenda uetustis / Unum hoc in primis Numinis instar adest / Si qua fides demum est iisdem praestanda uel unum hoc / Est pro Dodona pro Lyciaque satis / Nec magis hoc Veterum superat uenerabilis ullus / Codice uixque aliquid sanctius orbis habet.* Ff. 1-2^{r}, 4^{v}, 47, 177-182 manu suppari suppleta sunt. In folii 182^{v} calami probationes, inter alias Senecae stropha ex Thyeste: *Nemo tam diuos habuit fauentes... turbine uersat.*

In tegumenti dorso insignia Alexandri VIII ac Fr. Laurentii Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

342. Saec. IX-X, membran., mm. 327×292 ff. 78.

Iuvenalis D. Iunii satirae I-XVI et **Ovidii P. Nasonis** metamorphoseon fragmenta.

1 (f. 2). Iuvenalis satirae I-XVI seu libri I-V cum glossis inter lineas et scholiis codicis aequalibus, in quibus laudantur Salomon, Horosius, Hieronymus, Augustinus et alii. Primum scholium seu prooemium est: *In hoc exordio uoluntas scribendi ostenditur. Ab indignatione autem coepit. Siquidem seculi uitia ferre non posset cum inquit omnes luxuriarentur in scribendis carminibus numquid ego semper tacebo... quod personis factisque satiata abundare uidetur.* Ultimum scholium satirae XVI: *Phalerae sunt proprie equorum quae graece efipia dicuntur, torques autem sunt colli insignia. torquibus autem et phaleris donabantur milites.* Non conveniunt cum schloiis editis, quae ad manus habere potui. Praeit (f. 1^{v}) Iuvenalis vita (ed. Heinrich, Bonnae 1839, 1, p. 155) cum scholiis. Primum est: *Iunius dictus est quia iunio mense aut consul factus est aut natus.* Ultimum scholium: *Iuuenalis iste aquinates fuit idest de aquino oppido... Prima aetate siluit ad mediam fere... sicque sub obtentu militiae pulsus est urbe. ita tristicia et angore periit.*

2 (f. 77). Ovidii metamorphoseon fragmenta, tribus columnis fere evanidis, incipiunt a v. 483 libri V, desinunt v. 45 libri VI; (f. 78) a v. 731 lib. VI ad finem libri; (f. 78^{v}) versus 1-104 libri VIII.

Codex, in antiquo indice urbin. n. 511 signatus, titulos atque initiales litteras maximas praebet rubras, initiales minores tum nigras, tum rubras et nigras alternas. In f. 36 post versum 142 satirae septimae lineis rubris schema sphaerae caelestis in qua globus terrae et costellationum nomina inscribuntur. Ff. 77 et 78 sunt fere evanida. F. 1^{r} vacuum.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. X. de Zelada card. bibliothecarii.

343 (olim 777). Saec. XV, membran., mm. 335×225, ff. II. 286.

Plauti Macci comoediae I-XX. [1] (f. 2) Amphitruo, [2] (f. 19v) Asinaria. deest prologus, [3] (f. 33) Aulularia, usque ad vv. *hinc nunquam feres a me*, [4] (f. 46) Captivi, [5] (f. 61v) Curculio, [6] (f. 71v) Casina (in ms. *Cassina*), [7] (f. 84v) Cistellaria, insunt lacunulae, [8] (f. 91v) Epidicus, [9] (f. 102) Bacchides incipit a scena prima, [10] (f. 117) Mustellaria, [11] (f. 133) Menaechmi (in ms. *Menechinus*), [12] (f. 149) Miles <gloriosus>, [13] (f. 170) Mercator, [14] (f. 183v) Pseudolus, prologi tantum duo ultimi versus, reliqui desunt, [15] (f. 201v) Poenulus, inest etiam ultima scena quae inter suppositas habetur, [16] (f. 218v) Persa, [17] (f. 229v) Rudens, [18] (f. 246v) Stichus, [19] (f. 256) Trinumus (in ms. *Trinummus*), [20] (f. 272) Truculentus.

In antiquo indice urbin. n. 517 signatur hic codex qui titulos praefert maiusculis rubris, litteras initiales maiores aureas lineolis et coloribus, initiales maximas aureas intextis lineis et coloribus ornatas. In f. 1v circulus quatuor rosis, globulis aureis ac lineis caeruleis ornatus, in quo titulus operis. In f. 2 ornamentum tripertitum cum floribus, avibus ac tessera gentilicia Friderici Urbini ducis posterius addita. Ff. I, II, 1r, 285, 286 vacua.

In tegumenti dorso insignia Innocentii XII ac tessera gentilicia Fr. Laur. Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

344. Saec. XV, membran., mm. 337×233, ff. III. 340.

Servii Honorati commentarii in Vergilii opera.

1 (f. 1). In bucolica, des. vv. *non principem in scribendis bucolicis* (Lion, commentarii serviani, Gottingae 1826, 2, p. 168, lin. 3). **2** (f. 29). In georgica. **3** (f. 81). In aeneida.

Codex littera currenti scriptus titulos praebet maiusculis rubris, initiales maximas aureas tum intextis lineis, tum floribus ornatas. In f. IIIv circulus auro ac floribus ornatus, in medio circulo titulus codicis inscriptus est. In f. 1 ornamentum tripertitum pictum cum floribus, avibus et circulo ad excipiendam emptoris tesseram gentiliciam: in prima initiali manu italica Servii fortasse imago hederae corona caput ornata. Ff. I-IIIr, 80v, 339v, 340 vacua.

In tegumenti dorso tessera gentilicia Gregorii XVI.

345. Saec. XV, membran., mm. 333×227, ff. I. 244.

Servii Honorati commentarii in Vergilii opera.

1 (f. 1). In bucolica (usque ad vv. *in scribendis bucolicis*, cf. cod. ant.). **2** (f. 23). In georgica. **3** (f. 55v). In aeneida.

Codex convenit numero 579 antiqui indicis urbinatis, cum enim unus sit in illo antiquo indice codex, qui commentarios servianos contineat, potius huic quam codici antecedenti,

qui nullam tesseram gentiliciam urbinatem prae se fert, hunc numerum convenire arbitror. Littera currenti scriptus titulos exhibet maiusculis rubris, litteras initiales maximas alias aureas coloribus et lineis ornatas, alias caeruleas sine ornamentis. In folii 1 margine inferiore ornamentum pictum una cum floribus ac tessera gentilicia minore litterisque compendiariis F⟨riderici⟩ C⟨omitis⟩ Urbini. Ff. I, 244 vacua.

In tegumenti dorso tessera gentilicia Gregorii XVI.

346 (olim 792). Saec. XV, membran., mm. 360×222, ff. I. 389.

Donati Aelii (in ms.... *Tiberii Claudii*) in Vergilii aeneidos libros I-XII commentarii, usque ad commentarium in v. 472 libri XII vv. *Vbi sensit Iuturna hoc agere Aeneam... sic enim illa dixerat, ne inventus occumberet* (P. Virgilii Maronis opp. cum Servii, Donati etc. commentariis, Venetiis apud Iuntas 1542, p. 421, lin. 47).

In antiquo indice urbin. codex n. 577 signatus ac littera currenti exaratus titulos litteris maiusculis rubris, initiales maximas intextis lineis et coloribus ornatas exhibet. In f. I^v circulus corona laurea intextis lineis ac floribus decoratus, in medio circulo titulus operis. Folii 1 quatuor margines ornati sunt globulis aureis, intextis lineis, avibus, et quatuor angelis, qui tesseram gentiliciam Friderici Urbini ducis sustentant. F. I^r, 389 vacua.

Tegumentum urbinatense codicis aequale ex corio castanei coloris cum fibulis, quae insigne fridericianum ac litteras praeferunt **FED**⟨ericus⟩ in panno serico acu pictas.

347. Saec. XV, membran., mm. 372×227, ff. II. 413.

Ovidii P. Nasonis opera genuina et suppositicia.

1. Ovidii [1] (f. 1) metamorphoseon libri I-XV. [2] (f. 147). Heroidum, alias epistolarum liber. [3] (f. 191). Amorum libri I-III. [4] (f. 221). De arte amandi libri I-III. [5] (f. 249). De remedio amoris libri I-II. [6] (f. 259). Ibis. [7] (f. 267). Fastorum libri I-VI. [8] (f. 327). Tristium libri I-V. [9] (f. 369^v). Ex ponto libri I-IV.

2. Pseudo-Ovidii [1] (f. 408^v) de pulice (Poetae lat. min., ed Lemaire, Parisiis 1826, 7, p. 275-279). [2] (f. 409). De philomela (Anth. lat., Riese, n. 762).

3 (f. 410). Ovidii de medicamine faciei femineae.

4 (f. 411). Incerti nux (Poetae latin. minor, Baehrens, 1, p. 88-96).

Codex convenit n. 521 antiqui indicis urbinatis et littera currenti exscriptus est. Tituli litteris maiusculis rubris, initiales autem maximae aureae intextis lineis et coloribus ornatae sunt. In f. II^v circulus floribus decoratus, quem circumeunt duodecim circuli minores, in quibus tituli operum Ovidii. Folii 1 margines quatuor floribus, fructibus, bestiis, geniis ac tessera gentilicia minore Friderici Urbini ducis decorati sunt. Ff. I, II^r vacua.

Tegumenti dorsum Gregorii XVI tesseram gentiliciam praefert.

348. Saec. XV, membran., mm. 369×220, ff. I. 215.

Merula Georgii et Calderini Domitii commentarii in Iuvenalis satiras; commentarius in Horatii epistolas.

F. 4ʳ. ⟨Georgii Merulae seu Alexandrini, cf. Indicem urbin. antiquum nn. 484, 485, enarrationes in Iuvenalis satiras⟩. Prima enarratio inc. *Semper ego auditor: Ca⟨u⟩sas hic primum reddit cur relicta frequenti poetarum materia satiras potissimum sit aggressus.* Enarratio ultima des. *Nam et apud Vegetium Torques aureus solidus uirtutis premium fuerat: quem qui meruissent preter Laudem interdum duplas consequebantur annonas. K;* praeeunt [1] (f. 1) ⟨praefatio ad Fridericum Urbini ducem⟩: *Si in enarrandis poetis Quorum eruditio multiplex uaria atque recondita - huic meae praefationi subiungere uolui;* [2] (f. 2) ⟨index eorum quae explanator nova comentanda reperit in Iuvenale⟩, inc. *Scriptus et in tergo nec dum finitus horestęs / Vigilanti stertere naso,* des. *Et samia genetrix quae delectatur harena / Nec res atteritur longo sufflamine litis* et infra: *Nec tamen cętera spreueris Lector;* [3] (f. 3) poetae vita, inc. *Iuuenalis satyrarum scriptor illustris aquinas fuisse magis ex eo uersu,* des. *altius repetenda sunt;* [4] (ibid.) *De satyrica fabula duabusque satyris,* inc. *Satyrica primum apud graecos ut ueteres scriptores tradunt,* des. *Mutatis tantum pedibus numerisque facetus / Emunctae naris* (ed. Venetiis per Gabrielem Petri 1478, f. a II - n IIII).

2. ⟨In Horatii epistolas. [1] (f. 100) in epistolarum librum II epistolam 3 seu artem poeticam commentarius⟩. Inc. *Humano capiti... De inęqualitate operis loquitur et dat praeceptum scribendi poema.* Des. *inter arundinem, hirundinem et hirudinem. Arundo cannam, hirundo auricula, hirudo sanguisuga.* [2] (f. 112ʳ). ⟨In epistolarum librum I⟩. Commentarius in epist. 1 inc. *Prima dictae...: Rude. Rudis est signum missionis artis gladiatoriae. Includere ludo officio scribendi.* Commentarius in epist. 20 des. *eo anno compleui quatraginta quatuor annos quo lollius consul sortitus esset socium lepidum in consulatu.* [3] (f. 120ᵛ). ⟨In libri II epistolas 1-2⟩. Commentarius in epist. 1 inc. *Cum tot sustineas... Augusto petentes* (!) *ne* (!) *aliquid sibi operis dedicaret scribit.* Commentarius des. in v. 105 epist. 2, *obturem patulas: Non solum inquit non Laudo. Finis.*

3 (f. 128). Calderini Domitii in Iuvenalis satiras commentarius. Inc. *Satyrarum genera duo agnoscimus alterum antiquius tam a grecis quam latinis usurpatum.* Des. *Torquibus. torques militares erant sumpto more a Gallis unde torqueti;* praeeunt [1] (f. 127) explanatoris dedicatio ad Iulianum Medicen, quae inc. *Domitius Iuliano... Etsi multa de prudentia humanitate* et des. *locum optinet honestissimum;* [2] (f. 128) Iuvenalis vita: inc. *Iunius Iuvenalis libertini locupletis incertum alumnus an filius,* des. *Sed iam de satyra dicamus:* subnectuntur [3] (f. 207)

interpretis epistola ad Iulianum Medicen, inc. *Nihil mihi in toto opere perficiendo molestius fuit,* des. *ascribenda* (!) *iudicent;* [4] (f. 207) eiusdem defensio ad versus Brotheum grammaticum .. inc. *Utinam heli et Marce consilio meo mihi uti licuisset,* des. *nec refelli posse nec accusari debere uiderentur. Valete* (ed. Romae, Kalendis Septembris 1474). Subsequitur [5] (f. 215) ⟨iudicium in Calderini commentarios⟩. Inc. *Expositionis Domitii Calderini in Iuuenalem summa cura recognoui, quas, exclusa in coeteros maliuolentia.* Des. *Nam ceteri impressores qui tuo consilio utuntur libros depreuare consueuerunt: quod certe huic arti turpissimum est.* Deinde subscriptio: *Domitii Calderini... editi Romae. Kal. septembris MCCCCLXXIIII* (l. cit.).

Codex, in antiquo indice urbin. n. 585 signatus, littera currenti transcriptus est magna ex parte e libris impressis *Manu Angeli Calliensis,* uti habetur e subscriptione f. 124: sed cetera codicis folia eadem manu scripta eundem scriptorem produnt. Verba quae graece ubique transacta sunt. Tituli desunt, litterae initiales maiores aureae coloribus, initiales maximae aureae intextis lineis et coloribus ornatae sunt. In f. I^{v} circulus magnus floribus et coloribus ornatus quem circumdant quatuor circuli minores vacui ad excipiendos operum titulos. Folii 1 quatuor margines auro et coloribus perita manu picti, in quibus flexae lineae, arborum rami florentes, canis leporem arripiens, ac tessera gentilicia F⟨riderici⟩ Urbini D⟨ucis⟩ conspiciuntur. Alterum ornamentum eiusdem fere exempli in f. 127. Ff. 1^{r}, 98, 99, 124^{v}-126 vacua.

Tegumenti dorsum tesseras gentilicias Pii VI et Fr. X. de Zelada card. bibliothecarii praefert.

349 (olim 549 et 344). An. 1480 (cf. f. 313^{v}), membran., mm. 392×245, ff. I. 314.

Homeri ilias per Laurentium Valla (in ms. *Vallensem*) in linguam latinam soluta oratione translata. Lib. I inc. *Scripturus ego quantum exercitibus graiis cladem excitauerit Achillis furens indignatio.* Lib. XXIV des. *bellicoso Hectori sepulchrum constructum est* (impressum per Baptistam Farfengum 1497, impensa Laurini civi⟨s⟩ Brixiani).

F. 313^{r} Veterani Friderici epigramma in hanc versionem: *En graiis tantum quondam celebratus Homerus - Ilias in lucem cultior ecce redit.*

Codex, qui antiqui indicis urbin. numero 494 convenit, nomen librarii exhibet in f. 313^{v}: *Ego Federicus Veteranus transcripsi MCCCCLXXX. Kal. Novembris.* Tituli maiusculis rubris praeter primum qui aureis, litterae initiales maximae intextis lineis, auro et coloribus ornatae sunt. In f. 1^{v} circulus maximus corona laurea, auro ac floribus ornatus in quo titulus codicis; infra tessera gentilicia fridericiana evanida. Folii 2 margines quatuor non negligenti arte fortasse ferrariensi picti auro et coloribus cum floribus, intextis lineis, avibus, geniis, marinis diis, insignibus ac tessera gentilicia Friderici Urbini ducis. In sinistri marginis taenia candelabro appicta pictoris nomen: *Hercules fecit.* Ff. I, 1^{r}, 314 vacua.

In tegumenti tergo tesserae gentiliciae Pii IX et A. Lambruschini card. bibliothecarii.

350. Saec. XV, membran., mm. 430 × 270, ff. I. 201.

Vergilii P. Maronis opera genuina ac dubia, **Asmenii** et **Vomanii** epigrammata.

1. Vergilii (f. 2) eclogae I-X (in ms. *libri I-X*). **2** (f. 14^{v}). Georgica libri I-IV. **3** (f. 46^{v}). Aeneidos libri I-XII. **4** (f. 180). Vergilii (?) moretum (ed. Ribbeck, Lipsiae 1868, appendix vergiliana, vol. 4). **5** (f. 181^{v}). Copa (l. cit.). **6** (f. 182). ⟨Est et non est⟩ (l. cit.). **7** (f. 182^{v}). ⟨Vir bonus⟩ (l. cit.). **8** (f. 183). ⟨Rosetum⟩ (l. cit.). **9** (f. 183^{v}). Dirae (l. cit.). **10** (f. 186). Culex (l. cit.). **11** (f. 191^{v}). ⟨Catalecta⟩ (in ms. *Epigrammata ad Priapum*) (l. cit.). **12** (f. 201). ⟨Asmenii de laude horti⟩ (in ms. *Virgilii de amoenitate hortuli;* Anthologia lat., ed. Riese, n. 635). **13** (ibid.). ⟨Vomanii de interno livore⟩ (in ms. *Virgilii de inuidia siue liuore;* Riese l. cit., n. 636).

Codex, in antiquo indice urbin. n. 492 signatus, titulos exhibet maiusculis aureis, litteras maiores tum caeruleas tum aureas, initiales maximas aureas coloribus et floribus ornatas. In f. 1^{v} solitus circulus coloribus pictus cum floribus, in cuius medio titulus codicis. In f. 2^{r} rectangulus auro et coloribus distinctus in quo litteris maximis tum aureis tum caeruleis eclogarum titulus. In f. 2^{v} ornamentum tripertitum cum intextis lineis, coloribus, bestiis ac tessera gentilicia F⟨riderici⟩ C⟨omitis⟩ Urbini posterius addita. In prima littera initiali eclogarum pictura in qua Melibaeus Tityrum alloquitur; in littera initiali Georgicorum agricola campum arat; in Aeneidos initiali littera demum Troia flammis incensa et ornamentum uti in f. 2^{v}. In f. 45^{v} templi frons eleganti manu picta atque insignibus ac tessera gentilicia Friderici ducis ornata, in medio rectangulo pictura in qua Troia incensa conspicitur et Aeneas qui cum pluribus aliis e flammis eripitur; in portu naves duae; picturae omnes manu italica. Folium 1^{r} vacuum.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Clementis XIV.

351. An. 1482 (cf. f. 382), membran., mm. 404 × 246, ff. IX. 384.

F. 6. **Glicinii Bernardi** in triumphos Francisci Petrarca expositio. Inc. « Nel tempo che rinoua ». *Descriue Miser Francesco il sensitiuo dominio.* Des. *e che uiue senza obumbrazione di uicissitudine per infinita secula seculorum. amen;* deinde clausula ad Borsium: *Essendo ora illustrissimo principe cum lo aiuto de Dio - mantenerti in gloria per infinita secula...* praeit expositoris prooemium ad illustrissimum Mutinae ducem divum Borsium estensem: *Publio Cornelio Scipione - assumendo dunque el principio del primo triumpho el quale così parla* (impresso in Venisia per Pelegrino di Pasquale e Domenico Bertocho da Bologna compagni negli anni del nostro signore 1488).

F. 382. Veterani Friderici *carmen* ⟨Sonetto⟩ in morte Friderici Urbini ducis. Inc. *Fedrico Vetrano fui che scripse.* Des. *Per lenimento di mia vita abiecta.* (ed. Guasti, in *Giornale storico degli Archivii toscani,* Firenze 1862, 6, p. 121).

Codicem, qui antiqui urbin. indicis n. 606 convenit, *Federicus Veteranus urbinatensis transcripsit et cum circiter sexaginta uolumina exarauerit ultimum hoc fuit ob*

principis interitum cuius eterne dolendum est, uti habetur in subscriptione folii 382. Tituli desunt, litterae initiales maximae aureae tum coloribus tum intextis lineis ac floribus ornatae sunt. In f. III^{v} solitus circulus corona laurea, auro, intextis lineis ac floribus decoratus, in quo titulus codicis. Folii 1 margines ornati auro, intextis lineis, avibus ac tessera gentilicia F⟨riderici⟩ Urbini D⟨ucis⟩. In ff. IV-IX manu librarii index. Ff. I, II, III^{r}, 382^{v}-384 vacua. In imis marginibus signantur quinterniones I-XXXVII singulis decimis foliis.

In tegumenti dorso insignia Innocentii XII ac binae tesserae gentiliciae Fr. Laur. Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

352. An. 1481 (cf. subscr. f. 297), membran., mm. 386×238, ff. I. 297.

Alani de Insulis anticlaudianus; **Aratoris** epistolae ad Florianum et Vigilium et de actibus apostolorum; **Gualteri** anglici romuleae fabulae; **s. Prosperi** aquitani epigrammatum liber; **Marbodi** episc. liber lapidum; Crisiados poema; de raptu Proserpinae; **Mombritii Bonini** de dominica passione; **Dracontii** carmen de Deo.

1 (f. 2). ⟨Alani de Insulis anticlaudianus⟩ (in ms. *Anticlaudiani de beato puero*) libri I-IX usque ad vv. *post fata silebit* (M. 210, 487-574, deest praefatio prosa oratione; praeit tantum praefatio metrica (M. l. cit., col. 487).

2. Aratoris [1] (f. 75^{v}) epistola ad Florianum (in ms. *De actibus apostolorum*) (M. 68, 66-72). [2] (f. 76). ⟨Epistola ad Vigilium⟩ (M. 68, 74-82, deest primus versus). [3] (f. 76^{v}). ⟨De actibus apostolorum⟩ libri I-II (M. 68, 83-246); subicitur (f. 115^{v}) memoria oblationis libri olim factae ab Aratore subdiacono papae Vigilio (in ms. *Prologus*). Inc. *Beato domno petro adiuuante oblatus est codex huiusmodi.* Des. *Archidiaconus fuit et post eum cathedram accepit* (in Aratoris ed. calaritana 1573, teste Bandini, Biblioth. Laurent. 1, col. 724; cf. M., l. cit., col. 52).

3 (f. 116). ⟨Gualteri anglici romuleae fabulae⟩ (in ms. *Esopi phrigii fabulae dictae apologi traductae in linguam latinam*; ed. Hervieux, *Le fabulistes latins*, Paris, Didot, 1884, 2, p. 385-418, cf. 1, p. 434 sqq.).

4 (f. 134^{v}). S. Prosperi aquitani epigrammatum liber ex sententiis s. Augustini (in ms.... *excerpta ex libris...*; M. 51, 497-532); praeeunt [1] (f. 134^{v}) brevis laus s. Prosperi: *Iste prosper fuit equitanicus* (!) - *omnium ecclesiarum iudicium uidetur habere*; [2] (ibid.) prologus in poetam, hexametri decem: *Haec Augustini ex sacris epigrammata dictis* (edidit Mansi in add. ad Fabricii Biblioth. med. et inf. lat., Patavii 1754, 6, p. 17). Subsequitur [3] (f. 157) ⟨poema coniugis ad uxorem⟩ (M., l. cit., inter incertae auctoritatis s. Prosperi opp., 611-616; cf. append. opp. s. Paulini, M. 61, 575-740).

5 (f. 159). ⟨Marbodi redonensis episcopi liber lapidum⟩ (in ms. *Evax rex*

arabum de uirtutibus lapidum; M. 171, 1737-1770, lin. 2 quia abrumpitur versu: *Et lapides caros adiecit et insuper artem*).

6 (f. 172). *Crisiados* ⟨seu⟩ *de signis praecedentibus iudicium* libri I-III (ad hunc codicem ed. Pitra, Spicilegium solesmense, 4, 144-165).

7 (f. 188). *Cuiusdam nobilis uiri militis et poetae clarissimi liber incipit scriptus ad Vespasianum surrentinum eius socium et amicum.* In summo margine titulus alter: *Quidam calaber de raptu Proserpinae.* Inc. *O custos animi pilades nunc alter horesti.* Des. *Non grauet optatis hora sinistra uale.* Sequitur (f. 198) clausula poetae: *Sicula me genuit tellus nutriuit amica / Terra suis calabris, roma cadauer habet... Tempore quo tutum me fore quaeso roga.* In exordio carminis auctor profitetur alia scripsisse de Euridice et de bello punico (cf. Arevali prolegomena in Dracontium, M. 60, col. 636-637).

8 (f. 198^{v}). Bonini Mombritii de dominica passione libri I-VI. Lib. I inc. *Qui nimis absumpsi primos iuueniliter annos.* Lib. VI des. *Redderet et liquido se surrexisse doceret;* praeit prologus ad Sixtum IV: *Alter ab insubribus liber optime maxime praesul - Propositam domini iam cano siste crucem* (ed. Mediolani per Ant. Zarotum sine anno, circa 1475).

9 (f. 260) ⟨Dracontii carmen de Deo⟩ libri I-III (in ms. *Aureli Augustini de Deo liber;* M. 60, 679-901).

Codicem, qui in antiquo indice urbin. n. 504 signatur, *Federicus Veteranus urbinas transcripsit anno salutis 1481 id. Aug.*, uti testatur subscriptio folii 297. Tituli maiusculis rubris, litterae initiales maiores tum caeruleae tum rubrae, initiales maximae aureae coloribus atque intextis lineis ornatae sunt. In f. 1^{v} circulus floribus decoratus quem circumdant novem circuli minores, in quibus tituli operum inscribuntur. Folii 2 margines elegantissime ornati sunt aureis lineis ad artem intextis, coloribus, flosculis, candelabris, insignibus, tessera gentilicia et capite, egregie manu italica picto, F⟨riderici⟩ Urbini D⟨ucis⟩. Ff. I, 1^{r}, 297^{v} vacua. Expendit ac diligenter descripsit hunc codicem Arevalus in prolegomenis Dracontii (M. 60, 636-637).

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX atque A. Mai card. bibliothecarii.

353 (olim 832). Saec. XV ex., membran., mm. 385×240, ff. I. 309.

Probae Faltoniae cento; **Vergilii P. Maronis** dubia et supposititia; Anthologiae epigrammata; Consolatio ad Liviam; **Claudiani Claudii** aponus; Ilias latina; **Sabini A.** epistolae; **Calpurnii** et **Olympii Nemesiani** eclogae; **Gregorii Tiferni** seu **Tifernatis** epigrammata; **Maximiani** elegiae; **Vegii Mafei** laudensis de morte Astyanactis; **Alcadini** de balneis puteolanis; **Philephi Marii** aliqua; **Valerii Flacci** argonautica.

1 (f. 6). Probae Faltoniae cento (in ms. *Probae centonae clarissimae Maronis carminibus ad Testamenti opuscula* (!) (Schenkl, Corpus script. eccl. lat., Vindobonae 1888, 16, p. 569-609).

2. P. Vergilii Maronis [1](f. 19v) Aetna (in ms. *P. V. Maronis Aetna quae a quibusdam Cornelio tribuitur;* Poetae lat. minor., Baehrens, Lipsiae 1880, 2, appendix vergiliana). [2](f. 30v) Ciris ad Messalam usque ad versum 463 (Baehrens, l. cit.). [3](f. 39v) Subnectuntur ex Vergilii (?) epigrammate 2 versus 3-4, deinde epigramm. 3-9, usque ad v. 14 (Baehrens, l. cit., p. 163-167). [4](f. 40v) Ciris resumitur a v. 531 ad finem. [5](f. 41) ⟨Priapea⟩ (in ms. *P. V. Maronis cathalecton, Priapus loquitur;* l. cit., p. 158-161). [6](f. 41v) Subnectuntur epigrammata 1-2 cum versu: *iste est rhetor,* deinde epigram. 9 a v. 15 ad finem, demum epigramm. 10-12 (l. cit.).

3. Anthologiae epigrammata. [1](f. 43v) epigramma 779 ed. Riese (in ms. *P. V. Maronis elegiae in Mecenatis obitu quae dicitur Virgilii cum non sit*), [2](f. 46) subnectitur epigram. 780, [3](f. 46v) epigrammata 519-530 (in ms. *P. V. Maronis de speculo*), [4](f. 47) 531-554 (in ms. *P. V. Maronis experientia*), [5](f. 48) 566-578 (in ms. *P. V. Maronis de quatuor temporibus anni*), [6](f. 49) 579-590 (in ms. *de ortu solis*), [7](f. 49v) epigram. 627 (in ms. *P. V. Maronis de laboribus Herculis*), [8](f. 50) 632 (in ms. *P. V. Maronis de littera Y*), [9](ibid.) epigramm. 615-626 (in ms. *P. V. Maronis de celestibus signis*), [10](f. 51v) 2 (in ms. *versus Ovidii*), [11](ibid.) 874 (in ms. *summa virgiliane narrationis in tribus operibus buccolicis georgicis et aeneidos*), [12](f. 52) 591-602 (in ms. *P. V. M. super libros XII Aeneidos*), [13](f. 53) 140, 242, 635 (in ms. *P. V. M. hortulus*), [14](f. 53v) 633 (in ms. *P. V. Maronis de Venere et vino*), [15](f. 54) 636-638 (in ms. *P. V. M. de livore et de cantu sirenarum*), [16](f. 55) 629, 628 (in ms. *de fortuna*), [17](f. 55v) 788, 647 (in ms. usque ad v. 10), [18](ibid.) 495-506, [19](f. 56) 641 (in ms. *monostica de erumnis herculis; argumenta XII librorum Aeneidos*), [20](ibid.) 591-602), [21](f. 57v) 664, 518, 507-517, [22](f. 58v) 158, Vergilii epitaphium, 178, 872, 782 et distichon: *Tarpeio quondam consedit culmine cornix / Est bene non potuit dicere dixit erit,* 663, 160, 256, 257, [23](f. 59) in balistam latronem (Baehrens, l. cit., 4, p. 157, n. 160), [24](ibid.) Anthologiae epigrammatis 2 quatuor versus priores.

4 (ibid.). Consolatio ad Liviam (in ms. *P. Ovidii Nasonis... consolatio de morte Drusii Neronis filii qui in Germania morbo periit;* Baehrens, l. cit., 1, p. 104-121).

5 (f. 68). Claudii Claudiani Aponus (Birt, Monum. Germ. hist., Berolini 1892, Auctores antiquissimi, 10, 307-311).

6 (f. 69v). ⟨Italici Ilias latina⟩ (in ms. *Homeri de bello troiano opus de graeco in latinum per Pindarum traductum;* Baehrens, l. cit., 3, p. 7, 59).

7 (f. 88). ⟨Angeli Quirini Sabini epistolae I-III⟩ (in ms. *A. Sabinus eques romanus celeberrimus vatesque Nasonis temporibus claruit qui has omnes responsiones et alias aedidit quae non reperiuntur. De quo quidem sabino ipse*

Naso de sine titulo libro secundo ad Macopum talia dicit; Ovidii opp., ed. Pomba 1822, 1, p. 17-25, 43-49, 115-121); praeeunt testimonia Ovidii de antiquo Sabino, quae habentur Amor. II, eleg. 18 et ex Ponto IV, eleg. 16.

8 (f. 95) Calpurnii eclogae I-VIII (Baehrens, l. cit., 3, p. 69-102).

9 (f. 108) ⟨M. Aur. Olympii Nemesiani eclogae I-IV⟩ (l. cit., p. 176-190).

10. P. Gregorii Tiferni *epistolarum epigrammatumque pars per L. Cronicum de schiediis eius lituratis collecta.* [1] (f. 113) in **Trinitatem**: *Hic meliore lyra - promere lingua* (P. Gregori Tiferni opuscula, per Bernardinum venetum, Venetiis 1498, f. 2-4), [2] (f. 116) in b. **Mariam** v.: *Virgo decus coeli - opem* (l. cit.), [3] (f. 117r) ⟨ad **Antonium** panormitam⟩: *Vivimus Antoni - amice recens* (l. cit.), [4] (f. 118) in **malitiam Iunonis**: *Iunonis grauis ira et inexorabile numen - cauere dolos*, [5] (f. 118v) ad **famulum suum**: *Scis mihi qua polidore - esse uolo* (l. cit.), [6] (f. 119) ad **Thomam** reatinum: *Quae mea sit Thoma - et ipse dies* (l. cit.), [7] (f. 119v) triumphus **Cupidinis**: *Viuebam liber - uincit amor* (l. cit.), [8] (f. 120v) ad **Angelum** reatinum: *Cum sit nulla mihi - querela feret,* (l. cit.), [9] (f. 121v) ad **Pium II P. M.**: *Nuntius in latas - raro datur* (l. cit.), [10] (f. 125) ad **Tortellium**: *Nunc ego Torteli - acerba queri* (l. cit.), [11] (f. 126) ad **Franciscum Sfortiam** ducem mediolanensem: *Sanctus apud multas - notus erit* (l. cit.), [12] (f. 126v) vaticinium cladis **Italiae**: *Barbara gens italos - pernitiemque parat* (l. cit.), [13] (f. 127r) sapphicum in **Petrum Bombellum**: *Petre Bembelli genuit - Regnet in ora* (l. cit.), [14] (f. 128) sapphicum ad **Ludovicum** Mantuae principem: *Cultor o uatum - Laetior annus* (l. cit.), [15] (f. 128v) de **vitae fragilitate**: *Ecce sumus puluis - triste rapit* (l. cit.), [16] (f. 129) in **Sylvinam** puellam: *O cunctas formosa - et ipsa tuum* (l. cit.), [17] (ibid.) in **Didacum**: *Ducis apud superos - iunctus eram* (l. cit.), [18] (ibid.) in **Camillum**: *Mors tua sit - soluta uale* (l. cit.), [19] (f. 129v) in **Sabellum**: *Optime mutasti uitam - pascis et ambrosiam* (l. cit.), [20] (ibid.) in **Iuliam** puellam: *Iulia quae, longa fueras - conciliauit amor* (l. cit.), [21] (f. 130) in **Thomam Moronum** mediolanensem: *Hic situs est Thomas - posteritate coli* (l. cit.), [22] (ibid.) in **Ladislaum** regem Pannoniae: *Hic teneras lector - inuida coniugium* (l. cit.), [23] (f. 130v) in **Pallantem Stroziam**: *Quando alium flebis - atque sequantur eris* (l. cit.), [24] (ibid.) in **Paulum Barbum**: *Si decreta sibi - et benefacta manent* (l. cit.), [25] (ibid.) in **Valerium Marcellum** adolescentem venetum: *Cui* (!) *patriae Marcelle - recepte toros* (l. cit.), [26] (f. 131) nenia in **Quintillam**: *Hic Quintilla iaces - carmen et exequias* (l. cit.), [27] (f. 131v) ad **Paulum**: *Si res paule tibi - atque benigna tibi* (l. cit.), [28] (ibid.) ad **amicum potentem**: *Rebus ut in dubiis - consiliumque tuum* (l. cit.), [29] (ibid.) ad **Philippum** ducem: *Maxima bellando - in astra feret* (l. cit.), [30] (f. 132) ad **Petrum Aureolanum**: *Si quid agat - sedulo funde preces* (l. cit.), [31] (ibid.) in **Virgi-**

lium vatem: *Smyrna suo tantum - sidera motus agit* (l. cit.), [32] (ibid) in aedes: *Condidit has magnis - secundus erat* (l. cit.), [33] (f. 132ʳ) in navale Venetorum: *Inclitus hoc Venetum - plura loco* (l. cit.), [34] (ibid.) in psittacum: *Psittacus adriacas - uolueris sed homo* (l. cit.), [35] (ibid.) ad Candidum: *Cuidam* (!) *de media - negato meos* (l. cit.).

11 (f. 133). Maximiani elegiae I-VI (in ms. *de incommodis senectutis*) (Baehrens, l. cit., 5, p. 316-348), (f. 144ʳ) ultimae elegiae subnectuntur versus: *Premia tot formae numeret quis uoce liquoris* (!) *Quaeue potest laudes dicere musa tuas / Quamuis uotiuas intendam promere uoces / Deficiunt uerba pectus anhelat amans / Et tamen illa paris helene qua forma teneris / In pretio potuit te dare nuda uenus.*

12 (f. 145). Mafei Vegii laudensis de morte Astyanactis (in ms.... *opus iocundum et miserabile*). Inc. *Musa refer quae causa metum post diruta Troiae.* Des. *Lumine et ut facili caetera mente soles* (ed. Callii, per Robertum de Fano et Bernardinum de Bergamo 1475).

14 (f. 151) ⟨Alcadini poetae siculi de balneis puteolanis ad Henricum IV imp.⟩. Inc. *Inter opes operum deus est laudandus in illis.* Des. *corrige correptum credo placebit opus* (ed. Venetiis apud Iuntas 1553, p. 203-208).

15. M. Philelphi [1] (f. 158ᵛ) ad Hermolaum patritium venetum congratulatio. Inc. *O cui fatorum series dedit omnia primo / Tempore.* Des. *Promittit quantum parta corona decus,* [2] (f. 170ʳ)... adhortatio in Turcos ad invictissimos christianos principes, inc. *Quid facitis summi reges quae caeca peculi / Aut regni,* des. *Quos commendo tuis Riualtum patribus ut res,* [3] (f. 202) *execratio in pestem venetam oratorium quod pro valitudine venetorum ad superos carmen,* inc. *Pestis abi: quid dira moues tot praelia iustis,* des. *Esse calor peste sic abeunte dolor.*

16 (f. 213). C. Valeri Flacci Setini Balbi argonauticon libri I-VIII (Baehrens, Lipsiae 1875).

Codex in antiquo indice urbin. n. 493 signatus titulos habet litteris maiusculis rubris; litterae initiales maiores alias aureae alias caeruleae, initiales maximae aureae tum intextis lineis tum coloribus ornatae sunt. In ff. 1-3 index in codicis opera cum eorum initiis librarii manu. In f. 5ᵛ tabula coloribus picta cum titulis operum quae codex continet. Folii 6 margines splendent auro, florum sertis, candelabris, geniis, insignibus ac tessera gentilicia cum nomine **FEDERICUS DUX.** In f. 309 librarii subscriptio: *Federicus de Veteranis urbinas sub divo Federico urbinat. duce invictissimo Romanae ecclesiae dictatore transcripsit.* Deinde alio atramento posteriore: *Quo principe decedente utinam et ego de medio tunc sublatus quiescerem ab instanti temporis calamitate.* Ff. I, 4, 5ʳ, 94ᵛ, 212ᵛ, 309ᵛ vacua.

Tegumentum urbinatense codicis aequale ex corio castanei coloris cum fibularum reliquiis.

354 (olim 784). Saec. XV, membran., mm. 359×225, ff, III. 215.

Donati Aelii in P. Terentii comoedias commentarii; Calphurnii Ioannis in heautontimorumenon expositio et epistola.

1. Donati [1] (f. 6) in andriam, [2] (f. 43ᵛ) in eunuchum, [3] (f. 88ᵛ) Calphurnii in heautontimorumenon. [4] (f. 106) Donati in adelphos, [5] (f. 150) in phormionem, [6] (f. 178) in hecyram. Donati commentarius in andriam inc. « poeta cum »... *Principium factum est a commentatione.* Commentarius in hecyram des. *nam imprudenti scientem reddit non prudentem;* praeeunt vita Terentii, de tragoedia et comoedia, praefatio et argumentum in andriam, quae incipiunt: *Publius Terentius afer chartagine natus* et desinunt: *qui ad hunc modum terentianas fabulas diuiserunt* (Terentii opp., Tarvisii 1477).

2 (f. 209). Calphurnii Io. brixiensis ad M. Aurelium venetum epist. nuncupationis de explanatoribus atque editoribus terentianarum comoediarum. Inc. *Constat antiquos scriptores, Marce Aureli, qui disciplinarum omnium multa et uaria cognitione praediti erant.* Des. *a calphurnio tuo pro munusculo accipe donec te maioribus muneribus ut par est onerem. Vale decus litterarum* (ed. cit., f. ultimo).

Codex in antiquo indice urbin. n. 578 signatus littera currenti exaratus est. Tituli litteris maiusculis rubris, litterae initiales tam maiores quam maximae aureae coloribus ornatae sunt. In f. IIIᵛ solitus circulus auro pictus cum floribus in cuius medio titulus operis. Folii 1ʳ margines intextis lineis, floribus, insignibus ac tessera gentilicia Friderici Urbini ducis ornati sunt. Ff. I-IIIʳ, 211ᵛ-215 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

355. Saec. XIV, membran., mm. 338×221, ff. 225.

F. 5. **Senecae** tragoediae I-X cum Nicolai Treveth ord. praed. expositione et glossis manibus posterioribus (ordo tragoediarum uti in codd. deterioris notae, cf. Teuffel, *Geschichte der röm. Literatur, fünfte auflage*, Leipzig 1890, § 290, n. 8). Commentarius inc. *Tria genera theologie distingui a Varrone narrat Augustinus lib. VI de ciuitate dei quorum nomina sic latine exprimuntur ut primum dicatur fabulosum.* Des. *A cuius aliorumque demonum fulmine et infestatione liberet nos dominus ihesus christus cui est honor...* praeeunt [1] (f. 3) Nicolai ostiensis et velletrensis episcopi epistola ad Nicolaum Treveht: *Licet quorumcumque studium quos audiuimus ad opera uirtuosa conari - premiumque reddatis. Datum Valencie die XIIII Aprilis;* [2] (ibid.) interpretis epist. nuncupationis ad card. Nicolaum ost. et velletrensem episcopum: *In celestibus regnis eterno iudici considere. Rudis adolescentie - ad honorem ecclesie sue perpetuum conservet dominus ihesus christus.*

F. 224 **Fabii Planciadis Fulgentii** mythologicon libri III fragmenta a vv. *symphoniarumque pondera terminibus arismeticis per mela et rhithmos* usque ad finem *malarum rerum spem semper oblivionem importat* (Mythographi lat., Amstelodami 1781, 2, p. 132, lin. 2 ab imo-134).

Ibid. hexametri manu saec. XV: *Supremis, flauilla, iugis ditissima montis / Condere quae uineis alga septumque palustri / Agrestis tuguri culmen petis, ante caueto / Horriferi flatum boree tumidique ruinam / Argestei et cetera. Argesten.*

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 590 signatur, duabus columnis exaratus est. Tituli litteris minusculis rubris, initiales maiores caeruleae ac rubrae alternae lineis, initiales maximae aureae tum coloribus, tum bestiis, tum humanis imaginibus ornatae sunt. In prima initiali manu gallica (?) Nicolai Treveht imago qui Nicolao card. ostiensi librum porrigit. In margine inferiore huius folii 5 parva tessera gentilicia alia manu addita cum siglis F⟨riderici⟩ C⟨omitis⟩. In f. 81^v pictae imagines manu gallica cum inscriptis nominibus: *Iuno, Amphitrion, Megera, Licus, hercules, teseus, furie infernales, poeta, chorus, populus expectans.* In ff. tragediarum primae et secundae passim signa zodiaci cum stellulis aureis. In f. 2 schema orbis terrae cum poli zonis et circulis. In plurimis foliis ornamenta picta auro et coloribus cum frondibus et bestiis, quibus capita humana imposita sunt. Ff. 1^r, 2^v, 4, 223^v, 224^v vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. X. de Zelada card. bibliothecarii.

356 (olim 805). An. 1400 ⟨?⟩ (cf. f. 155), membran., mm. 336×247, ff. II. 159.

F. 2. **Senecae** tragoediae I-X cum argumentis, scholiis in marginibus et glossis inter lineas (ordo tragoediarum uti in cod. antecedenti). Primum scholium « Soror »: *Iste liber principalis distinguitur in decem libros seu decem tragedias e quibus nouem omissis uenio ad diuisionem prime. que dicitur hercules furens que principaliter diuiditur in quinque actus. In primo quorum continetur... quantum ad primam partem facit duo quia Iuno primo premittit generalem lamentationem de auxilio dato herculi a Ioue uiro. Specificat et incipit Hinc arthos;* praeit argumentum primae tragoediae quod inc. *Liber tragoediarum decem continet tragoedias quarum prima est de hercule furente* et des. *correptio morum pro exemplo hic posita. Et hec ad argumenta et predicta omnia sufficiant.* Ultimum scholium « Et si qua »: *Et nunc specificat chorus suam petitionem quam facit herculi... concludendo et imponendo finem toti libro.*

In ff. 156-157 schema et tabulae ad inveniendum novilunium per anni tempora.

Codex numeris 515-516 antiqui indicis urbin. convenire potest. Tituli litteris minusculis rubris, initiales maiores rubrae et caeruleae alternae lineis ornatae, initiales maximae eleganter floribus, auro et bestiis decoratae sunt. In folii 2 quatuor marginibus frondes auro et coloribus pictae; in parte inferiore tessera gentilicia Friderici urbinatis ducis posterius addita est. In singulis primis tragoediarum litteris manu italica picturae, quae earundem argumenta quodammodo demonstrant. In calce tragoediarum

librarius adiunxit: *Christus laudetur qui libri finis habetur. Finito libro fessa quiesce manus.* In calce autem scholiorum: *Gratias altissimo retribuo infinitas totique curie celesti die XVI Septembris 140* (!). Ff. I, II^r, 1, 157^v-159 vacua.

In tegumenti dorso insignia Innocentii XII ac tessera gentilicia Fr. Laur. Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

357 (olim 796). Saec. XV ex., membran., mm. 335×222, ff. IV. 279.

Horatii Q. Flacci opera cum commentariis Christophori Landini.

1 (f. 15). Odarum libri I-IV cum commentario Christophori Landini. Commentarius in primam odam libri I inc. *Prima hec ode monocolos est, idest unimembris, quam ex unico dumtaxat metro.* Commentarius in ultimam odam libri IV des. *phrygio et lydio adinuenit;* praeeunt [1] (f. 1) interpretis prooemium ad Guidonem ducem urbinatum: *Supremum omnino inter mortales locum - Valerium soranum imitari non inficiatur;* [2] (f. 3^v) tabula vocabulorum, quae in commentariis Landini inveniuntur: inc. *Amphion*, des. *Zodiacus;* [3] (f. 13) Horatii vita per Landinum, inc. *Vetustum sane institutum est*, des. *sed iam ad poetae uersus transeamus* (impressum Venetiis per Io. de Forlivio 1483). **2** (f. 152). Epodi cum eiusdem commentariis, qui incipiunt: *Versus iambicus est. Sed primus iambicus* et desinunt: *ad amorem incitandum efficacissimum est* (l. cit.). **3** (f. 167). Carmen saeculare cum eiusdem commentariis, qui incipiunt: *Carmen saeculare sane inter lyrica carmina* et desinunt: *et spelunca caci* (l. cit.). **4** (f. 169). Ars poetica cum eiusdem commentario, qui inc. *Quum in poemate* et des. *irudo sanguisuga est;* praeit prooemium: *Permagna res est illustrissime Guido feltrane - poetarum cognitio plurimum conferet* (l. cit.). **5** (f. 183^v). Satirarum libri I-II cum eiusdem commentariis, qui incipiunt: *Sapientissime profecto excogitatum* et des. *seuissime nocent;* praeit praefatio: *Permagna res est, Illustrissime Guide Feltri, et hominibus ac ciuitatibus - facile praestabis, sed iam Horatium ipsum audiamus* (l. cit.). **6** (f. 236). Epistolarum libri I-II cum eiusdem commentariis qui incipiunt: *Prooemii munere fungitur epistola haec* et desinunt: *resecentur crimina barba;* praeit praefatio: *Magnum profecto mortalibus illustrissime Guido Feltri adiumentum attulit ea que de uita et moribus inscribitur philosophia - poete etiam in singulari litteram dicant: ut apparet apud Ovidium* (l. cit.).

Codex in antiquo indice urbin. n. 587 signatus littera currenti exscriptus titulos praefert litteris tum maiusculis tum minusculis rubris. Litterae initiales maiores aureae et caeruleae alternae; initiales maximae coloribus ac floribus ornatae sunt. In f. IV^v quadratum pictum cum flosculis, insignibus urbinatum ducum ac siglis G⟨uidonis⟩ D⟨ucis⟩, in medio quadrato titulus codicis. In folii 1 littera initiali Christophori Landini imago; margines autem huius folii splendent auro, floribus, insignibus ac tessera gentilicia cum litteris G⟨ui⟩DO; omnia manu italica. Ff. I-IV^r, 12, 277-279 vacua.

In tegumenti dorso insignia Innocentii XII ac duae tesserae gentiliciae Fr. Laur. Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

358 (olim 807). Saec. XV, membran., mm. 331×234, ff. III. 182.

Silii Italici punicorum libri I-XVII (in ms. *de secundo bello punico*).

Codex in antiquo indice urbin. n. 502 signatus titulos maiusculis rubris, litteras initiales maximas aureas lineis affabre intextis et coloribus ornatas praefert. In f. IIIv circulus corona laurea ac floribus decoratus in cuius medio titulus codicis. In folii 1 tribus marginibus bestiae, flores, intextae lineae ac tessera gentilicia minor F⟨riderici⟩ Urbini C⟨omitis⟩ picta sunt. Ff. I-IIIr, 181, 182 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

359 (olim 794). Saec. XV, membran., mm. 337×212, ff. II. 220.

Porphyrionis Pomponii et **Pseudo-Acronis** commentarii in Horatium.

1 (f. 1). Pomponii Porphyrionis commentarii in Horatii opera (ed. Hauthal, Berolini 1864-1866; cf. Meyer, Porphyrionis commentarii, Lipsiae 1874; sed in ms. folio 127 subscriptio: *Finis commenti porphirionis grammatici super epistolis ualde mendosi*).

2 (f. 129). ⟨Pseudo⟩ Acronis commentarii in Horatii odas, epodon et carmen saeculare; deest expositio secundae partis odae epod. XVII seu responsio, quae abrumpitur vv. *Inducit Canidiam precibus suis implacabiliter respondentem* (Hauthal, l. cit., 1, p. 526, lin. 14. Expositio in carmen saeculare des. vv. « quindecim diana preces virorum » *Templo enim dianae deputati erant quindecim uiri tam ad responsa captanda quam ad sacrificia offerenda* (l. cit., p. 438, lin. 11).

Codex in antiquo indice urbin. n. 582 signatus littera currenti exaratus est ac titulos praefert maiusculis rubris, litteras initiales maiores caeruleas, initiales maximas aureas coloribus ornatas. In f. IIv circulus auro ac floribus decoratus, in medio circulo titulus codicis. Folii 1 margines ornati sunt floribus ac tessera gentilicia minore Friderici Urbini ducis. Ff. I-IIr, 127v, 128, 219, 220 vacua.

In tegumenti dorso insignia Alexandri VIII ac Fr. Laurentii Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

360 (olim 801). An. 1480 (cf. f. 198v), membran., mm. 320×210, ff. II. 200 (+ f. 1a librarii negligentia transacto).

Constantii Antonii fanensis in Ovidii fastos commentarii (cf. ed. Venetiis, opera Io. Tacuini, 1497, f. 4-225v, sed in ms. hi commentarii breviores et alia recensio videntur). Incipiunt (f. 3v) « Tempora cum causis » *Duodecim anni menses et dies festos cum eorum causis. Possidonius teste Laertio scripsit tempus.* Desinunt: *In ullo principatu fuisse perspectam. Finis Anno MCCCCLXXX;* praecunt [1] (f. 1) dedicatio ad principem Fridericum urbinatem: *Veram Religionem quam licet - ipsa quoque posteritas admiretur* (l. cit., f. 2); [2] (f. 1av) argumentum: *Luculentum opus Nasonis - a nobis praetereantur studentibus breuitati* (l. cit., f. 2-2v); [3] (f. 53) ante librum II praefatio: *Anno quem Romulus constituit mensium*

decem ut nonnullis placet quinque intra diem trecentesimum quartum - quater antra dei fumantis anhelos exercere apices; [4] (f. 84) ante librum III praefatio: *Soli aegyptii certum anni motum - tum reddam tibi, galla, quod dedisti* (hae duae posteriores praefationes non sunt in ed. laudata in qua insertum est etiam commentarius Pauli Marsi).

Codex littera currenti scriptus in antiquo indice urbin. n. 588 signatur. Tituli minusculis rubris, litterae initiales maiores aureae. In folii 1 margine inferiore tessera gentilicia Friderici Urbini ducis. Ff. I, II, 110^{v}, 199, 200 vacua.

In tegumenti dorso insignia Innocentii XII ac tessera gentilicia Fr. Laurentii Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

361 (olim 822). Saec. XV, membran., mm. 306 × 191, ff. II. 139.

1. Luctatii Placidi (in ms. *Lactantii*) commentarii in Statii thebaidos lib. I-XII. Commentarius in librum I inc. « Fraternas acies ». *Quia pacti erant fratres ut mutuis annis.* Commentarius in librum XII des. *post mortem te honorabit inuidia;* praeit praefatio de vita Statii quae inc. *Queritur quo tempore fuerit iste Statius* et des. *quasi sursum cauens* (per Petrum de Quarengis, Venetiis 1498, f. 61-178).

2 (f. 133). Commentarii in Statii achilleidos librum I fragmenta. Incipiunt: « Formidatamque Tonanti ». *Cum Iupiter cuperet thediten suo coniugio sociare* usque ad vv. « Extemplo » *illico*.. « Troie » *apud maiores nostros stipendium prelio terrestri miles pedestri dabat aequites uero dabant nauali certamine ulyxis lacerte uenefici qm̄...*

Codex in antiquo indice urbin. n. 586 signatus littera currenti exaratus est. Tituli litteris maiusculis rubris, litterae initiales maximae aureae intextis lineis et coloribus ornatae sunt. In f. 1^{v} circulus corona laurea, auro ac floribus decoratus, in medio circulo titulus operis. Folii 2 tres margines ornati sunt auro, floribus ac tessera gentilicia Friderici Urbini ducis. In prima initiali manu italica imago Luctatii grammatici librum legentis. Ff. I, II, 1^{r}, 139 vacua.

Tegumentum ex corio rubro codicis aequali cum fibularum reliquiis.

362. Saec. XIV, membran., mm. 296 × 160, f. I. 139 (+ f. 85^{a} librarii oscitatione neglecto).

Commentarii in Terentii et in aliquot Plauti comoedias.

1. In Terentii comoedias. [1] (f. 3). In Andriam, inc. « Poeta ». *Cum prologus iste ob hoc a Calliopio factus esse uideretur. Quia sub eius persona scribitur. Scimus tamen quia Terentius eum fecit non sub persona sua sed sub persona Calliopii,* des. *ne extra domum Glicerii donec ipsa educatur expectent qui sperantes eam cito educendam. Sed ubi illuc aduenerit domum intrent et apparent educere eam;* praeit (f. 1) prologus de Terentii vita, de comoedia et de

argumento Andriae, inc. *Auctor iste Affricanus legitur fuisse quem destructa Carthagine Scipio Affricanus inter alios Captiuos Romam adduxit*, des. *Quia postquam fecerat mentionem de eo uoluit totam partem illam ad finem perducere* (in prologo de divisione comoediae laudatur Donatus). [2] (f. 16). In Eunuchum, inc. *Eunuchus dicta est ista fabula a quodam falso Eunucho dicto Cherea qui ductus in domum Thaidis*, des. « Atticam » *idest gratiam idest facetam eloquentiam. Laudat enim Trasonem in presentia eius.* « Ite hac » *consiliatum ad Thaidem.* [3] (f. 31). In Heautontimorumenon, inc. *Fabula ista uocatur Eautontimerumenos idest seipsum excrucians a quadam persona scilicet Menedemo se ipsum excruciante propter expulsionem*, des. « ibi » *idest in Bachide. Quid est istud de quo conuertamus certe iudicabo de uoluntate mea quanquam et cet.* [4] (f. 48). In Adelphos, inc. *Adelphe* (!) *uocatur ista Comedia et in grecum uocabulum quod interpretatur fratres. Duo enim fratres sunt principalis pars istius comedie*, des. « ex quo » (!). *quia non obsecor* (!) *idest concedo ista que uos facitis prorsus iniusta tum missam* (!) *facie illa.* [5] (f. 61v). In Hecyram, inc. *Heschira* (!) *numcupatur hec fabula et interpretatur Socrus quia cum in Comediis moralitates preter negotia et tractentur, moralitas socruum in ha* (!) *Comedia describetur*, des. « equidem » *secum loquitur ut ostendat se nescire quod se scire profitebatur.* [6] (f. 72v). In Phormionem, inc. *Comedia ista quare uocatur Phormio ipse poeta in prologo non tacet. Argumentum facit Cremes et Demipho*, des. « exequias feci Cremeti » *scilicet Cremetem iam interfeci. Quibus exequiis factis est modo mihi* « Commodum tempus ire », *Quasi dicat quibus possent modo secure.* Infra litteris rubris: *Servius. deo gratias Amen.*

2. In Plauti comoedias. [1] (f. 87v). In Amphitruonem, inc. « Et vos involtis mercimoniis » *Pro introductione huius Comediae que inscribitur Anphitrio non dum est et fuit Thebis quidam princeps cuius nomine* (!) *Amphitrio*, des. « in caelum migro » *erat in scaena locus eminentissimus in modum caeli;* praeit (f. 86) praefatio ⟨de Amphitruone, de nomine, vita, doctrina poetae et de comoedia⟩, inc. *Perseus genuit Gorgofonem, Gorgofon genuit Electrionem quem Plautus electrum uocat et genuit Alceum*, des. cum testimonio desumpto ex Eusebii libro *de temporibus* de Plauto: *circa tempora Hannibalis .i. secundi belli punici.* [2] (f. 93v). In Asinariam inc. « Hec agite si voltis ». *Incipit Asinaria que diuisa est in quinque actus, primus est euasio*, des. *Quia me hic inuenisti cum scorte* (!) *consulens male .i. ne male diceres de matre.* [3] (f. 100). In Captivos, inc. « Captus est in pugna Hegionis filius ». *Hec est tertia comedia que captiui dicitur. Hegio pater Philopolemus filius*, des. « Sectatores » *subite* (!) *cogita ad decipiendos Heros suos.* [4] (f. 106v). In Gurgulionem, inc. « Gurgulio missus Phedromi (!) » *ad expositionem huius Comedie primo est uidendum argumentum quod tale est,*

des. « quicquid » *quicquid ipse potius sponte ibit quam trahatur.* [5] (f. 113ᵛ). In Aulularíam, inc. « Senex avarus vix sibi credens ». *Hanc Comediam ut declaramus* (!) *pauca tangemus. Ostenduntur in primis mores auarorum,* des. « infama se reperisse » *aut Gurgulionem aut Verniculum* (!). [6] (f. 119ᵛ). In Casinam, inc. « Salvere iubeo spectatores ». *Hic prologus et laudatiuus et argumentatiuus. Primo enim laudatur fabula,* des. « gnata » *quam Straphocledes secum duxerat.* [7] (f. 131). In Epidicum, inc. « Heus adolescens ». *Hic est primus actus de amore Staphoclis in nouam captiuam et de renunptiatione eius ab exercitu,* des. « lumbos » *quia cum homo sedet habet lumbos depressos ita eos elleuat quando asurgit.*

Codex in antiquo indice urbin. n. 589 signatus littera currenti scriptus est. Tituli maiusculis rubris, initiales maiores caeruleae ac rubrae alternae, initiales maximae aureae coloribus atque incurvis lineis ornatae sunt. In f. Iᵛ circulus floribus et coloribus decoratus, in medio circulo titulus: *In hoc codice continetur commentum in Terentium erutum ex vetustissimo codice. Item aliud in nonnullas Plauti comoedias.* Sed commentarium in Plautum est alicuius itali recentioris, uti notavit in marg. folii 86 *A. Maius* et eruitur ex nonnullis verbis in f. 135ᵛ: *more vulgarium Io li impiro le schiauine de ciancie.* F. 1 pictum auro cum flosculis ac tessera gentilicia F⟨riderici⟩ D⟨ucis⟩ Urbini. Ff. Iʳ, 85ᵛ, 85ᵃ, 138ᵛ, 139 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI ac Fr. X. de Zelada card. bibliothecarii.

363. An. 1462 (cf. subscr. f. 96), chart., mm. 288×210, ff. I. 104.

In Iuvenalis D. Iunii satiras commentarii; Statii P. Papinii vita et argumenta Achilleidos.

1. (f. 1ᵛ). In Iuvenalis satiras commentarii. Incipiunt (f. 1ᵛ). « Semper ego ». *More omnium satyricorum ex abrupto incipit non ex aliqua delectatione.* Desinunt « Torquibus » *ornamenta sunt collorum per hoc ornamentum militis intellige;* praeeunt [1] (f. 7) vita Iuvenalis: *Iunius Iuvenalis aquinas fuit idest de Aquino opido oriundus* (in ed. Iuvenalis O. Iahn, Berolini 1851, p. 388, III); [2] (ibid.) *quae sit causa compositionis, que materia, que intentio, quae utilitas, cui parti philosophie supponatur, quis titulus.* Inc. *Causa itaque compositionis libri talis est. Quia cum Iuuenalis iste tempore domitiani imperatoris romae studens ibi.* Des. *suae professionis parcere velit nunc ad commentarium accedamus.*

2 (f. 101). ⟨Statii vita et argumenta Achilleidos ad dominum Cambi⟩ (in ms. *Statii compendium Achilleidos*). Vita inc. *Hoc ex ordine rectius puto ut priusquam ad libri presentis diuisionem accedam mentem ipsius compendiose tractandam quedam breuiter de auctore prestringam,* des. *et hoc sucincte narrasse sufficiat;* argumenta (f. 101ᵛ) incipiunt: *Summarie statius in hoc libro quem in quinque libros sive tractatus divisit hoc intendit ab isto procedere ordine, primo more recte scribentium tria facit. Proponit inuocat et narrat,* desinunt: *habes*

domine Cambi sollicitam libri presentis intentionem summariam que licet compendiose narrata tibi tuum aperiet intellectum.

Codex littera currenti scriptus est a Baptista Masci, uti habemus ex subscriptione f. 96: *Fineque principio sit quoque deus in medio / Et sic sit finis sit laus et gloria trinis. Hoc opus expletum fuit per me Baptistam Masci (?) de Tuderto 1462 die XXX decembris partim cesis et partim tuderti. amen.* Sed scriptura ff. 101-103^{r} eundem librarium monstrat. Ff. I, 96-100, 103^{v}-104 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI ac Fr. X. de Zelada card. bibliothecarii.

364. Saec. XIV-XV, membran., mm. 288 × 199, ff. 195.

Senecae tragoediae I-X cum scholiis variis manibus; ordo et nomina tragoediarum sunt: *Furia Herculis, Medea, Agamemnonia, Trohas, Edipus, Ypolitus, Thiestes, Thebaydos, Octavia, Hercules Oetheus.* Argumentum primae tragoediae inc. *Prima tragedia senece cuius materia est furia herculis,* des. *sunt quinque actus quorum primus est querimonia iunonis de hercule.* Primum scholium: « soror » *sed nomen coniugis propter adulteria Iovis videtur periisse... adulterabatur cum diuersis pelicibus unde dicit Iuno. Soror.* Alterum scholium alia manu: *ergo habentes plures dignitates ad unicam deveniunt;* praeeunt (f. 1) n o t a b i l i a dicta totius primae tragediae: « Soror »: *Vivaces aget violentius iras animus. - suoque promitur exemplo nocens.* Scholium in ultimam tragoediam sc. Herculem Oetaeum est hoc: *In inferno sunt quedam loca delectabilia et amena in quibus anime iustorum morantur que ellisium nuncupantur, de quo Virg. Aeneyd. VI facit mentionem.* Haec scholia ad italos quosdam recentiores spectare erui potest ex notula manu explanatoris apposita in marg. f. 193^{v}: *1276 versi in questa tragedia.*

Codex nescio an numeris 515 vel 516 antiqui indicis urbinatis convenire possit, cum nullum insigne fridericianum prae se ferat. Littera rotunda gothica exaratus litteras maximas auro et amplis frondibus ornatas exhibet. Prima littera initialis manu italica (?) Senecae librum tragoediarum deferentis imagine est decorata: ante litteram hanc autem furiae imago nunc evanida. Ff. I^{v}, 2^{r}, 94, 95 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI ac Fr. X. de Zelada card. bibliothecarii.

365. Saec. XV, membran., mm. 490 × 240, ff. I. 296.

Alighieri Dantis Inferno, Purgatorio, Paradiso.

Insignis hic codex inter aligherianos picturis ornatos pulcherrimus convenit fortasse numero 20 p. CLVI antiqui indicis urbinatis. Splendet auro, ornamentis, centum et decem picturis varia manu variis temporibus confectis. Cum alii singillatim illum descripserint ab actis agendis abstineo (cf. Colomb de Batines, *Bibliografia dantesca*, Prato 1842, 2, p. 179; Franciosi, *Il Dante vaticano e l'urbinate descritti...*, Città di Castello 1896, p. 18-19, 29-60, 83-101; Volkmann, *Iconografia dantesca, Le rappre-*

sentazioni figurate della divina Commedia, ed. ital., curante G. Locella, Firenze-Venezia, Leo s. Olschki 1889; Passerini in *Rivista delle Biblioteche*, anno IX, Maggio 1898, p. 79; de picturis praesertim vide Venturi apud Franciosi, l. cit., p. 123-124). In f. 295 subscriptio librarii: *Explicit Comoedia Dantis Alagherii florentini Manu Matthaei de contugiis de uulterris et caetera*. Ff. I, 96, 195, 196, 295ᵛ-296.

Tegumenti tabulae panno serico villoso rubri coloris obductae sunt cum duabus tesseris gentiliciis Clementis XI aere deaurato incisis.

366 (olim 872). An. 1352 (cf. f. 183) membran., mm. 305×217, ff. II. 184.

Alighieri Dantis (in ms. *Alligerii* et alibi *Aligerii* et *Alagherii*) Inferno, Purgatorio, Paradiso (in ms. *Libro primo de inferno comedie Dantis Alligerii de florentia capitullum I*).

Codex, qui convenit n. 548 antiqui indicis urbinatis, titulos praefert litteris minusculis rubris, litteras initiales alias rubras, alias caeruleas lineis ornatas. In prima initiali Inferni manu italica Dantes veste rubra indutus cogitabundus, in prima initiali Purgatorii Dantes in navicula, in prima initiali Paradisi Dantes caelum contemplans. Hae tres picturae nunc sunt maculatae atque evanidae. In margine inferiore folii 1 manus posterior adiecit tesseram gentiliciam urbinatem minorem. In f. 183 subscriptio librarii: *Explicit Comedia Dantis Alagherii florentini 1352, 16 Martii*. Hunc codicem recensuit Colomb de Batines in *Bibliografia dantesca*, Prato 1846, 3, p. 160; cf. Franciosi, *Il Dante vaticano e l'urbinate descritti*, Città di Castello 1896, p. 120 in nota. Ff. I, II, 60ᵛ, 184 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

367 (olim 256 cf. f. 1). Saec. XIV-XV, membran., mm. 312×220, ff. 177.

Alighieri Dantis Inferno, Purgatorio, Paradiso ⟨cum scholiis seu commentario in Infernum et Purgatorium praesertim desumpto e commentario Iacobi della Lana; cf. Colomb de Batines, *Bibliografia dantesca*, Prato 1846, 3, p. 170⟩. Commentarius in Infernum inc. *In hac comedia, possunt uniuersaliter considerari IIIIᵒʳ sensus, primus est litteralis siue ystoricus*. Des. « Nel chiaro mondo » *non dicit in isto mondo sed in mondo alterius emispherii ubi est claritas et lux*. Commentarius in Purgatorium inc. *Postquam autor tractavit de materia infernali in prima parte quae est inter alia mala*. Des. *Elsa est quidam lacus cuius aqua conuertitur in lapidem quicquid ponitur in ipsa. et aliqui dicunt quod est ibi ubi summerse fuerunt Sodoma et Gomorra et alie ciuitates propter peccatum contra naturam*.

Codex littera currenti scriptus in pergamena aquis maculata. Tituli minusculis rubris, initiales maiores tum caeruleo tum rubro colore lineis, litterae initiales maximae coloribus ornatae sunt. F. 1 evanidum cum scripturae detrimento; f. 110 palimpsestum. In f. 177ᵛ notulae alia manu de tribus filiis et familia magistri *Christophori Buffa* annis 1455-1459. In calce trium canticarum (f. 177) litterae *I. G.* sub quibus fortasse librarii nomen tegitur.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX atque A. Mai card. bibliothecarii.

368. Saec. XV, membran., mm. 322×203, ff. I. 190.

Landini Christophori Xandra; **Callimachi Experientis** seu **Buonaccorsi Philippi, Perotti Nicolai, Beccadelli** seu **Panormitae Antonii, Marrasii Ioannis** siculi et **Vegii Maffei** carmina; **Phaedri** et **Aviani** fabulae; **Contradae Bartholomaei** et **Philelphi Francisci** eclogae; **Aretini** seu **Marsuppini Caroli** elegia; **Prudentii** peristephanon fragmenta.

1. Christophori Landini (in ms. *Landreni*) Xandra seu carminum libri I-III. Liber I. [1] (f. 2) ⟨ad P. Medicem⟩: *Qui nunc censuram - negliget ille malos* (ed. Bandini, Specimen litterat. florentin., Florentiae 1747, 1, p. 110-111), [2] (f. 2ᵛ) ad librum, inc. *Si te pyerides uatum si tutor Apollo,* des. *corda redire queant,* [3] (f. 3) quo tempore amore oppressus sit: *Nunc age dum tacite - pelia saxa pati* (l. cit., p. 121-122), [4] (f. 4) ad Bartholomaeum Vopiscum Scalam: *Queris cur nostros macies - lumina nigra canet* (l. cit., p. 122-123), [5] (f. 4ᵛ) ad Xandram, inc. *Talia si nobis contingant munera Xandra,* des. *corpus inane tenet,* [6] (f. 5ᵛ) ad Xandram, inc. *Xandra mihi tantum quondam crudelis amata,* des. *iamque puella uale,* [7] (ibid.) seni senarii ad imitationem Petrarcae: *Iam satis extremo - hanc letam ire iuuentam* (ed. inter Carmina illustr. poetar. italor., Florentiae 1719-26, 6, p. 83-84), [8] (f. 6ᵛ) de Alfonso claudo amatore, inc. *Tres amat Alfonsus quamuis sit claudus amicas,* des. *desinet ille pede,* [9] (ibid.) de theologo concionatore luxurioso, inc. *Insanis totam rumpit cum uocibus edem,* des. *fabula nota foret,* [10] (f. 7) ad Lupum, inc. *In transarnina cunctos se uincere classe,* des. *Bardior esse potest,* [11] (ibid.) ad Bernardum ⟨Nutum⟩, inc. *Ne doleas uersu quod epistola nostra secundo,* des. *breuiora facis,* [12] (ibid.) ad Aldam, inc. *Esse tuum dicis quem dant unguenta colorem,* des. *neget esse tuum,* [13] (ibid.) ad Leonem Baptistam ⟨Alberti⟩: *Ibis sed tremulo libelle - ultimus sedere* (Carmina illustr. poetar. italor., l. cit., p. 84-85), [14] (f. 8) quaerit qua perturbatione sit affectus, inc. *Si non uexat amor quid non mea pectora uexat,* des. *ruit ipsa ratis,* [15] (ibid.) ad Theoplasmam Francisci castellionensis amicam, inc. *Parce precor tenero suauique puella poetae,* des. *futura uenit,* [16] (f. 8ᵛ) ad seipsum, inc. *Hactenus o lusi satis est lasciua camoenae,* des. *Landine miselle,* [17] (ibid.) ad seipsum, inc. *Quid facis infoelix quidnam Landine miselle,* des. *peniteatque tui,* [18] (ibid.) epitaphium in Leonardum aretinum: *Hic cui frondenti - greca iuris* (l. cit., p. 85), [19] (ibid.) ad Xandram, inc. *Non ita gauisus phrixeo uellere iason,* des. *amica manus,* [20] (f. 9) ad Philippum de amica, inc. *Cum matutinae peteres pia sacra philippe,* des. *amice uale,* [21] (f. 9ᵛ) ad Lucinam pro partu Xandrae, inc. *Ecce dies partus properat lucina puellae,* des. *subueniasque piae,* [22] (ibid.) laudes Dianae: *Candide laudes age - fronte*

1 (f. 1). A f r i c a libri I-IX (ed. Corradini, *Padova a Francesco Petrarca il XVIII luglio 1874*, Padova 1874). **2.** E p i s t o l a r u m ⟨metricarum⟩ liber. [1] (f. 103) ad B a r b a t u m sulmonensem, inc. *Si mihi seua pium seruassem* (!) *sidera regem,* des. *iuuenilis honorem* (ed. Basileae 1554, p. 1330), [2] (f. 104) ad B e n e d i c t u m XII papam, *sub nomine urbis Romae,* inc. *Te cui telluris pariter pelagique supernum,* des. *carbasa uenti* (l. cit., p. 1331-1332), [3] (f. 107ᵛ) ad A e n e a m senensem, *conquestio status italici,* inc. *Per iuga parnasi scandentem summa uidebis,* des. *laturus amico* (l. cit., p. 1332-1334), [4] (f. 110) ad D i o n y s i u m de Burgo s. Sepulchri, *euocatoria in partem ocii solitarii,* inc. *Si nihil aut gelidi facies nitidissima fontis,* des. *cesserit aetas* (l. cit., p. 1334-1335), [5] (f. 112) ad B e n e d i c t u m XII, *ex propria persona,* inc. *Exul inops horrensque habitu despectaque nuper,* des. *ampla laborum* (l. cit., p. 1335-1336), [6] (f. 113ᵛ) ad I a c o b u m de C o l u m n a lombariensem episcopum, *de se ipso et suarum rerum et statura,* inc. *Quid faciam quae uita mihi rerumque mearum,* des. *infundere membris* (l. cit., p. 1336-1339), [7] (f. 117ᵛ) ad s e i p s u m, *de fluctibus humanae vitae,* inc. *Hei mihi quid patior quo me uiolenta retorquent,* des. *temporis hospes* (l. cit., p. 1341-1342), [8] (f. 120) ad G u i l l i e l m u m, *oratorem veronensem,* inc. *Si quid agam queris quod gens humana laboro,* des. *in orbe est* (l. cit., p. 1359), [9] (f. 120ᵛ) ad S o c r a t e m suum, *de uarietate studiorum humanorum,* inc. *Artibus ut uariis agitur breuis orbita uite,* des. *sternere callem* (l. cit., p. 1371-1372), [10] (f. 122) ad F r a n c i s c u m priorem sanctorum apostolorum de F l o r e n t i a, *Quod magno nisu animi inter difficultates assurgendum,* inc. *Viuo sed indignans quod nos in tristia fatum,*

des. *crescite dixi* (l. cit.), [11] (f. 122ᵛ) ad **Laelium suum**, *de reliquiis iuvenilium curarum*, inc. *Contigit extinctum qui suscitet hortulus ignem*, des. *scit caetera nutrix* (l. cit., p. 1339), [12] (f. 123) ad **Ioannem de Columna** card., *Laudes generosi canis sibi ab eo donati*, inc. *Cuncta dies minuit tua dona* (!) *tempore crescunt*, des. *remeare columnam* (l. cit., p. 1362-1363), [13] (f. 124) ad **Barbatum**, *de mutatione quietis in laborem*, inc. *Sors sua queque uocat rigidam transire per alpem*, des. *ne desere nidum* (l. cit., p. 1365-1366), [14] (f. 125ᵛ) *in ortu Marci primogeniti domini Barnabonis mediolanensis domini*, inc. *Magne puer dilecte deo titulisque parentum*, des. *sordeat aurum* (l. cit., p. 1370-1371), [15] (f. 127ᵛ) ad **Ildebrandinum** paduanum episc., *De italiae laudibus in comparatione aliarum*, inc. *Nuper ab occeano multa cum lavde reuersum*, des. *ter iussa quiesce* (l. cit., p. 1363-1368), [16] (f. 129) ad **Luchinum Vicecomitem** mediolanensem dominum, *cum pira transmitteret et incidenter egit de laudibus Italiae*, inc. *Argolicas si fama uolans uulgata per urbes*, des. *commendat abunde* (l. cit., p. 1352-1353), [17] (f. 129ᵛ) *Roma Clementem VI alloquens inducitur*, inc. *Spes mihi longa meus pater o sanctissime patrum*, des. *et tristia letis* (l. cit., p. 1346-1348), [18] (f. 133ᵛ) ad **Ioannem de Columna** card., *consolatoria super fratrum mortibus*, inc. *Impia mors quatiens oculos calamumque fatigas* (!) des. *cara sequemur* (l. cit., p. 1354-1356), [19] (f. 138ᵛ) *ad deplorantem quendam ignotum artis poeticae ruinam*, inc. *Quisquis es indignam uatum cui flere ruinam*, des. *qui dat sine nomine carmen* (l. cit., p. 1339), [20] (ibid.) ad **Ioannem de Columna** card., *descriptio procellose noctis*, inc. *Heu quid agam domus ampla iouis concussa tremescit*, des. *monstrasse furenti* (l. cit., p. 1339-1340), [21] (f. 140ᵛ) ad **cancellarium** domini **Martini della Scala**, *Rescribit* (!) *occiduos apparatus ad bellum*, inc. *Si libet occidui rumores noscere mundi*, des. *iactante quiescat* (l. cit., p. 1340-1341), [22] (f. 141) ad magistrum **Zenobium** de Florentia, *siculi regis secretario* (!), inc. *Dulce inter* (!) *patriam dulcis fuga rarior hospes*, des. *tolerabimus aequo* et infra *Verone VI idus aprelis nocte concubia* (l. cit., p. 1363), [23] (f. 141ᵛ) ad **eundem**, inc. *O foelix cui uel uiduam spectare parentem*, des. *complectimur urnis* (!) (l. cit.). **3** (f. 143). **Eclogae I-XII** (in ms. *Buccolicorum liber*). Prima inc. *Monice tranquillo solus tibi conditus antro.* Ultima des. *spem certam pone secundis* (l. cit., p. 1257-1273).

Codex in antiquo indice urbin. n. 555 signatus titulos praebet maiusculis rubris, litteras initiales maiores caeruleo colore, initiales maximas aureas floribus ornatas. In f. IIᵛ solitus circulus corona laurea et floribus pictus, quem circumdant quatuor circuli minores, in tribus prioribus opera codicis inscripta, in quarto tessera gentilicia fridericiana minor posterius addita est. Folii 1 margines floribus pictor primus, tessera gentilicia fridericiana minore alter ornavit. In littera initiali manu italica imperita imago picta Francisci Petrarca. Ff. I, IIʳ, 35ᵛ, 36, 142, 142ᵃ ᵇ, 171ᵛ, 172 vacua.

In tegumenti dorso insignia Innocentii XI ac Fr. Laurentii Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

371. Saec. XV ex., chart., mm. 324×216, ff. 355.

Maccii Sebastiani durantini soteridos libri I-XII. Lib. I inc. *Nuper ego in ripis fausto quas rore Metaurus.* Lib. XII des. *Sub Clemente caput nunquam reuocabile tollit;* singulis libris praeeunt argumenta, primum inc. *Coniurat satanas mox natum perdere Christum,* des. *funere perdit* (Florentiae, per Cosmum Iunta 1601).

Codex currenti nota exaratus titulos atque initiales litteras praefert maiusculis nigris. In marginibus signantur auctores e quibus sumpta sunt verba vel sententiae soteridos. In summis marginibus duplex foliorum enumeratio. Ff. 1v, 2r, 189r, 326r. 355 vacua.
In tegumenti dorso tesserae gentilicia Pii IX atque A. Tosti card. bibliothecarii.

372. Saec. XVII in., chart., mm. 325×229, ff. IV. 127.

Montano Marci, *Herode insano. Tragedia al serenissimo sig. Francesco Maria II duca d' Urbino VI.* Inc. *Sovra 'l medesmo fiammegiante Carro. Che.* Des. *Rimanti in Pace o nobile Teatro;* praeeunt [1] (f. 2) epistola nuncupationis filiarum auctoris ad Franciscum Mam Urbini ducem, quae inc. *Havrebbe nostro Padre per se stesso porto a V. A. S. questo suo componimento o Debito (così diremo) di connaturale e riuerente affetto* et des. *humilissimamente ci raccomandiamo. Di V. Serenissima Altezza deuotissime serue e suddite Elisabetta Bernardina et Orsola Montane;* [2] (f. 3) *Persone de la scena: Elia Profeta - Alfonso Castellano della Rocca di Davide, uale capitano in lin: Heb.*

Codex littera currenti scriptus initiales maiores habet nigras, in litteris maximis campos exhibet interdum egregie delineatos, in prima autem initiali Eliam prophetam curru in caelum ascendentem; in f. 1 titulus ac tessera gentilicia Francisci Mae II Urbini ducis; omnia calamo delineata. Ff. I-IV, 1r, 23v, 124v-127 vacua.
Tegumentum ex pergamena alba codicis aequali.

373 (olim 1192, cf. f. II). Saec. XV, membran., mm. 330×213, ff. II. 188.

Porcelli Pandoni Ioan. Ant. feltria, carminum libri I-III et epistolae duae; **Naldis** (de) **Naldi** volaterrais seu expugnatio volaterrana; **Philetici Martini** threni panegyrici seu elegia in Baptistam Sfortiam; **Matarazzi Francisci** elegia.

1. Porcelli [1] (f. 1) feltria (in ms. *Invictissimi Militiae imperatoris Federici Monfeltrii memorabilia gesta... per Porcelium poetam sua aetate cultissimum*) libri I-IX. Lib. I inc. *Magnanimum fidumque Ducem pia signa gerentem.* Lib. IX des. *Inclyta Caesarios statuat tibi Roma triumphos;* lib. II *de bello sabino et sorano;* libri III-VI *de bello sismundeo;* lib. VII *de bello ariminensi;* lib. VIII *de bello volaterrano;* lib. IX *de bello in tifernates.* [2] Carminum lib. I. [a] (f. 107)

ad deos, inc. *Dii faciles uita facilem seruate Feretrum,* des. *dominetur in oris,* [b] (ibid.) ad Augustinum Staccolam de rosa aurea dono data a Sixto IIII F. Duci urbinati, inc. *Mos erat antiquus nostros seruatus in annos,* des. *et posteritatis honores,* [c] (f. 111) divae Baptistae Sfortiae devota epigrammata, inc. *Accipe nimpha tui munuscula parua poetae - diuitiaeque meae,* [d] (f. 112) clarissimo militiae imperatori Friderico Monfeltrio, inc. *Cum te magne ducum diuini ad principis aulam,* des. *mansuetudo ducis,* [e] (f. 112ᵛ) magnifico D. Octavio Vbal⟨dino⟩ poetarum fautori, inc. *Forsitan Octaui quereris tecumque reuoluis,* des. *in tua tecta feram,* [f] (f. 113) ill. princ. et invictissimo piae militiae imp. Friderico Montefeltrio, inc. *Accipe nostra pij quae sunt monumenta secundi,* des. *praesulis ingenium,* [g] (ibid.) ad eundem de vita et moribus Pii II pont. max., inc. *Forte pii mores dux o Federice requiris,* des. *sacri principis ante pedes,* [h] (f. 113ᵛ) ad eundem superatis hostibus Romam redeuntem, inc. *Pontificis qui sacra Pii Federice secundi,* des. *sibi Roma triumphos,* [i] (f. 115) ad Perantonium convivam poetae, inc. *Laeta perantoni cum carmine cena parata est,* des. *plena licoris erit,* [j] (ibid.) sub insigni Friderici Monfeltrii, inc. *Vive Federici uera omnipotentis imago,* des. *difficilemque ducem,* [k] (f. 115ᵛ) divae Baptistae cohortatio quod Romae Fridericum imperatorem et coniugem non invenerit, inc. *Diua pudicitiae puto te langore* (!) *teneri,* des. *sic sua pura fides,* [l] (f. 117) ad ill. princ. ecclesiasticae militiae imp. Fridericum Monfel., *improperet exercitum in hostes ecclesiae veris tempore,* inc. *Surge age laeta pij Caesar Federice secundi,* des. *populosque reuisat,* [m] (f. 118) epitaphium Seraphinis iuris consulti eximii, inc. *Staccola in hoc gelido Seraphin tenet ossa sepulchro,* des. *summa polumque fides,* [n] (ibid.) divae Baptistae Vrbini reginae, *de dotibus sibi traditis per omnes caelicolas,* inc. *Salue honos et latiae decus immortale iuuentae,* des. *diua pudicitiae.* Liber II. [α] (f. 120ᵛ) ad Boncontem divino ingenio adolescentulum Friderici principis filium, inc. *Ite alio curae uigiles fessique labores,* des. *gesta futura canam,* [β] (f. 121ᵛ) ad Octavium, inc. *Octaui egregia qui tollis laude poetam,* des. *gloria quanta tua est,* [γ] (f. 122) Berardino eburneo adolescentulo Marci Octavii filio, inc. *Scire uelim quid agas tu qui bonitate parentem,* des. *nobilitate dedi,* [δ] (ibid.) ad ill. principem Fridericum de eius adventu Romam, inc. *Venisti tandem princeps federice uetusto,* des. *fratris et ora pij,* [ε] (f. 123) sepulchrum divae Aureae Monfeltrae, inc. *Hoc in marmoreo cineres tenet aura sepulchro,* des. *relligione fide,* [ζ] (ibid.) sepulchrum militiae ducis Bernardini Cardensis. inc. *Insigni uirtute ducem et praestantibus annis,* des. *numinibusque fuit,* [η] (f. 123) Urbini ⟨epigram.⟩ ad Octavium de recessu suo, inc. *Fama mei reditus duras euecta per alpes,* des. *caesaris arma cano,* [θ] (f. 123ᵛ) poeta Urbino abiens donatus a principe habet gratias, inc. *Expertus tociens urbini prin-*

cipis aulam, des. *et tua iussa sequar,* [ι] (f. 124) sepulchrum Angeli ⟨Galli⟩ aurati militis et poetae materni, inc. *Angelus uruinas* (!) *gallorum ex stirpe uetusta,* des. *nomen erit,* [κ] (ibid.) Bonconti adolescentulo omni virtutum genere praedisertissimo, inc. *Non patiar claudi puer ingeniose libellos,* des. *spes decusque tui* (cf. Zannoni, *Porcellio Pandoni ed i Montefeltro* in *Rendiconti d. r. Accad. d. Lincei, classe scienze mor. e stor.* sez. V, vol. IV, Roma 1895, p. 489, ubi huius elegiae quatuor disticha protulit), [λ] (f. 124v) Hieronymo Staccolo urbinati, inc. *Hieronyme obstupui lustratum pondere carmen,* des. *gloria uatis eris,* [μ] (f. 125) Antonio Monfeltro divino ingenio adolescenti de vitae electione, inc. *Antonii diuine puer monfeltria proles,* des. *ad arma ueni* (cf. Zannoni, l. cit., p. 490), [ν] (f. 125v) sepulchrum Boncontis Monfeltrii (ed. Zannoni, l. cit., p. 489 in nota), [ξ] (f. 126) de cantu Phoebi et Musae ob reditum illustrissimi principis Friderici et divae Baptistae uxoris e Durante Urbinum cum poetae laetitia, inc. *Iam redeunt ambo mea numina, nemo poeta,* des. *stamina fata regant,* [ο] (f. 126v) ad Hieronymum ⟨Staccoli⟩ Urbini praesulem, inc. *Hieronyme Vrbino dignissime praesul in agro,* des. *omnibus ipse senex,* [π] (f. 127) scribit poeta fortunae suae mutationem in senectute beneficio illustrissimi principis Friderici (ed. Zannoni, l. cit., p. 506-507). Liber III. [a] (f. 127v) ad illustrissimum principem Fridericum quod parvi sunt ducum gesta nisi mandentur monumentis litterarum cum enumeratione suarum rerum bene gestarum, inc. *Maxime dux martisque comes bellique magister,* des. *stillabit ad aures,* [b] (f. 129v) Hieronymo miro ingenio adolescenti: *Quid magis inflectat superos - relligione Deum* (editum inter Carmina ill. poetarum ital., Florentiae 1720, 7, p. 510; cf. Zannoni, l. cit., p. 502 in nota), [c] (ibid.) epigramma quod inc. *Quis tibi sydereos turbauit casus ocellos,* des. *causa refer,* [d] (f. 130) responsio cum narratione de morte aviculae Liquaris: *Maestitiae luctusque - abstulit illa loqui* (Carmina ill. poet. ital., l. cit, p. 508-510), [e] (f. 131) ad Augustinum Staccolum urbinatem ornamentum adolescentium, inc. *Augustine patris spes altera et altera musae,* des. *in astra tuum,* [f] (f. 132) in numo aereo ⟨Friderici ducis⟩ (ed. Zannoni, l. cit., p. 506 in nota), [g] (ibid.) diva Baptista ill. principi Friderico viro suo optatissimo, inc. *Si queritur coniunx de te mihi causa querele est,* des. *et tua castra sequi,* [h] (f. 132v) diva Baptista ad eundem post reditum, inc. *Sero licet coniunx redeas Federice meum cor,* des. *uota pudicitiae,* [i] (ibid.) poeta illustri principi Friderico, inc. *Monstra domas uincis duros federice tyrannos,* des. *una tui,* [j] (ibid.) in claustra ferarum, inc. *Claustra feras haec tuta tenent densissima luco,* des. *properatis ad undas,* [k] (f. 133) ad Octavium quem donat alabastrica Neronis imagine, inc. *Forsitan octavi cur sum lachrymosa requiris,* des. *texta duplex,* [l] (f. 133v) divae Baptistae cohortatio quod Romae non invenerit Fri-

dericum imperatorem et coniugem, inc. *Diua tuum curas facilem reuocare maritum*, des. *deusque tuus*, [m] (f. 134ᵛ) pollicitatio poetae ad ill. Fridericum socialis militiae invictissimum imperatorem, inc. *Ludimus interdum tenerosque fouemus amores*, des. *iuraque pacis ament*, [n] (f. 135ᵛ) in nebulonem qui utramque linguam profitebatur (ed. Zannoni, l. cit., p. 503 in nota), [o] (ibid.) ad Octavium de divinitate Pii ⟨II⟩ pont. max. qui reddidit lyram vati, quam secum moriens detulerat, inc. *Si petis Octaui cur languida musa poetae est*, des. *tuba claudat opus*, [p] (f. 137) ad divam Baptistam quod solvat diis vota propter incolumem mariti reditum, inc. *Quod redijt sospes victorque ex hoste maritus*, des. *seruet et illa senes*, [q] (f. 138) Nicolaus vatis nepos donat parvo quodam munusculo reginam Baptistam cum his versibus qui incipiunt: *Caesaris alta ducis coniunx Baptista secundi*, desinunt: *dicere, dicet auus* (ultimum distichon huius decastichi edidit Zannoni, l. cit., p. 491 in nota), [r] (ibid.) de ortu divi pueri Guidonis clarissimi principis Friderici Monfeltrii legitimi (ed. Zannoni, l. cit., p. 493), [s] (f. 138ᵛ) de felici Guidonis augurio ex oraculo Apollinis (ed. Zannoni, l. cit., p. 493-494), [t] (f. 139) ad poetas et amicos quibus petentibus reddit causam quare non scribit heroice ut solet, dicit ergo quod dolor et languor Friderici Monfeltrii per obitum uxoris detinet musas ne scribere quidem possint, inc. *Queritis egregii uates et amica iuuentus*, des. *fortia facta pede*, [u] (f. 140ᵛ) epitaphium divae Baptistae Sfortiae (ed. Zannoni, l. cit. p. 305), [v] (f. 141) ill. principi Friderico Monfeltrio socialis militiae imp. Porcelius poeta consolatoria ⟨epistola⟩ (ed. Zannoni, l. cit., p. 499-500), [x] (f. 142) ill. principi Friderico Monfeltrio socialis militiae imperatori Porcelius poeta ⟨alia epistola⟩ (ed. Zannoni, l. cit., p. 500-501), [y] (f. 143ᵛ) pueruli Berardini defuncti, filii Octaviani Vbaldini, epitaphium per Porcelium poetam laureatum, inc. *Immatura quies et funera mortis acerbae*, des. *sit sacer ille dies*, [z] (f. 144) ill. principi Friderico Vrbinati duci et s. r. e. dictatori optimo maximo, inc. *Nonus habet calcem nihil est quod dicere tentet*, des. *et uestigia seruo.*

2 (f. 145). Naldi de Naldis florentini volaterrais ad illustrissimum ducem Fridericum Urbinatem libri I-IV. Liber I inc. *Quam bonus et bello fuerit Federicus et armis.* Lib. IV des. *Digna nouis nulli cedens in honore priorum* (expendit et nonnulla edidit Zannoni in *Rendiconti d. r. Accad. d. Lincei*, vol. III, fasc. 4, p. 224-244).

3 (f. 178ᵛ). *Trenos panagiricos Martini Philetici in divam Baptistam Sfortiam invicti principis Federici Monfeltrii charissimam coniugem:* Inc. *Dicite mortales nullo damnare deorum.* Des. *et populo foucas tempus in omne tuo* (nonnulla disticha huius elegiae edidit Pecci, *Degli Umanisti del Lazio* in *Archiv. d. Soc. rom. d. Stor. p.*, 1890, p. 511-513).

4 (f. 185ᵛ). Francisci Mataratii *ad illustrissimum principem et excellentissimum D. Federicum Urbini ducem et c*⟨omitem⟩. *S. R. E. vexilliferum regii exercitus imperatorem invictissimum Grifonis* ⟨Balioni⟩ *perusini adolescentis fortissimi nuper defuncti umbra per quietem obversata sic alloquitur*. Inc. *Dux vigila placidamque iube procul esse quietem*. Des. *Nox media est reuocant tristia fata. uale*.

Codex in antiquo indice urbin. n. 529 signatus Urbini exscriptus est *Manu Federici Veterani urbinatis pro illustrissimo duce F. feliciter*, uti habetur e subscriptione f. 188ᵛ. Tituli maiusculis rubris sed interdum caeruleis, initiales maiores aureae coloribus, initiales maximae aureae intextis lineis ornatae sunt. F. IIᵛ praebet in quadrato circulum pictum coloribus, corona laurea, quinque insignibus ac tessera gentilicia Friderici Urbini ducis ornatum, in circulo titulus codicis. Folii 1 margines decorati sunt floribus, bestiis, insignibus ac tessera gentilicia cum litteris F⟨ridericus⟩ DUX. Ff. I, IIʳ, 108ᵛ-110 vacua.
In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et Io. Bapt. Pitra card. bibliothecarii.

374. Saec. XIV-XV, membran., mm. 328 × 240, ff. 50.

⟨**Iacobi della Lana** commentarium in Dantis Alighieri infernum a capite seu cantu XIV ad XXXVI⟩. Commentarium in cantum XIV inc. *se alguno homo posseno auere odio a dio et argumentasse in prima ch' a nue disse san dionixio in lo IIII libro de divinis nominibus*. Commentarium in cantum XXXIV des. *Si studii nella prima parte di frar tomaxo daquino in la LXIIII question doue per la declaracione di quelo benedetto santo si sauera intregamente* (!) *la uerita. Adio sia gracia* (cf. *Comedia di Dante degli Allagherii col comento di Iacobo della Lana*, ed. Scarabelli, Bologna 1866, 1, p. 262, lin. 28-518).

Codex binis columnis et littera gothica scriptus litteras initiales praefert alias caeruleas, alias rubras lineis ornatas. De hoc codice loquitur Colomb de Batines, *Bibliografia dantesca*, *Giunte e correzioni*, Firenze 1888, p. 214. Ff. 8 et 43 in parte inferiore abscissa sunt.
In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX atque Ant. Tosti card. bibliothecarii.

375 (olim 1093). Saec. XIII, membran., mm. 313 × 218, ff. III. 120 (— f. 4, + f. 106ᵃ librarii negligentia transactis).

⟨La chanson d'Anseïs fils de Gerbert, cf. Langlois in *Romania* 1882, Tom. XIV, p. 421⟩. Mutila inc. a versu 177: *Et maint grans* ⟨bien esaucié et furni⟩ *Ore escouté, segnors* ⟨Gerin a dit⟩. Abrumpitur versibus: *Mes li Gascoing ne le porent sofrir / Ens le ferirent por lor cors garantir*.

Codex, qui fortasse n. 11 p. CLII antiqui indicis urbinatis convenit, binis columnis exscriptus est ac litteras initiales maiores tum caeruleas tum rubras lineis, initiales maximas auro ac variis coloribus ornatas praebet. Textus lacunis scatet, quas recensuit Langlois (l. cit.) conlato codice cum parisino N. B. fr. 24377. In foliis passim picturae rudissimae quinquaginta manu gallica confectae, quarum rubricas edidit Langlois l. cit., p. 431-432. Ff. I-III, 118-120 vacua.
In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX atque A. Mai card. bibliothecarii.

376. Saec. XIII-XIV, membran., mm. 322 × 235, ff. II. 130.

Roumanz de la Rose. Inc. *Maintes genz cuident que en songes / N'ait se fables non et menconges... Més durement sui esmaiez / Que entroubliez ne m'aiez... Ainz que d'iluec me remeüsse / ou mon ueil encore y feüsse.* Des. *Ainsint oi la rose uermeille / A tant fu jour et je m'esueill.*

Codex binis columnis exscriptus fortasse n. 11, p. CLII antiqui indicis urbinatis convenit. Librarius nomen apposuit in subscriptione f. 129v: *Explicit le roumanz de la rose. Bertaut dachi escrit cest liure. Que Diex de tout mal le deliure:* Achi est pagus in provincia bellovacensi. Tituli minusculis rubris, initiales maiores caeruleae ac rubrae alternae longis lineis, initiales maximae auro, coloribus et sursum deorsum protractis ornamentis decoratae sunt. Plurimis parvis picturis manu gallica ornatus est codex, quae quodammodo argumenta demonstrant; librarius eas indigitaverat pictoris gratia in imis marginibus, quae descriptiones postea magna ex parte resectis marginibus exciderunt. In f. Iv manus saec. XV adiecit: *La foi tendrais. A.* In f. IIr manu saec. XVII: *Canzoniero in lingua provenzale* et infra *Canzoniero.* In f. 130 manu saec. XV sententiae: *Dolor. paciencie. vincitur. A.* et infra *Omnya tempus habent.* Ff. Ir, IIv, 130v vacua. Descripsit hunc codicem Langlois, *Notices des manuscrits français et provençaux de Rome...* in *Notices et extraits des manuscrits,* Paris 1889, vol. 33, parte 2a, p. 295 sq.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et Io. Bapt. Pitra card. bibliothecarii.

377 (olim 982). An. 1399 (cf. f. 35) membran., mm. 338 × 247, ff. II. 37.

Anechini Gerardi *carmen heroico metro in tres libros divisum de quibusdam miraculis Virginis Mariae occursis Mutine.* Liber I inc. *Non rea fert animus iurgantia numina diuum.* Lib. III des. *Interea reliquas cantu uenerabimur aras;* praeit nuncupatio auctoris ad *magnificum... comitem Anthonium de monte feretro...* quae inc. *Occidua pastor uestes regione reuellat* et des. *Aurea namque pia hic Anechinus uoce perorat.*

Codicis auctor idemque librarius se subscripsit in f. 35: *Explicit tercius liber et ultimus per uestre magnifice dominitionis minimum seruitorem Gerardum Anechini. Mutine die 2° novembris 1399.* Tituli sunt minusculis rubris, litterae initiales maiores auro et coloribus, initiales maximae auro, coloribus et frondibus ornatae sunt. In marginibus ante singulos tres libros item ornamenta auri, frondium et colorum. In litteris initialibus librorum picturae tres. In primo libro parva imago b. Marie v. librum legentis, in secundo libro praeco equo insidens et ramum olivae gestans, in tertio libro populi pompa praeeunte vexillo b. Mariae v. Ff. I, II, 36, 37 et quatuor alia chartacea ad muniendum codicem addita vacua sunt.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

378. Saec. XIV-XV, membran., mm. 349 × 243 ff. 93.

Alighieri Dantis *comedia nella quale tracta dele pene et punimenti de uizii et demeriti et premii delle uirtu.* Subnectuntur [1] (f. 91) *Questo capitolo fece messer*

Busone da gobbio il quale parla sopra tutta la conmedia di dante alleghieri da firençe; [2] (f. 92) *Questo capitolo fece Iacopo figlio di dante alleghieri di firençe il quale parla sopra tutta la conmedia del decto dante.*

Codex, qui fortasse n. 548 vel n. 5 p. CLII antiqui indicis urbinatis convenit, binis columnis exaratus est ac titulos praefert litteris minusculis rubris, initiales maiores tum caeruleas tum rubras sursum deorsum protractis lineis ornatas. In prima initiali primi cantici manu italica Dantes et Vergilius, in secundi cantici Dantes et Vergilius in navicula, in tertii cantici Dantes et Beatrix. In f. 93ᵛ manu saec. XV Petrarchae cantiuncula (vulgo *sonetto*) *Rotta è l'alta colonna.* Descripsit hunc codicem Colomb de Batines, *La Bibliografia dantesca,* Prato 1846, 3, p. 170. F. 90ᵛ vacuum.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Clementis XIV.

379 (olim 689). Saec. XVII in., chart., mm. 380×278, f. 44.

L'Ilarocosmo ouero il Mondo lieto Per le nozze Delli Serenissimi Principi Federico Feltrio della Rovere Et Donna Claudia de' Medici. Del sig. **Ignatio Bracci** *da Recanati Messo in musica in stile rappresentatiuo da* **Pietro Pace** *Organista di Santa Casa di Loreto.* F. 3 *prologo* inc. *Reina io son del cielo e ogni mortale / mi erge altari arde incensi e prieghi inuia / ... Atto terzo et Vltimo* des. *Baciamci, amanci* (!), *o mia diletta, io sia / la tua tu l'alma mia.* In ff. 40-43ᵛ iterum scripta est fabula sine notis musicalibus. Praeit f. 2 Petri Pace epistola nuncupationis, quae inc. *Serenissimo Principe. Reputerei a mia gran uentura se con l'essermi capitate alla mano le presenti Poesiae composte per le vicine nozze di V. A. S.* Des. *supplico fra tanto S. D. M. che lungamaente la Ser^ma^ Persona di V. A. guardi felicissima, a' cui per fine faccio diuota et humile riuerenza. Di V. A. Ser^ma^ Diuotissimo et Humilissimo Seruitore Pietro Pace.*

Codex littera currenti scriptus nullis ornamentis, sed notis musicalibus instructus est. Ff. 1ʳ, 44 vacua.

In tegumenti pagina anteriore tessera gentilicia Friderici a Robore coloribus ornata.

380 (olim 889). Saec. XV, membran., mm. 377×245, ff. I. 181.

⟨**Benvenuti** de **Rambaldis** de **Imola** commentarium in infernum Dantis Alighieri⟩ (ed. Lacaita sumptibus Guilielmi Warren Vernon, Florentiae 1887, vol. 1-2).

Codex n. 18 p. CLVI antiqui indicis urbinatis convenit et litteras initiales maiores caeruleas lineis, initiales maximas aureas tum intextis lineis tum floribus ornatas exhibet. Folii 1 tres margines inflexis lineis et coloribus decorati, in prima initiali Dantis imago haud ineleganter manu italica picta: in margine inferiore huius folii tessera gentilicia maior F⟨riderici⟩ Urbini D⟨ucis⟩. Descripsit hunc codicem Colomb de Batines, *La Bibliografia dantesca,* Prato 1846, 3, p. 303 sq. et p. 309. In f. 1ᵛ, manu saec. XVI: *Anonimi Comento nella Comedia di Dante.* Ff. I, 180ᵛ, 181 vacua.

Tegumentum urbinatense codicis aequale ex corio castanei coloris.

381 (olim 1363). Saec. XV in., membran., sed ff. 45, 46, 51, 52, 55, 58, 61-63, 66, 69, 72, 73, 82, 87, 88 chart., saec. XV-XVI suppleta, mm. 380×280, ff. I. 175.

Marmora Raphaelis *Historia d'Aquilon duca di Baviera* ⟨fabula romanensis lingua gallica libri I-VII⟩. Lib. I inc. *Pour uoloir demonstrer coment la foi Xpistiane est sancte et ueragie et celle de Macomet est fause.* Lib. VII des. *Gi pri cil Deu che por sa possanze fist li ciel e la terra che a la fin de notre vite il nos condue in son santisme regne. Amen;* praeit praeambulum: *Quel uno duy tri ch'a un sol dexio / Tri duy et uno in la lor gloria canto - Pero comenzero in lingua francesca;* subsequitur post librum septimum conclusio: *Segnor che auiti con intelleto sano / Lezuto et ascoltato a tondo a tondo - Che fu compito a uinti di d'auusto / Possa che Cabriel fo a Nazarete / Corando mille e quatro cento e sete. Deo gratias semper amen;* deinde clausula: *Tu che uedisti l'uopra tanto altiera... / Marmora il fece el suo nome tal era... Quatro cento con mille uno e sei.* Tria excerpta huius fabulae edidit Thomas in *Romania*, Tom. XI, 1882, p. 557-569.

Codex binis columnis exscriptus est manu Hieronymi cuiusdam uti habetur ex subscriptione f. 174: Εγο Γερωνημυῦς σκριπσῦ εκ ωμνηα; et fuit olim familiae Maffeiorum uti colligitur ex notula apposita in f. 173v: κέστω λήβρω σηὶ δε Φρανκεσχω νοβελω φηγωλω (!) δε Μήσερ Φηληπω δεῦ Μαφεη νωσθρω λασῦς θοῖβη χρησθε. Tituli desunt, initiales litterae tam maiores quam maximae minio pictae. In f. Ir manu saec. XVI: *Hist. d'Aquilon Duca di Bauiera, composta dal Marmora in lingua Francese m. s. 1407.* In f. 1 n. *65* et calami probationes. In f. 174v inter calami probationes manus posterioris sunt manu anteriore numerus *CCCCCCCLIII lectere* et verba *Rayson, Onor, Liberalita, Ardimant, Nobilta, Dio sia con lui,* quorum sex initiales nomen Roland efformant. Ff. Iv, 52v, 63v, 175 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Innocentii XI ac Fr. Laurentii Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

382 (olim 606). Saec. XV, membran., mm. 372×260, ff. III. 218.

Eusebii, s. Hieronymi, s. Prosperi, Bedae, s. Isidori hispalensis, **Marcellini** comitis, **Palmieri Matthaei** chronica; **s. Hieronymi, Gennadii, s. Hildefonsi** atque **s. Isidori** hisp. de viris illustribus; **s. Hieronymi** epist. ad Desiderium; **Pseudo-Hieronymi** de duodecim doctoribus.

1 (f. 3). Eusebii Pamphili in librum II chronicorum prooemium, s. Hieronymo interprete, (in ms. *Eusebii interpretata praefatio;* M. 27, 225-235); praeeunt [1] (f. 2) obtestatio Eusebii (in ms. *adiuratio Hieronymi;* M., l. cit., 235-236); [2] (ibid.) s. Hieronymi praefatio in librum II chronicorum Eusebii (in ms. *in librum de temporibus Eusebii;* M., l. cit., 223-226).

2 (f. 4v). *Interpretatio s. Hieronymi* (!) *de nominibus gentium.* Inc. *Et facti sunt omnes dies noe nongenti quinquaginta anni. Ecce post diluuium.* Des. *Possederunt autem a cophene fluuio, omnem in diae* (!) *regionem quae uocatur hieria* (Eusebii de temporibus, Mediolani, Philippo Lavania 1475, f. 6-7, lin. 2).

3 (f. 6). Exordium libri (in ms. *liber de temporibus Eusebii caesariensis;* s. Hieron. opp., ed. Vallarsi, Veronae 1740, 8, coll. 33-48).

4 (f. 9v). Eusebii chronicorum liber II, a vv. *Primus omni asiae regnauit ninus exceptis indis* ad finem (Vallarsi, l. cit., coll. 87-784, desunt nomina regum gentium diversarum).

5 (f. 74v). S. Hieronymi presbyteri chronicon usque ad vv. *sepultura quoque caruit* (in ms. *Hactenus Eusebius deinceps Hieronymus;* l. cit., coll. 785-817, lin. 12).

6 (f. 76v). Prosperi aquitanici chronicon (in ms. *Hucusque hieronymus presbyter ordinem praecedentium diggessit* (!) *annorum Nos que consecuta sunt adiicere curauimus;* Vallarsi, l. cit., coll. 821-856). Subnectitur (f. 80) reliquum chronicon s. Hieronymi a vv. *Anno a constitutione mundi* ad vv. *usque ad natitiuitatem Christi anni $\bar{V}$CLXXXXVIIII* (Vallarsi, l. cit., coll. 817, lin. 13-820).

7 (f. 82). Marcellini comitis chronicon (in ms. *Item que ex cronica Marcellini defloravimus*) usque ad vv. *et Artabanes euocatus presentale accepit magisterium* (M. 51, 917-946, B, 13).

8 (f. 89v). *Collectio omnium annorum.* Inc. a vv. *Colligantur omnes anni* - ad vv. *et Valentiniani iterum omnes anni $\bar{V}$dLXXII* (Vallarsi, l. cit., p. 817-820); sed in cod. pergit: *A. Valente VI et Valentiniano iuniore usque in consulatum Eudosii - A passione domini usque in consulatum Eustachii... anni CCCCVIIII*).

9 (f. 91). Matthaei Palmiri florentini de temporibus. Inc. *A principio mundi siue ab adam primo hominum.* Des. *Mediolanenses Laudum receperunt;* praeeunt [1] (f. 90) prooemium ad Petrum Cosmae Medicem: *Animis nostris innatum esse constat - sub manifesta temporum distinctione cognoscere;* [2] (ibid.) praefatio libri: *Querenti mihi sepenumero quibus temporibus per quos et apud quas gentes - ad exemplaria conferat et emendet* (de editionibus cf. Potthast, Biblioth. hist. med. aevi, Berlin 1896, 2, p. 891).

10 (f. 142). S. Hieronymi de viris illustribus (ed. Richardson, Leipzig 1896; in fine verba adduntur: *In Isaiam libros septem. In ieremiam libros sex. Commentariorum de euangelio librum unum*).

11 (f. 157). Pseudo-Hieronymi de duodecim doctoribus (M. 23, 765-768).

12 (f. 158). S. Hieronymi epistola ad Desiderium episcopum (seu epistola 47, M. 22).

13 (f. 158v). Gennadii massiliensis episc. de viris illustribus (Richardson, l. cit., p. 58-94 usque ad vv. *ex tempore declamare*).

14 (f. 167v). S. Isidori hispalensis de viris illustribus (M. 83, 1081-1106). Subnectitur (f. 173) s. Braulionis praenotatio librorum (in ms. *vita*) s. Isidori (M. 81, 15-17).

15 (f. 173^{v}). S. Hildefonsi toletani episcopi de viris illustribus (M. 96, 195-206). Subnectitur (f. 177) s. Iuliani de *Ildefonso episcopo* ⟨laus⟩ (M. l. cit., 43-44).

16. S. Isidori hispalensis episc. [1] (f. 177^{r}) de ortu et obitu patrum qui in scriptura laudibus efferuntur (in ms. *de or... vita et ob... sanctorum p... qui in ueteri ac nouo testamento uirtutibus claruerunt;* M. 83, 129-156). [2] (f. 186). Chronicon ⟨interpolatum⟩ (in ms. *liber cronicorum Isidori hispalensis epi ab exordio mundi usque ad Eradii* (!) *augusti;* M. 83, 1017-1056, B, 47, quia des. vv. *et quartum religiosi principis sisebuti anni VdCCCXX;* cf. Schelstrate, Antiquitas ecclesiae illustrata, Romae 1692, appendix ad opus chronologicum, p. 582-594, ubi has chronici isidoriani varietates ad cod. 392 urbinatem edidit).

17 (f. 194). Bedae de sex aetatibus mundi sive de temporum ratione a capite 61-71 (in ms.... *chronicon* et in subscriptione *de temporum curriculo*) initio mutilum, inc. *Adam annorum centum triginta* (M. 90, 522, B, 11-578); praeeunt testimonia de venerabili Beda [1] (f. 193^{r}) Sigeberti gemblacensis, a vv. *Anno decimo iustiniani imperatoris* ad vv. *utiliter exegit* (M. 160, 132, ann. 696); [2] (ibid.) Guilielmi malmesburiensis excerpta ad synesim e lib. I Gesta regum anglorum: *Beda in extremo orbis angulo doctrinae corrusco omnes terras perstrinxit. Anno uitae suae XVIIII - ut in questionibus enodandis indigeret eo sublimitas romana*: *Incuriosus fuit: sed dulcis eloquio* (cf. M. 179, 1011-1016); [3] (f. 194) Vincentii bellovacensis index operum Bedae e lib. 23, cap. 133 (in ms. *parte XXIV, cap. 133*). *Scripsit autem Beda ea que subiecta sunt - Scripsit etiam de temporibus et de luna et multa alia* (Vincentii Bellovacensis speculum historiale, Duaci 1524, p. 946).

Codex convenit n. 30 antiqui indicis urbinatis ac titulos praefert maiusculis tum rubris tum aureis, initiales maiores alias caeruleas alias rubras alias aureas lineolis et coloribus, initiales maximas aureas affabre incurvis lineis et coloribus ornatas. In f. 1^{v} circulus corona laurea et auro decoratus, quem ambiunt octo circuli minores in quibus tituli operum. Folii 2 tres margines auro picti cum intextis lineis; in parte inferiore tessera gentilicia minor atque insignia Friderici Urbini ducis, nempe simia, istrix, canis, lepus venuste manu italica picta. Ornamenta ac tesserae gentiliciae fridericianae iterantur in ff. 2, 82, 90; ornamenta in ff. quoque 142, 157, 159, 173^{v}, 177^{v}. Ff. I-III, 1^{r}, 9^{r}, 80^{v}, 81, 141^{v}, 216^{v}-218 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX atque A. Mai card. bibliothecarii.

383 (olim 628). An. 1472, (cf. f. 252), membran., mm. 336×232, ff. I. 253.

Cassiodori M. Aurelii historia ecclesiastica vocata tripartita, ex tribus graecis auctoribus Sozomeno, Socrate et Theodoreto per Epiphanium scholasticum versis excerpta et in compendium a se redacta libri I-XII (in ms. *a Socrate... composita et ab eo a graeco in latinum conuersa;* M. 69, 879-1214).

Codex convenit n. 391 indicis urbin. antiqui et scriptus est *per Petrum de Traiecto almano* (!) *florentiae sub Vespasiano librario MCCCCLXXII die V septembrii mensis*, uti habetur in subscriptione operis in f. 252. Tituli maiusculis rubris, initiales maiores caeruleae et rubrae alternae, initiales maximae aureae floribus ornatae sunt. In f. 1ᵛ circulus auro et floribus decoratus in quo titulus operis. Folii 2 tres margines avibus, fructibus, floribus ac tessera gentilicia F⟨riderici⟩ Urbini C⟨omitis⟩ distinguntur. Ff. I, 1ʳ, 252ᵛ, 253 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX atque Aloysii Lambruschini card. bibliothecarii.

384 (olim 623). Saec. XV, membran., mm. 340×233, ff. I. 202.

Flavii Iosephi de bello iudaico libri I-VII ⟨antiqua versio latina⟩. Liber I inc. *Cum pontifices iudeorum inter se dissiderent eo tempore cum de tota syria.* Lib. VII des. *De ueritate autem confidenter dicere non pigebit quod cum eam solam per omnia habuerit* (!) *coniecturam;* praeit prologus: *Quoniam bellum quod cum romanis gessere iudei - Narrandi autem initium fatiam hoc ordine quo capitula sunt digesta* (ed. Venetiis per Ioannem Vercelensem, 1486, f. 1-83).

F. 201. *Haec ex Iosepho de antiquitate iudaica capitulo XVIII.* Inc. *Fuit autem isdem temporibus Iesus sapiens si tamen uirum eum nominare fas est.* Des. *christianorum qui ab ipso nuncupati sunt et nomen perseverat et genus* (cf. lib. XVIII, cap. 3, n. 3, ed. Dindorf, Parisiis 1865).

Codex qui convenit n. 388 antiqui indicis urbin. titulos habet minusculis rubris, litteras initiales maximas aureas intextis lineis et coloribus ornatas. In f. 1ᵛ solitus circulus auro et variis coloribus decoratus cum titulo: *Libri septem de bello iudaico Iosephi per Rufinum traducti.* Folii 2 ornamentum constat floribus, avibus, geniis atque intextis lineis, in cuius parte inferiore tessera gentilicia Friderici Urbini ducis. In littera initiali manu italica et mediocri arte picta est urbs Hierusalem. In imis foliorum marginibus antiquae notae numerales. Ff. I, 1ʳ, 21ᵛ, 202 vacua.

In tegumenti dorso insignia Alexandri VIII ac Fr. Laurentii Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

385 (olim 626). Saec. XV, membran., mm. 336×232, ff. I. 202.

Eusebii Caesareae episcopi historiae ecclesiasticae libri I-IX priores **Rufino** interprete et **Rufini** historiae ecclesiasticae libri I-II (in ms. *Eusebii caesariensis episcopi historiae ecclesiasticae libri I-XI Rufino interprete*). Liber I inc. *Successiones apostolorum et tempora quae a saluatore nostro.* Lib. XI des. *ad meliora migrauit cum piissimis principibus;* praeit Rufini praefatio: *Peritorum dicunt esse medicorum ubi imminere urbibus - usque ad obitum Theodosii augusti;* sequuntur capitula omnium librorum (ed. Romae 1476; cf. Eusebii, Eccles. Hist. cum Valesii dissertationibus et Cacciari prafatione etc., Venetiis 1763).

Codex convenit n. 113 antiqui indicis urbin. ac titulos praefert minusculis rubris, initiales maiores caeruleas et rubras alternas, initiales maximas aureas intextis lineis

et coloribus ornatas. In f. 1ᵛ aedificii frons coloribus picta, in qua titulus operis. F. 2 praefert ornamentum tripertitum auropictum cum avibus, geniis, intextis lineis et coloribus; in margine inferiore urbinatis ducis Friderici tessera gentilicia minor, in qua vitta cum inscriptione captu difficili: *Ptacenza. Autibio. C.* Sub quibus verbis fortasse pictor nomen et patriam suam celare voluit. Ff. I, 1ʳ, 201ᵛ 202 vacua.

In tegumenti dorso insignia Innocentii XI ac Fr. Laurentii Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

386 (olim 629). Saec. XV, membran., mm. 330×232, ff. II. 382.

Petri Comestoris historia scholastica (M. 198, 1053-1722). **Subnectuntur** (f. 381) ⟨**nonnulla de locis, in quibus passi aut sepulti sunt apostoli et aliquot discipuli**⟩. Inc. *Petrus et Paulus Romae sepulti sunt.* Des. *ut ait Clemens in quinto libro ypoposeon* (!) *idest informationum* (Biblioth. hagiograph. lat., Bruxellis 1898, voce *Apostoli* etc. n. 5).

Codex in antiquo indice urbin. n. 392 signatur, titulos autem praefert maiusculis rubris, initiales maiores caeruleas ac rubras alternas, initiales maximas aureas intextis lineis et coloribus ornatas. In f. 381ᵛ scribae adclamatio litteris maiusculis: *Salutat vos Petrus de Traiecto ex monte Massa.* In f. IIʳ solitus circulus, cuius media pars olim discerpta disco membranaceo recenti substrata est. In f. 1 ornamentum tripertitum lineis aureis, frondibus, fructibus et avibus decoratum; in parte inferiore posterius addita est tessera gentilicia Friderici Urbini ducis. Ff. I, IIᵛ, 382ᵛ vacua.

In tegumenti dorso insignia Innocentii XI ac Fr. Laurentii Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

387 (olim 774). Saec. XV, membran., mm. 330×225, ff. V. 346 (— f. 159-168 quae desunt).

Manetti Iannotii opera complura et **Dati Leonardi** elegia.

1. Iannotii Manetti [1] (f. 1ʳ) de vita et moribus Nicolai V summi pontificis, libri I-III (Muratori, Rerum ital. script., 3, parte 2ª, coll. 907-960; cf. Pagnotti, *La vita di Niccolò V* etc. in *Archiv. d. soc. rom. d. Storia patria,* Roma 1891, vol. XIV, p. 411 sqq.). [2] (f. 43) *De illustribus longevis*, libri I-VI. Lib. 1 inc. *Primus humani generis princeps solus a deo paulo post creationem mundi ceteris animalibus antea productis nouissime factus est.* Lib. VI des. *quantis et quam summis in celum laudibus a scriptoribus efferretur non satis dici posset;* praeit (f. 41) *praefatio ad illustrissimum atque clarissimum dominum Ludovicum Gusmanum, insignem calatravie provintie magistrum,* quae inc. *Cum Nunnius celsitudinis tue filius, illustrissime princeps et clarissime domine, ex longa quadam eius peregrinatione tandem florentiam* et des. *gratissimum mihi fecisse scias uelim.* [3] (f. 169). Oratio funebris in solemni Leonardi historici ac poetae laureatione (ed. in Leonardi Bruni Arretini epist. libris VIII, recensente Laurentio Mehus, Florentiae 1741, 1, p. 89-114). [4] (f. 180ᵛ) Iannotii Manetti et Honofrii Parenti, florentinorum legatorum oratio ad Alfonsum clarissimum regem Aragonum in

nuptiali unici filii inclyti Calabriae ducis celebritate. Inc. *Demoschenes* (!) *grecorum et latinorum omnium oratorum elegantissimus*. Des. *honesta et optima nota perficere et obsecundare dignentur* (ed. in op. De regibus Siciliae et Apuliae, Epitome Felini Sandei, Hanoviae 1611, p. 169-175).

2 (f. 184). Leonardi Dati ad Alfonsum regem Aragonum ⟨elegia⟩ *Rex et martis habes animos et pallados artes - gloria semper erit* (ed. Bandini in Biblioth. Laurent., 3, col. 631).

3. Iannotii Manetti [1] (f. 184v) florentinorum legatorum oratio ad congratulandum Nicolao quinto summo pontifici in creatione sua habita Romae in publico et generali concistorio (ed. Mittarelli in Biblioth. codd. manuscr. monast. s. Michaelis Venetiarum prope Muranum, Venetiis 1779, coll. 716-751). [2] (f. 188). Oratio ad Senenses dum Plumbinum ab Alfonso Aragonum rege obsideretur. Inc. *Cum florentini amici et finitimi uestri quorum legati et oratores sumus praestantissimi huius incliti consistorij presides*. Des. *Alfonsi regis acerrimi et infestissimi cunctorum italorum nedum etruscorum hostis dedecore atque perpetua infamia consequatur. Amen*. [3] (f. 193v) Oratio ad Venetos dum etiam Plumbinum ab Alfonso Aragonum rege obsideretur. Inc. *Magnum quoddam et ingens nobis de hac nostra legatione serenissime princeps ac prestantissimi presides sepe numero inter nos tacite cogitantibus*. Des. *ut certa totius prouintie nostre conseruatio et non periclitatio consequatur*. [4] (f. 199). Oratio ad Alfonsum clarissimum Aragonum regem de laudibus pacis Neapoli publice. Inc. *Si nunc primum serenissime et gloriosissime princeps penes maiestatem tuam*. Des. *oportunioribus locis et temporibus referemus. Amen*. (ed. Sandei in Epitome cit., p. 177-184). [5] (f. 203v). Florentinorum legatorum oratio in fausta ac felici Federici III imperatoris coronatione temporibus Nicolai V summi pontificis habita Romae (apud Freher, Rerum Germ. script., ed. Struve, Argentorati 1717, 3, p. 9-19). [6] (f. 212v). Dantis, Petrarchae et Boccacii vitae (ed. Mehus, Florentiae 1747, p. 57-93). [7] (f. 236v). Vita Socratis. Inc. *Socrates philosophus patria atheniensis pago alopecensis fuisse traditur*. Des. *Vltimus chous qui deorum imprecationes inuocationesque descripsit*. [8] (f. 248v). Vita Senecae philosophi. Inc. *Lvcius anneus Seneca quemadmodum ipse in libro de beneficiis sese appellat. Nam si quid inquit a Seneca accepisses an anneo te debere an lutio diceres*. Des. *quanquam uterque amplas sibi diuitias atque opes ut supra diximus parare potuerit;* praeit (f. 234) auctoris praefatio in vitis Socratis et Senecae illustrium philosophorum ⟨ad Alfonsum Aragonum regem⟩ quae inc. *Illustrem senece hispaniensis philosophi uitam serenissime et gloriosissime princeps quondam a me latinis litteris praescriptam* et des. *Vale diu felix et Iannotii fidelissimi maiestatis tue famuli quandoque recordari et meminisse digneris et rogo et obsecro*. [9] (f. 261v). De saecularibus et

pontificalibus pompis. Inc. *Admirabile huius sacre basilice edificium mihi diligentius sepenumero intuenti prope instar humani corporis esse uidetur.* Des. *ineptior in hac ipsa nostra adumbratione quam uideri soleam apparuero;* praeit (f. 261) auctoris praefatio ad dominum Angelum Asarolum (!): *Cogitanti tibi sepenumero angele suauissime et tamen uerenti ne michi grauis esses - ornamentorum genera hinc inde dispersa facilius explicari atque intelligere possint.* [10] (f. 267v). Laudatio Ianuensium. Inc. *Complures germani reges inclitum apulie regnum paulo post importunum serenissime regine obitum ui occupare conabantur.* Des. *et hec et alia multa longe latius atque uberius exornauero;* praeit auctoris praefatio... ad clarissimos Ianuae legatos Florentiae commorantes: *Mihi sepius cogitanti ac mecum ipsi frequentius ianuentium gesta repetenti - pro modulo nostro singillatim pertractarimus finem dicendi faciemus.* [11] (f. 273r). Laudatio Ianuensium ad illustrissimum principem dominum Thomam de Campofregoso dei gratia Ianuae ducem. Inc. *Inclitam hanc urbem tuam, illustrissime princeps, quanquam de conditione eius uaria quedam et incerta in medium afferantur.* Des. *ceteris posthabitis amplexaberis. Id ut facias quo ad possum maxime et rogo et obsecro;* praeit auctoris praefatio ad eundem, quae inc. *Nonnullas egregias populi tui laudes, illustrissime princeps, precipuo quodam singularissimarum uirtutum suarum amore* et des. *quod ab animo tibi deditissimo libentissime mittitur.* [12] (f. 290r). Historia pistoriensis libri I-III (apud Muratori, Rerum ital. script., 19, col. 989-1076).

Codex qui convenit n. 414 antiqui indicis urbinatis titulos praefert tum maiusculis tum minusculis rubris, initiales minores caeruleas ac rubras alternas, initiales maximas aureas tum lineis et coloribus, tum floribus ornatas. In ff. III-IV index operum; in ff. 159-169, quae deerant iam cum codex denuo conglutinatus est, scripta erat, ut ex indice praevio eruitur, *oratio Iannocii manetti ad calixtum summum pontificem.* In f. Vv circulus maximus auro, corona laurea ac floribus decoratus, quem circumdant septem circuli minores, cum titulis operum. In f. 1 ornamentum tripertitum cum floribus, avibus, geniis, in cuius parte inferiore tessera gentilicia Friderici Urbini ducis: alterum ornamentum eadem manu pictum est in f. 41. Ff. I, II, IVv, Vr, 260, 344v-346 vacua. Descripsit hunc codicem Pagnotti, l. cit., p. 416-417.

In tegumenti dorso insignia Innocentii XII ac tessera gentilicia Fr. Laur. Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

388 (olim 625). Saec. XV, membran., mm. 324 × 210, ff. III. 188.

⟨S. **Ambrosii** mediolanensis archiep. opus de excidio urbis Hierosolymorum libri I-V⟩ (in ms. *Egesippus de bello iudaico, apostolorum discipulus per sanctum Ambrosium traductus;* M. 15, 2061-2310).

Codex convenit n. 390 antiqui indicis urbin. ac titulos praefert tum maiusculis tum minusculis rubris, litteras initiales maiores aureas colore caeruleo illitas, initiales maxi-

mas aureas intextis lineis et coloribus ornatas. In f. III^v solitus circulus aliquantum floribus decoratus in quo titulus operis. Folii 1 tres margines ornati sunt intextis lineis et coloribus, in parte inferiore tessera gentilicia fridericiana minore, quam aquila nigra ungulis sustentat. Ff. I-III^r, 185^v-188 vacua.

In tegumenti dorso insignia Innocentii XI ac Fr. Laurentii Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

389 (olim 742, cf. f. 3). Saec. XV, membran., mm. 318×208, ff. II. 266.

S. Hieronymi vitae ss. Pauli eremitae, Hilarionis, Malchi et Paulae; **Eustochii** epigramma; **Possidonii** vita s. Augustini; **Tortelli** Io. vita s. Athanasii episc. alexandrini; **Gregorii** presbyteri vita s. Gregorii Nazianzeni, Ambrosio Traversari interprete; **Palladii** vita s. Ioannis Chrysostomi, eodem interprete; **Pseudo-Amphilochii** vita s. Basilii magni, Urso interprete; **Paulini** notarii vita s. Ambrosii; **Iustiniani Leonardi** vita s. Nicolai myrensis; s. Eugeniae passio.

1. S. Hieronymi [1] (f. 4) vita s. Pauli primi eremitae (M. 23, 17-30, usque ad vv. *cum regnis suis*). [2] (f. 9). Vita s. Hilarionis (M. 23, 30-54). [3] (f. 24). Vita Malchi monachi (in ms. *de captiuo monacho;* M. 23, 55-62). [4] (f. 28^v). Epitaphium Paulae matris (in ms. *vita beate paule;* M. 22, epist. 108).

2 (f. 46^v). ⟨Eustochii vitae s. Pelagiae epigramma⟩ (M. 73, 663; in ms. datur uti appendix ad vitam s. Paulae).

3 (f. 47). ⟨Possidonii⟩ vita s. Augustini, deest prologus et vita abrumpitur in epigrammate *vox tua nempe mea est* (M. 32, 34-64; in fine tamen adduntur nonnulla de corporis s. Augustini translationibus: *Hic dum in ipponiense...*; Analecta Bolland. 11, 1892, p. 258).

4 (f. 60). Ioannis Tortelli aretini vita s. Athanasii episc. alexandrini. Inc. *Cum post felicem consummationem beatissimi martyris.* Des. *pacem ecclesiis reddi procurauit donante domino...;* praeeunt [1] (f. 58) praefatio ad Eugenium quartum pont. max., quae inc. *Non ab re futurum arbitror Eugeni pater beatissime, si uiri admirabilis* et des. *et amor ingens atque deuotio sanctissimo Athanasio augeatur;* [2] (f. 59) praefatio quae inc. *Cum post persecutionem Diocletiani et Maximiani crudelissimorum... pax christianis et quies data fuisset* et des. *paucis explicabimus* (inter s. Athanasii opp., Argentinae 1522, f. 295-314).

5 (f. 103^v). Gregorii presbyteri vita s. Gregorii Nazianzeni e graeca in latinam linguam ab Ambrosio Traversari camaldulensi versa. Inc. *Invitat nos quidem religiosissimi uiri Gregorius ille eximius cui a theologia cognomen fluxit ad spiritale istud sermonum publicumque conuiuium.* Des. *Tua est enim illa uox sacra que ait Deo gratum esse quod illi iuxta uires offertur;* praeit Ambrosii camaldulensis praefatio ad singularem atque piissimum virum Iulianum cardi-

nalem s. Angeli amicissimum suum (ed. est haec praefatio in Catal. codd. hagiogr. lat. biblioth. nat. paris., 2, p. 487-488).

6 (f. 124^{r}). Palladii vita s. Ioannis Chrysostomi Ambrosio ⟨Traversari⟩ interprete. Inc. *Cum venisset aliquando Romam Palladius ellenopolitane ecclesie uenerandus antistes.* Des. *tribuat inuenire cum illo in terribilis iustique iudicij die cui est gloria honor maiestas et magnificentia patri...;* praeit Ambrosii Traversari praefatio ad Eugenium papam IV, quae inc. *Domino sancto atque beatissimo patri Eugenio Ambrosius. Conuerti nuper ex greco uitam sanctissimi uiri Iohannis... cui a nitore orationis et copia* et des. *Sanctitatem tuam sibi subditam ac per id uera sublimitate felicem Christus dominus noster seruare dignetur incolomen* (!) *domine beatissime atque indulgentissime pater* (Palladii... de vita D. Io. Chrysostomi... Dialogus Ambrosio monacho camaldulense interprete, Venetiis 1533, f. A iii^{r} - p. 206).

7 (f. 191). ⟨Pseudo-⟩Amphilochii iconiensis vita s. Basilii magni quam transtulit in latinum Ursus presbyter (Biblioth. casin., 3, Floril. p. 205-219; cf. M. 73, 295-312 et Patr. gr. 29, p. CCCXIII-CCCXVI).

8 (f. 214). ⟨Paulini notarii⟩ vita s. Ambrosii ad b. Augustinum (M. 14, 29-50).

9 (f. 230). Leonardi Iustiniani vita s. Nicolai myrensis. Inc. *Pataram rerum scriptores tradunt.* Des. *abs te saluatis gloriosissime triumphares cum Christo Ihesu in gloria per immortalia seculorum* (ed. Surius, Coloniae Agrippinae 1575, p. 883-897); praeit auctoris praefatio ad Laurentium episcopum Venetiarum et fratrem eiusdem, quae inc. *Tum* (!) *etatis nostre ingenia mecum considero* et des. *quam uiuens quisque in terris prodesse* (ed. Lipomannus, Historiae de vitis sanctorum, Lovanii 1568, parte 2^{a}, p. 252-253).

10 (f. 249^{v}). Vita s. Eugeniae virginis ac martyris (in ms. *Passio s. E.... virginis et sanctorum martirum Proti et Hyacinti Eunuchorum eius;* M. 73, 605-620; cf. M. 21, 1105-1122 inter opera Rufino adscripta; sed post caput XXX sub finem adduntur alia: *Claudia uero domum rediens mandauit filiis suis uerba eugenie beatissime. Die uero sancto dominice consumatis diuinis mysteriis orans tradidit spiritum in pace. Quam tollentes filii eius iuxta sanctam eugeniam sororem suam dignissime locarunt... et ipsi ad eternam uitam migrarunt glorificantes sanctam et indiuiduam trinitatem nunc et semper* (cf. Analecta Bolland., vol. 17, 1898, p. 120).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 31 signatur, titulos praefert maiusculis rubris, litteras initiales maiores caeruleas ac rubras alternas, initiales maximas aureas floribus ornatas. In f. 3^{v} aliquantum recentius manu imperita additus circulus auro ac floribus circumdatus, in medio circulo titulus operis. In f. 1^{v} parvus index manu librarii. In f. 4 ornamentum tripertitum manu peritiore pictum cum floribus, lineis intextis, globulis aureis ac geniis, in parte inferiore aquila nigra quae tesseram gentiliciam minorem Fri-

derici Urbini ducis ungulis sustentat. In f. 58 alterum ornamentum tripertitum manu imperita pictum. Ff. I, II-3r, 56v, 57, 227v, 265, 266 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VIII ac Fr. Laur. Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

390 (olim 60). Saec. XV, membran., mm. 314 × 193, ff. I. 159.

⟨Pseudo-⟩Clementis rom. pont. recognitionum (in ms. *Itinerarium*) libri I-X, Rufino interprete (M. Patr. gr., 1, 1205-1454; in ms. desunt pauca verba in fine).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 124 signatur, titulos praefert litteris minusculis rubris, initiales maximas aureas floribus ornatas. In f. 1v circulus floribus decoratus, in medio circulo titulus operis. In f. 2 ornamentum tripertitum auro pictum cum floribus atque avibus, in parte inferiore tessera gentilicia minor imperfecta C⟨omitis⟩ Urbini F⟨riderici⟩; circumdat tesseram gentiliciam inscriptio: *Praefatio Rufini presbiteri in Itinerarium C*⟨lementis⟩. Ff. I, 1r, 159 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

391 (olim 624, cf. f. 1). Saec. XV, membran., mm. 277 × 188, ff. III. 52.

Flavii Iosephi de vetustate iudaeorum in Apionem grammaticum ex versione latina libri I-II (ed. Boysen, Corpus script. eccl. lat., vol. 37, Flavii Iosephi opera, pars VI, Vindobonae 1898).

Codicis numerus recentior convenit n. 387 antiqui indicis urbinatis, titulos autem prae se fert litteris maiusculis aureis et caeruleis, litteras initiales maximas intextis lineis atque auro ornatas. In f. 2 ornamentum tripertitum cum intextis lineis et coloribus, in cuius parte inferiore tessera gentilicia F⟨riderici⟩ Urbini C⟨omitis⟩. In f. 49 sigla, quae librarii nomen fortasse celant. Neglexit hunc codicem C. Boysen in ed. cit. Ff. I-III, 49-52 vacua.

Tegumentum ex corio viridi antiquiore cum dorso ex pergamena alba recenti sine ullis insignibus.

392 (olim 609 cf. f. 1). Saec. XV, membran., mm. 279 × 172, ff. II. 265.

S. Isidori hispalensis chronicon et de ortu atque obitu patrum; **Pseudo-Hieronymi** de XII doctoribus; s. Hieronymi elogium; chronologica et historica quaedam; excerpta chronologica ex Papiae glossario; **Ioannis Andreae** de laudibus Victorini feltrensis; Titi Livii patavini epitomae librorum; **Rambaldis** (de) Benvenuti imolensis liber augustalis; catalogus romanorum pontificum atque imperatorum.

1. S. Isidori hispalensis [1] (f. 2) chronicon, desinit tamen vv. *Fuit igitur ab exordio usque in quintum Eradii imperatoris annum et quartum religiosi principis Sisebuti anni* $\overline{V}$*dCCCXX* (M. 83, 1017-1058; cf. coll. 155-156 notas 120-121; discrepantia chronici Isidoriani ex hoc codice, tunc 609, ed. Schelstrate, Antiquitas eccl. illustrata, Romae 1692, 1, appendix ad opus chronologicum, p. 582-594).

[2] (f. 36). De ortu et obitu patrum qui in Scriptura laudibus efferuntur (in ms. *de or. vita et ob. sanctorum, qui in veteri ac novo testamento virtutibus claruerunt;* M. 83, 129-156).

2 (f. 75ᵛ). S. Hieronymi (!) de duodecim doctoribus (M. 23, 765-768).

3 (f. 79ᵛ). S. Hieronymi ex lib. de viris illustribus caput 135 de s. Hieronymo (ed. Richardson, Leipzig 1896; additis in fine vv. *In isaiam libros septem, in Ieremiam libros sex. Commentariorum de euangelio librum unum*).

4. ⟨Chronologica aliqua per epochas⟩ [1] (f. 81) a constitutione mundi, ab Adam, a diluvio etc. ad nativitatem Iesu Christi⟩. Inc. *Anno a constitutione mundi V̄CLXXXXVIII peractus* (!) *natus est dominus iesus.* Des. *Sunt ergo ab Adam usque ad natiuitatem christi V̄CLXXXXVIIII.* [2] (f. 82ᵛ). *Collectio omnium annorum.* Inc. *Colligitur* (!) *omnes anni usque in consulatum Valentis VI et Valentiniani iunioris augusti III.* Des. *ad consulatum domni theodosii XV anni CCCCVIIII.* [3] (f. 84). ⟨Chronologica per epochas alia⟩. Inc. *A principio mundi siue ab adam primo hominum usque ad diluuium quod factus est sub noe computantur anni IICCXLII.* Des. *qui et primus annus christianae salutis numerantur V̄CXCVIIII.*

5 (f. 85ᵛ). *Extractiones ex Papia.* Inc. *Aetas proprie dicitur duobus modis.* Sexta aetas des. vv. *XXII Octo puer. VI. henricus maior XXIII. Corradus XVI henricus minor. XIII* (ex Papiae dictionario voce *aetas*).

6 (f. 94). ⟨Historia quaedam de regnis Assyriorum et romanorum auctore anonymo saec. XII, cf. f. 97ᵛ⟩. Inc. *Regnum saeculi huius bellis acquiritur, uictoriis propagatur. Inter plurima regna terrarum per IIII°ʳ mundi cardines.* Abrumpitur vv. *Titus succedit duobus annis: qui suo fratri Domitiano imperium reliquit. Ruffus uidet. Presidet...* In f. 97ᵛ verba quae auctoris aetatem produnt: *a latinis condita est alba: quae modo destructa est a Romanis, quando imperator theutonicus maximam de romanis fecit cedem in monte porco propter heresim pape.*

7 (f. 104ᵛ). De laudibus Victorini F., ⟨elogium desumptum est ex praefatione ad Paulum II pontificem Ioannis Andreae episcopi aleriensis in Titum Livium, Romae 1466⟩ a vv. *Illud uerissime referre me puto primum omnium* usque ad vv. *potuisse dissimulare ac praeterire Victorinum* (Botfield, Praefationes et epistolae editionibus principibus auctorum veterum praepositae, Cantabrigiae 1861, p. 95, lin. 26 - p. 96, lin. 8 ab imo).

8 (f. 107). Titi Livii patavini epitomae librorum 1-140 (ed. Weissenborn, Lipsiae 1889-91, voll. 1-5 et vol. 5, p. 209-319).

9 (f. 217). Benvenuti de ⟨Rambaldis⟩ imolensis liber qui dicitur augustalis etc. Inc. *Quia non modicum confert commoditatis ad cognitionem rerum gestarum.* Des. *Nunc proh dolor nihil possident nisi modicum occidentis;* praeit praefatiuncula auctoris ad illustrissimum Albertum marchionem estensem: *Optas*

illustrissime princeps heroicarum cultor uirtutum - breui ratione summabo (prodiit cum praefatione Laur. Abstemii Argentorati 1505).

10. Catalogi romanorum pontificum atque imperatorum. [1] (f. 253ʳ). Catalogus pontificum inc. *Iesus christus nascitur in bethlem anno imperii Octauiani Caesaris XLII Mundi uero anno V̄CXCVIIII. 44 Petrus apostolus Pontifex primus sedit... Linus... Cletus... Clemens.* Des. (f. 264): *Adrianus VI electus die* (!) *1522 de alemania olim preceptor ut dicitur imperatoris.* Nomina pontificum a Paulo II ad Adrianum VI aliis manibus adiecta fuerunt. [2] (f. 254). Catalogus imperatorum inc. *Caesar Primus imperator. Octauianus regnauit an. XLII. 16 Tyberius ui*⟨xit⟩ *annos XXIII.* Des. (f. 262) *1440 Federicus tertius XXXVI annos. F*⟨inis⟩ *Imp*⟨eratorum⟩.

Codicem, cuius hodiernus numerus convenit n. 379 antiqui indicis urbin., eleganti manu excripsit *Matthaeus* ⟨de Contugiis⟩ *de Vulterris*, uti constat ex subscriptione f. 264, Matthaeus tamen scripsit manu propria pontificum nomina usque ad Pium II. Tituli maiusculis minio pictis, litterae initiales maiores tum caeruleae tum rubrae, initiales maximae aureae lineis affabre intextis, auro et coloribus ornatae sunt. In f. 1 rectagonum foliis laureis atque auro decoratum, in quo manu librarii index operum quae codex continet. In f. 2 ornamentum tripertitum una cum lineis affabre intextis, auro et coloribus pictum in cuius parte inferiore in medio circulo tessera gentilicia F⟨riderici⟩ Urbini D⟨ucis⟩. Expendit hunc codicem Arevalus, Prolegomena Isidoriana, apud M. 81, 893, § 35-894, § 41. Ff. I, II, 1ʳ, 34, 35, 253ᵛ, 264ᵛ, 265 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX atque Aloysii Lambruschini card. bibliothecarii.

393. Saec. XIV, sed ff. 32-36, saec. XV, ff. 37-43, saec. XII-XIII, membran., mm. 286×210, ff. 43 (+ f. 36ᵃ librarii negligentia omisso).

Burchardi de **monte Sion** descriptio terrae sanctae; **Altedo** (de) **Parisii** de orthographia; **Ioannis** bononiensis civis dictamen seu ars dictaminis; de poenis et purgationibus animarum contra graecos; **Pseudo-Augustini** ars dialectica.

1 (f. 1). Burchardi de monte Sion (in ms. *brocardi*) ordinis praedicatorum descriptio terrae sanctae (ed. Laurent, Peregrinationes medii aevi quatuor, Lipsiae 1864, p. 19-94, lin. 1, usque ad vv. *ostia Nili fluminis*); subnectitur in ms. (f. 15, lin. 7) ⟨Aegypti compendiosa descriptio⟩ quae inc. *ubi sita est ciuitas pharanna murata quidem et bene aedificata,* des. tractans de miraculo s. Iohannis baptistae, vv. *Istud retulerunt omnes egyptii et christiani et sarraceni bona fide* (cf. codicem quem invenit Chrysostomus Iavellus casalensis, Quétif et Echard, Scriptores ord. praed. 1, col. 392).

2 (f. 17) Parisii de Altedo de orthographia. Cap. I, *de definitione orthographie et eius uocabuli allusione*, inc. *Orthographia est graphice ordinationis*

rectitudo litterarum in sillabis secundum uim et potestatem singularum. Ultimum caput, *de litteris que intercipiuntur euphonie causa notula et repilogatio specialis,* des. *Dant euphoniam tulimus uibrare secundum.* Subsequitur: *Breuis sine replicatione recollectio uersuum in toto opere conscriptorum,* inc. *Nouissime autem quod nequit oculis dispersa locis uaris,* des. *Dant euphoniam tulimus uibrare secundum;* praeit auctoris epistola nuncupationis: ⟨P⟩*recordiali suo compatri Baldo notario Parisius de altedo minimus artis notarie minister salutem et desiderii sui partem. Rogatus a te quod in Orthographia regulas aliquas compilarem - de mei actoris beneplacito corrigenda. Bononie Datum sub armario notarii Kal. mai Anni millesimi ducentesimi nonagesimi septimi natiuitatis dominice illabentis.*

3 (f. 24). Ioannis bononiensis dictamen libri I-II. Cap. I, *de diuisione salutationis et diuersitate partium,* inc. *Quum autem partes alie spirituali dignitate, alie temporali, alie genere, alie habitu.* Ultimum cap. libri II, *Presumptio harum trium distinctionum cum predictorum limitatione punctorum,* des. versu: *Error ne subeat scribentis pectora rubor;* praeit brevis introductio ad dictamen: *Bononia natus natali dum studet urbe / hunc est letatus iuuenum breuiter dare turbe / Tractatum noscat quo sat quid epistola poscat. Epistola est oratio humane lingue - tam merita quam nomina partium uerbis tacitis comprehendens.* In margine inferiore f. 24. *Magister Iohannes Incola bononiensis antiquitate confectus fecit hunc librum. Sapientia unquam potest mori nec corunpi.* Et in subscriptione manu librarii: *Explicit bononia natus dominus Iohannes*, reliqua abrasa. *Qui scripsit scribat semper cum domino uiuat. Vivat in celo semper cum domino felix.* In marginibus glossae variis manibus. 1ª: *septem effectus dictaminis*: *Diuitias, mores, famam, caros et honores / Egregie fari cum principibus morari / Dat tibi dictamen, quod prebet ubique iuuamen.*

4 (f. 32). ⟨Responsio ad sex dubia graecorum de substantiarum spiritualium poenis ac purgationibus apud inferos⟩. Inc. *Quantum ad primum dubium est istud. An anime absque corporibus pati possint. Et uidetur quod non. In anima enim corpore exuto potentia solum immanet intellectiua.* Dubium sextum: *An suffragia prosint existentibus in purgatorio,* des. *Ad III dicitur quod ex superius dictis satis patere potest quod sacramentum eucharistie aliaque bona aliis prodesse possunt;* deinde clausula: *Suscipe ergo Beatissime pater hoc breue opusculum quod humiliter pedibus tue sanctitatis submitto... tuam beatitudinem conseruet altissimus dominus noster ihesus christus qui cum patre...* praeit brevis prologus: *Substantiarum spiritualium penas ac purgationes quas apud inferos uerissime fides catholica esse tradit - locum purgationis habeant determinatum atque uiuorum suffragiis subleuari possint.*

5 (f. 37). ⟨Pseudo-⟩Augustini dialectica cum scholiis (M. 32, appen-

dix, 1409-1420). Primum scholium: *Aurelius uocatur dominus noster augustinus ab aura idest fauore populari. Augustinus interpretatur amplificatus...* ultimum scholium: *Scorpio uoluntarie deuorat suam sobolem, dicunt namque phisici quod hec serpens... ob ardorem libidinis nec propriis natis parcit.*

F. 42. ⟨Antiphonae ad vesperas et responsoria I nocturni officii rhythmici s. Mariae Magdalenae cum notis musicis⟩. Inc. *Postquam celorum dominus conscendit in altum* / Des. *Sed quia penituit meruit pia dona salutis evovae.*

F. 43ᵛ. Invitatorium et antiphonae primi nocturni officii s. Mariae Magdalenae cum notis musicis: Invitatorium: *Regem celorum... habentes spem uenie quam promeruit ueneranda Maria. Venite.* Antiphona I. *Cum uellet dominus mundum reuocare saluti* / *ad uitam populos rebus uerbisque uocabat evovae.* Ultima antiphona: *Ecce soror Lazari pia nunc... unguenti preciosi pondus hodoris.*

Codicis singula opera singulae manus scripserunt. Ff. 17-23, 32-42 duabus columnis. Tituli ut plurimum minusculis rubris; litterae initiales maiores tum caeruleae tum rubrae lineis ornatae; initiales litterae opusculi quod quarto loco describitur auro pictae. In f. 16 manu saec. XV: *In millesimo ducentesimo ottuagesimo tertio in hoc libro inuenitur factum fuisse hoc iter ad terram sanctam.* In f. 31ᵛ manibus saec. XV. I. sententiae e Salomone, s. Augustino et Anaxagora. II. Exemplum epistolae pontificalis. III. *Memoria de denariis* quos Marcus quidam debebat recipere a suis debitoribus. Ff. 16ᵛ, 36ᵃ, 43ʳ vacua.

Tegumentum ex pergamena alba saec. XVII.

394. An. 1414 (uti colligi posse videtur ex dato scripto in fronte f. I), chart., mm. 298 × 210, ff. VII. 199.

Martini Strebski seu **oppaviensis** seu **poloni** chronicon interpolatum. [1] (f. Iʳ) praefatio (ed. Weiland, apud Pertz, Rer. Germ. Script., 22, p. 397; sed adduntur alia: *Compilaui autem praesens opusculum* usque ad vv. *et quedam ex passionibus sanctorum;* l. cit., p. 407-408). [2] (f. II) *Rubricae libri chronicarum summorum pontificum atque imperatorum, Regum et aliorum principum baronum qui fuerunt in christianitate et ante quam rexerunt mondum* ⟨ordine alphabetico⟩. Pontifices incipiunt: *Anacletus papa in carta LII* - desinunt: *Xristoforus primus papa rubrica CXVIIII.* Imperatorum rubricae: *De prima creatione mundi et formatione Ade et Eue et generationibus suis et filiorum require follia prima,* deinde: *Adam Rubrica II - Xerses Rubrica XV.* [3] (f. 1). ⟨A creatione mundi usque ad Augustum⟩ inc. *Prima igitur etate seculi nascentis prima huius die fecit deus lucem quam appellauit diem idest angelos.* Des. tractans de duplici regimine spirituali sc. ac temporali urbis Romae: *Tria genera cardinalium obsequentium ipsis sunt instituta. Numerus ergo ipsorum primordialis est quinquaginta unus. Quorum tria genera distinguntur.* [4] (f. 23ᵛ). *Comprovintiale in quo continentur Archiepiscopatus et Episcopatus et Regna totius christianitatis.* Inc. *In ciuitate romana sunt quinque*

ecclesie que patriarchales dicuntur. Des. tractans de regibus feudatariis s. romanae ecclesiae: *Rex aragonie. Sardinie rex.* [5] (f. 36). Chronicon Imperatorum et Pontificum (ed. Weiland, l. cit., p. 408-474). Sed plura adduntur et in fine chronicon pergit usque ad Urbanum V, des. vv. *Eodem uero anno* ⟨1370⟩ *die autem nono decembris dictus d. papa diem suum clausit extremum cuius anima requiescat in pace* (cf. Bethmann apud Pertz, *Archiv der Gesell. für ält. deutsche Geschichtskunde,* 12, p. 263).

Codex littera currenti scriptus nullis ornamentis distinguitur. In multis foliis vix pauca verba scripta sunt.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI ac Fr. X. de Zelada card. bibliothecarii.

395 (olim 773). Saec. XIV ex., membran., mm. 328 × 225, ff. I. 265.

Liber pontificalis a s. Petro ad Martinum V. Usque ad Stephanum II pendet a codice qui vocatur *Florentinus* (cf. Duchesne, *Le liber pontificalis,* Paris 1886, 1, p. CLXVIIII); a Paulo I sequitur codicem vaticanum 3762 (cf. Duchesne, l. cit., 2, p. XXIV-XXVII). Post Martinum IV sequitur Bernardum Gui et scriptorem aetatis Martini V (cf. Duchesne, l. cit., 1, p. CLXX).

2 (f. 229ᵛ). Initium vitae s. Sylvestri I et donatio Constantini imp. Inc. *Siluester* etc. uti in codice vat. 3762 usque ad vv. *a lepra per baptismum.* Pergit donatio Constantini quae inc. *Hic Constantinus imperator quarto die sui baptismatis priuilegium ecclesiae romanae pontifici contulit ut in toto orbe romano sacerdotes hunc ita caput habeant sicut omnes iudices regem.* Des. *imperialis decreti nostri paginam propriis manibus roborantes super uenerandum corpus beati petri posuimus. Data rome III Kal. aprilis. T. L.* (!) *Constantino augusto quater consule et gallicano IIII consulibus* (brevior quam in ed. apud M. 8, 567-578; cf. Hinschius, Decretales Pseudo-Isidorianae, Lipsiae 1863, p. 252-254).

3 (f. 231ᵛ). *Ex priuatis scripturis Blondi* ⟨breve chronicon a coronatione Caroli M. ad Ioannem VIII⟩. Inc. *Anno incarnationis dominice octingentesimo in festo natalis domini.* Des. *hic non ponitur in cathalogo pontificum propter sexum muliebrem. Blondus.*

4 (f. 232). ⟨Ex Sigeberti gemblacensis chronica et ex Roberti de Monte auctario excerpta ab anno 382 ad 1180⟩ (in ms. *Hystoria Sigiberti monaci*). Inc. *Theodosius a Gratiano magister militum ordinatus deuictis multis barbaris.* Des. *Obiit henricus tertius filius henrici patre uiuo rex angliae* (cf. Bethmann apud Pertz, *Archiv der Gesell.* etc., 12, *Römische Handscrif.,* Hannover 1872, p. 263).

Codex, qui additus fuit urbinatibus a duce Guidone Monteferetrio, uti eruitur ex tesseris gentiliciis f. 2, titulos praefert minusculis rubris, prima excepta, quae maiusculis viridibus; initiales maiores autem tum caeruleas tum rubras, initiales maximas aureas

lineis aureis et coloribus ornatas. In f. 1ᵛ circulus frondibus et globulis aureis decoratus, in quo tituli operum. In prima littera initiali pictura manu italica, in qua Damasus pontifex cum libro vitarum pontificum romanorum. In f. 2 ornamentum tripartitum cum flosculis, auro, insignibus urbinatum ducum ac tesseris gentiliciis G⟨uidonis⟩ D⟨ucis⟩ et in margine inferiore cum litteris G⟨uidonis⟩ F⟨riderici⟩. Expendit hunc codicem Zacagnius, qui in marginibus notulas apposuit eruditionis suae fructus. Descripsit hunc codicem Duchesne, l. cit., 1, p. CLXX. Ff. I, 1ʳ, 263ᵛ-265 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Innocentii XII ac Fr. Laur. Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

396 (olim 743). Saec. XV, chart., mm. 332×228, ff. III. 208.

Vitae sanctorum a diversis conscriptae et translatae.

1. Rufini ⟨?⟩ [1] (f. 1) prologus in librum III de vitis patrum (in ms. *liber primus in vitis patrum compositus a beato Hieronymo presbitero... prologus;* M. 73, 739-740), [2] (ibid.) ⟨Rufini⟩ prologus in librum de historia monachorum (in ms. *prologus in vita monachorum egiptiorum;* M. 21, 387-390).

2 (f. 2). ⟨S. Hieronymi vita s. Pauli primi eremitae⟩ (M. 23, 17-30; in fine addita sunt verba, de quibus M., l. cit., col. 29, nota 3).

3 (f. 4ᵛ). S. Athanasii vita s. Antonii abbatis, praeeunte prologo Evagrii interpretis (M. 73, 125-168; deest in fine epilogus Evagrii).

4. ⟨S. Hieronymi⟩ [1] (f. 22) vita s. Hilarionis (M. 23, 29-54). [2] (f. 29ᵛ). Vita Malchi monachi ⟨captivi⟩ (M. 23, 55-62).

5 ⟨Rufini historia monachorum⟩ (M. 21, 392-462, capita II-VI sunt transposita post epilogum).

6 (f. 56). Heraclidis eremitae paradisus ⟨incerto sed veteri interprete⟩ (M. 74, 243-342 lin. 14 ab imo, usque ad vv. *amorem dei timoremque fecerunt;* deest etiam epistola Palladii praepositi Cappadociae ad Lausum praepositum, quae apud M. l. cit., 249-252).

7 (f. 93ᵛ). *Versus in laude ipsius dicti paradisi.* Inc. *Hoc sacer eraclides limato famine presul / Fortia priscorum.* Des. *Marmoreae ceruix statuae uertatur ad instar.*

8 (f. 94). S. Ephrem diaconi vita s. Abrahae ⟨eremitae interprete anonymo⟩ (M. 73, 281-292). Subnectitur (f. 97ᵛ) ⟨eiusdem vita s. Mariae meretricis neptis Abrahae eremitae⟩ (M. 73, 651-660).

9 (f. 100ᵛ). De sancto Frontonio abbate. Inc. *Ad aedificationem itaque uestram et meum solatium decreui aliqua uobis utilia reuelare.* Des. *sua sanctificatione consumat* (de hac vita cf. Biblioth. hagiogr. lat.... Bolland., Bruxellis 1899, p. 478; partem ed. Faillon, *Monuments inédits,* II, p. 428-432).

10 (f. 102). De duobus sanctis Machariis. Inc. *Venit aliquando abbas*

macharius ille egiptius de scithi in montem nitrie ad monasterium abbatis Pambo. Des. *hi sunt subtus nos. Et post haec sumens senex caput illud sepelliuit eum* (!). Sunt excerpta ex vitis patrum.

11 (f. 105v). De beato Antonio. Inc. *Quodam tempore quidam duo philosophi audientes famam beati Antonii*. Des. *Quidam frater dixit beato Antonio: ora pro me... et poposceris a Deo*. Sunt collecta ex vitis patrum.

12 (f. 107). De beato Arsenio. Inc. *Fuit quidam uir in palatio sublimis*. Des. *qui erat uir bonus et plenus fide et spiritu sancto*. (Haec excerpta sunt plura quam quae laudantur in Biblioth. hagiogr. lat. Bolland., p. 115).

13 (f. 109). De beato Pastore. Inc. *Dum abbas pastor esset in congregatione audiens de abbate nestore desiderauit eum uidere*. Des. *et consignans curauit eum ac reddidit patri suo* (ex vitis patrum).

14 (f. 110v). De beato Besarione. Inc. *Abbas Besarion dum ambularet cum discipulo suo per heremum uenerunt ad quandam speluncam*. Des. *Et mox egressus est ab eo immundus spiritus et sanus effectus est ex illa hora* (ex vitis patrum).

15 (f. 111). De beato Pemene. Inc. *Interrogauit quidam frater abbatem pemenem dicens. Quid est quod dominus in euangelio*. Des. *colligentes de quibusdam herbis terrae* (ex vitis patrum).

16 (f. 112). Vita sanctorum septem patrum. Inc. *Fuerunt et alii septem probatissimi uiri*. Des. *penitus ignoramus* (ex vitis patrum lib. III, M. 73, 804-805).

17 (f. 112v). *Prophetia futurorum temporum*. Inc. *Sancti patres aliquando congregati prophetauerunt de ultima generatione*. Desinunt excerpta haec ex vitis patrum cum capite 64 *de doctrina s. Sincleticetis de corporis egritudine* vv. *per uoluntariam paupertatem amplius confirmati sunt*. Infra subscriptio: *Explicit liber doctrine seu institutionis sanctorum patrum*.

18 (f. 155). ⟨Pseudo-Theophili, Sergii et Hygini⟩ vita s. Macarii ⟨dicti⟩ romani ⟨qui inventus est iuxta Paradisum⟩ (M. 73, 415-420).

19 (f. 159v). Bedae ⟨ut quidam in provincia Nordanhymbrorum a mortuis resurgens multa et tremenda et desideranda quae viderat narravit⟩ (in ms. *sermo B. presbiteri de eo qui fuit mortuus et revixit*) (ex Bedae hist. ecclesiastica lib. V caput 12, M. 95, 247-252).

20 (f. 161). Subnectitur ⟨visio fratris cuiusdam de poenis inferni et gloria paradisi⟩. Inc. *Fuit quidam frater qui eductus de corpore multas ac mirabiles uidit in spiritu*. Des. *exemplum fuit ad salutem perpetuam. adiuante domino nostro....*

21 (f. 162). ⟨Visio s. Barontii⟩ (in ms. *visio baruncii monaci de monasterio s. petri quod dicitur longareto in partibus gallie quam uidit temporibus francardi abbatis sui*). Inc. *Dum sacratissimo die dominico idem baruncius cum*

fratribus ad laudem christi assisteret mox expleta hora operis Dei cum ad grabatum suum reuerteretur. Des. *uita nostra amarescat in penitentia et bona facta prouocent misericordiam dei. Ipso adiuuante...* (alio prorsus stylo quam ed. in Act. SS. Bolland., mart. III, p. 570-574, cf. Catalogus codd. hagiogr. lat. biblioth. paris., 3, p. 122).

22 (f. 165^v). Vita s. Fursei ⟨abbatis latiniacensis⟩ usque ad vv. *angeli uictores fuere* (Acta SS. Bolland., ian. II, p. 37-38, n. 16).

23 (f. 168). ⟨Bedae, ut quidam ad mortem veniens oblatum sibi a daemonibus codicem suorum viderit peccatorum (in ms. *Visiones ac uerba cuiusdam militis penitentiam differentis;* M. 95, 252-254).

24 (f. 168^v). ⟨Eutichiani⟩ conversio ac poenitentia ad dominum Iesum Christum facta a quodam vicedomino nomine Theophilo orientalis regionis ⟨interprete Paulo diacono neapolitano⟩ (Acta SS. Bolland., febr. 1, p. 483-487).

25 (f. 172). ⟨Iacobi diaconi⟩ vita (in ms. *conversio ac penitentia*) s. Pelagiae, interprete Eustochio (M. 73, 663-672).

26 (f. 175). Vita s. Euphrosinae virginis auctore incerto (M. 73, 643-652).

27 (f. 178). Vita s. Marinae virginis (in ms. *Mariae*) ⟨auctore incerto⟩ (M. 73, 691-694).

28 (f. 179). ⟨Sophronii episc. hierosol.⟩ vita s. Mariae aegyptiacae, sine prologo (Mombritius 2, 73-78; cf. Biblioth. casin. 3, Floril. 226-235).

29 (f. 185). Vita s. Thaisis meretricis ⟨auctore incerto⟩ (M. 73, 661-662).

30 (f. 186). Leontii Neapoleos Cyprorum episcopi (in ms... *Alexandrini*) vita s. Ioannis eleemosynarii ⟨interprete Anastasio S. R. E. bibliothecario⟩ (M. 73, 337-384). In fine litteris rubris clausula ut apud Bandini, Biblioth. laurent. 1, 339; cf. Biblioth. hagiogr. lat., Bolland., Bruxellis 1899, p. 650).

31 (f. 204). De sancto Alexio confessore ⟨Edessae et Romae⟩ (nonnullis verbis differt ab edita in Act. SS. Bolland., iul. IV, p. 251-253).

Codex fortasse convenit n. 6, p. CXLVI antiqui indicis urbinatis. Tituli alias maiusculis, alias minusculis rubris, initiales maiores caeruleae ac rubrae alternae, initiales maximae aureae lineis et coloribus ornatae sunt. Folii 1 tres margines picti sunt cum intextis lineis auro et coloribus, in parte inferiore tessera gentilicia C⟨omitis⟩ F⟨riderici⟩ nunc aliquantum evanida. Ff. I-II, 167^v, 207^v, 208 vacua.

Tegumentum ex corio castanei coloris codicis aequali.

397-398. Saec. XV, membran.

⟨**Albizi**⟩ **Bartholomaei** de Pisis ordinis minorum liber conformitatum s. Francisci ad vitam Iesu Christi libri seu partes I-III, duobus voluminibus comprehensi.

I. (**397**) mm. 364 × 260, ff. II. 263.

Liber I seu pars prima cum prologis. Lib. I (f. 10^v) inc. *Sapientia illa superna uerbum et candor.* Des. *Huic prime parte* (!) *et libro impono finem ad praesens;*

deinde addita nonnulla ex initio secundi libri: *Sub secundo libro et uolumine sequente ponendo conformitates XVI... Ihesu dux formidabilis, franciscus detestator;* praeeunt [1] (f. 1) prologus I: *Sanctorum vita probis fulta operibus - et in futura regnum tribuat felicitatis aeterne;* [2] (f. 1ᵛ) prologus II: *Similem illum fecit in gloria sanctorum - beati francisci sui vexilliferi meritis, qui cum patre;* [3] (f. 10ᵛ) praefatio: *Expeditus a prologo istius operis - ad propositum est* (impressum Mediolani in aedibus Zanoti Castilionei, 1513, f. 1-128ᵛ).

Codex qui convenit n. 184 antiqui indicis urbin. binis columnis exscriptus est. Tituli minusculis rubris, initiales maiores alias caeruleae alias rubrae lineis ornatae sunt. In f. 1ᵛ solitus circulus floribus decoratus una cum titulo operis. Folii 2 tres margines distinguntur floribus, avibus, angelis, insignibus ac tesseris gentiliciis F⟨riderici⟩ Urbini D⟨ucis⟩. In circulo in parte superiore ornamenti sigla YHS in medio sphaerae radiantis. Ff. I, II, 1ʳ, 263 vacua.

Tegumentum ex corio castanei coloris codicis aequali.

II. (**398** olim **979**, cf. f. III), mm. 364×260, ff. III. 196.

Secunda ac tertia pars operis, quod in codice antecedenti. Pars II inc. *Postquam libro precedenti de duodecim conformitatibus.* Pars seu liber III des. *et post huius uite cursum ad te uidendum et perfruendum perducere digneris qui cum patre...* Sequuntur [1] (f. 185) auctoris epist. ad generalem ministrum..., quae inc. *Deuotione professione beneficiis perceptis* et des. *Datum in loco prefato die prima mensis augusti 1389;* [2] (ibid.) epist. generalis ministri... opus approbantis, quae inc. *Opus quod fauente diuina clementia* et des. *Datum in sacro loco anno die et mense superius annotatis* (ed. cit., f. 128-229).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 185 signatur, eadem ratione scriptus iisdemque fere ornamentis distinctus quamquam non eadem manu exaratus est, qua codex antecedens. In prima littera initiali s. Francisci parva imago manu italica non satis perita. In f. IIIᵛ tabula conformitatum binis columnis. Ff. I-IIIᵛ, 1ʳ, 196 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX atque A. Mai card. bibliothecarii.

399 (olim 744, cf. f. 1ʳ). An. 1482, cf. f. 340ʳ, membran., mm. 376×248, ff. I. 341.

Ioannis diaconi vita s. Gregorii M; **Guilielmi** abbatis vita s. Bernardi; **s. Gregorii Nysseni** de vita Moysis, Georgio Trapezuntio interprete; liber Barlaam et Iosaphat.

1 (f. 2). Ioannis diaconi vita s. Gregorii Magni libri I-IV; praevia praefatione sed sine carmine Ioanni VIII dedicato (M. 75, 61-242).

2 (f. 111ᵛ). Guilielmi abbatis vita s. Bernardi abbatis clarevallis, libri I-V (M. 185, 225-368).

3 (f. 138ᵛ). S. Gregorii Nysseni de vita Moysis sive de perfectione vitae ex praescripto virtutis institutae (in ms.... *de perfecta hominis uita siue de uita*

Moysi), Georgio trapezuntio interprete (M., Patr. gr. 44, 298-430, D, usque ad vv. *vita hominis perficitur;* cf. Fabricius-Harles, Biblioth. gr. 9, p. 103); praeit (f. 201) interpretis praefatio ad reverendissimum patrem ⟨card. Ludovicum Scarampi⟩. Inc. *Nuper reuerendissime pater beati Gregorii nyseni de uita Moysi qua perfectam hominis uitam ostendere uoluit - Sed iam ipsum latine loquentem si placet audiamus.*

4 (f. 239). Liber Barlaam et Iosaphat (in ms. *Ioasaph*) ⟨apud Indos⟩. Inc. *Cum in Aegypto cepissent monasteria construi ac monachorum congregari multitudines et illorum uirtutes et angelicae conuersationis fama.* Des. *beatorum Barlaam et Iosaphat: de quibus est narratio: in Christo Ihesu domino nostro cui honor...* (de editionibus cf. Biblioth. hagiogr. lat., Bolland., Bruxellis 1898, p. 147).

Codex, qui convenit n. 102 antiqui indicis urbin., titulos praefert litteris maiusculis rubris, initiales maiores caeruleas ac rubras alternas, initiales maximas aureas floribus, frondibus et globulis aureis ornatas. In f. 1^v pictus est circulus magnus floribus atque auro decoratus, in cuius media pagina quinque circuli cum titulis operum litteris aureis: in titulo huius paginae vita Barlaam et Iosaphat s. Ioanni Damasceno falso tribuitur, codex autem de Damasceni nomine tacet. Folii 2 margines manu scholae attavantianae picti sunt auro cum floribus, geniis, candelabris, insignibus ac tesseris gentiliciis Friderici Urbini ducis. In prima initiali eleganter picta imago s. Gregorii magni. In f. 340 subscriptio librarii: *Anno salutis humanae Millesimo quadringentesimo octuagesimo secundo et die ultima mensis aprilis, hoc praeclarum opus florentiae absolutum est: die autem Martis: hora uero diei undecima. Laus, honor, imperium et gloria sit omnipotenti Ihesu christo per infinita seculorum secula:* et infra. *Omnium rerum vicissitudo est.* Ff. 1, 1^r, 340^v vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. X. de Zelada card. bibliothecarii.

400 (olim 622). Saec. XIV, membran., mm. 405×268, ff. I. 360.

Flavii Iosephi antiquitates iudaicae, lib. I-XX, antiqua versio latina (in ms. *interprete Rufino*). Lib. I (f. 3^r) inc. *In principio creavit... sed dum terra ad aspectum non veniret.* Lib. XX des. *aliud facere permittimur aliud prohibemur;* praeit (f. 2) praefatio: *Historiam conscribere disponentibus - hec autem in sacris libris comperi ita conscripta;* singulis libris praeeunt capita (Venetiis 1481 per Raynaldum de Novimagis).

Codex, quem in antiquo indice urbin. n. 386 notavi, non ineleganti manu conscriptus, titulos praefert maiusculis rubris, initiales maiores caeruleas ac rubras alternas, initiales maximas caeruleo colore ac lineis aureis egregie pictas. In f. I^v rectangularis figura eleganter geniis, candelabris, centauris ornata, in cuius medio titulus operis. Folii 2 quatuor margines perita manu floribus, frondibus, candelabris et septem circulis decorati, in quibus tesserae gentiliciae atque insignia una cum inscriptione in circulo inferiore: *Federicus de monte Feretro Vrbini comit.* (!). Ff. I. 1^r, 359^v, 360 vacua.

In tegumenti dorso insignia Alexandri VIII ac Fr. Laurentii Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

401 (olim 698). Saec. XV ex., membran., mm. 374×232, ff. II. 360.

Piccolomini Aeneae Sylvii, postea **Pii II** pontificis max., epistolae, orationes et commentarii in libros Àntonii Beccadelli panormitae de dictis et factis Alfonsi regis; virorum illustrium epistolae aliquot.

1. Piccolomini Aeneae Sylvii epistolae (in ms. *pontificales*) [1] (f. 16) Ioanni card. s. Angeli: *Scripsi nudius tertius dignationi tuae quibus in terminis - Ex Francofordia die XVI octobris MCCCCLIIII* (ed. Cugnoni, Aeneae Silvii Piccolomini opera inedita in *Atti d. r. Accad. d. Lincei,* 1883, serie III, 8, epist. n. 41); praeit (f. 9) Sbignei card. episc. cracoviensis epist. Aeneae episcopo senensi: *Vereor iam nec ab re ne quid tibi - Ex Craconia* (!) *X septembris MCCCCLIIII,* [2] (f. 16v) Theodorico arch. coloniensi: *Scripsimus collegae mei et ego - Ex Frankfordia die XX octobris MCCCCLIIII* (l. cit., n. 42), [3] (f. 17v) Ioanni card. s. Angeli: *Multa scribere oporteret si cuncta quae apud nos acta sunt - Ex frankofordia XXVIII octobris MCCCCLIIII* (l. cit., n. 43), [4] (f. 21) prioribus et capitaneo... Senarum: *Conuentum habens Frankfordiensem iussu caesareae maiestatis - Ex Frankfordia Nonis octobris MCCCCLIIII,* [5] (f. 21v) Gregorio Lollio: *Scimus te cum desiderio nostrum reditum expectare - Ex Frankfordia die XXVIII octobris MCCCCLIIII* (l. cit., n. 44), [6] (f. 22) ⟨Nicolao⟩ cardinali s. Petri ad vincula: *Fuerunt scripta tua mihi admodum grata: quae de preteritis - Ex Frankfordia: die ultima octobris MCCCCLIIII* (l. cit., n. 45), [7] (f. 23v) Gregorio Lollio: *Expectasti me frater amantissime iam dudum qui domum redirem - Ex frankfortia ultima octobris MCCCCLIIII* (l. cit., n. 46), [8] (f. 27v) Ioanni card. s. Angeli: *Veniunt in mentem uerba quae ad me scripsisti - Ex Noua ciuitate. XXVI. Nouembris MCCCCLIIII* (l. cit., n. 48), [9] (f. 29) Francisco Ptolomaeo *cannonico* (!) suo: *Relatum nobis est Archidiaconum nostrum grauiter egrotare - Ex noua ciuitate. die XXV Nouembris MCCCCLIIII* (l. cit., n. 47), [10] (f. 29v) papae Nicolao: *Albertus* (!) *de Wetes decretorum doctorem bonum et prouidum uirum - Ex noua ciuitate. die: XXVII. Nouembris. MCCCCLIIII* (l. cit., n. 49), [11] (f. 30) Procopio Rabesteino: *Quod quesiuisti ex caesare impletum est, scribit Maiestas sua - Ex noua ciuitate* (l. cit., n. 51), [12] (f. 30v) Nicolao Liscio: *Domini Alberti decretorum doctoris causam ex tuo - et eidem domino preposito commendatum me facito* (l. cit., n. 50), [13] (f. 31v) Francisco nepoti: *Scimus grauissimum esse adolescentibus credi pecuniam - Datum in noua ciuitate Austriae die II Decembris MCCCCLIIII* (l. cit., n. 52), [14] (ibid.) papae Nicolao: *Iacobus de mugla uir sincerus et omni ex parte probatus - Ex noua ciuitate. XV. decembris. MCCCCLIIII,* [15] (f. 32) Petro Noxetano: *Vir bonus et frugi Iacobus de mugla cum praefui ecclesiae tergestinae - Ex Noua Ciuitate.*

die XV. decembris MCCCCLIIII, [16] (f. 32v) Alberto marchioni brandeburgensi: *Cum prospicio facta germanica non inuenio qui curam eius honoris habeat - Ex noua ciuitate. die VIIII. decembris. MCCCCLIIII* (l. cit., n. 54), [17] (f. 33) Procopio cancellario Bohemiae: *Frater tuus Ioannes prepositus Vicegrandensis spectate indolis - Ex noua ciuitate* (l. cit., n. 53), [18] (f. 33v) Nicolao de Liscio: *Credo te Nicolae amantissime iam esse Vratislauiae deinde confido - bononiam pergit munitus Caesaris litteris. Vale* (l. cit., n. 26), [19] (f. 34) Gregorio de Hamburga: *Quae mihi ac domino Gurcensi scripsisti de treuerensi - quam hii duo ad conuentum ueniant. Vale* (l. cit., n. 55), [20] (f. 34v) Ioanni card. s. Angeli: *Redditae sunt mihi litterae tuae quae de patauiensi ecclesia - ex noua ciuitate Austriae V Kal. Ianuarias MCCCCLIIII* (l. cit., n. 39), [21] (f. 38) Henrico Senftleben: *Teneo memoriae quae ad me scripsisti non multi sunt - Ex noua ciuitate die X Ianuarii MCCCCLIIII,* [22] (f. 39v) ⟨Dominico⟩ card. firmano: *Quamuis scribente Caesare: ac negotia fratrum beati Francisci - ex noua ciuitate die X ianuarii* (Aeneae Sylvii Piccolominei opp. omnia, Basileae 1551, epist. n. 412), [23] (f. 42) Philippo Marsano: *Ardet epistola tua quam proximis diebus accepi - ex noua ciuitate die XII Ianuarii MCCCCLV,* [24] (f. 43v) Ioanni ⟨e⟩ Capistrano: *Nicolaus cappellanus meas litteras tibi restituet - Ex noua ciuitate. Die XII Ianuarii MCCCCV,* (ed. Basil. n. 403), [25] (f. 44) Fridericus imperator Nicolao pont. max.: *Quam laudabilis sit quicumque fructus attulerit christianae religioni - in protectionem et tutelam acceperit. Datum* (!), [26] (f. 45v) Aeneas episc. senensis Nicolao card. s. Petri: *Quae reuerendo patri episcopo Gurcensi magnifico uiro domino Ioanni hupnad - Ex noua ciuitate XVIII Ianuarii MCCCCLV,* [27] (f. 46v) Gregorio Lollio: *Vocas me frequentibus litteris. Neque ab re - Ex noua ciuitate die XXIIII Ianuarii MCCCCLV,* [28] (f. 47) Henrico Senftleben: *Scripsisti nouissime quaecunque apud nos agebantur nihil - ex noua ciuitate Die XXIIII Ianuarii MCCCCLV,* [29] (f. 47v) Nicolao card. s. Petri: *Quamuis heri ad te litteras dederim cogor tamen - Ex noua ciuitate die prima februarii MCCCCLV,* [30] (f. 48v) Henrico Senftleben: *Quamuis heri ad te scripserim hodie tamen pauca - ex noua ciuitate die prima Februarii MCCCCLV,* [31] (f. 49) Gregorio Lollio: *Litteras tuas amantissime frater sanus accepi quibus egrotus respondeo - Ex Gertz* (!) *Styriae tertia die septembris anno domini MCCCCLIII* (ed. Basil. n. 146), [32] (f. 52) Gregorio Lollio: *Vt intelligas quae gerantur apud nos ne te multis morer - Ex noua ciuitate die prima februarii MCCCCLV,* [33] (ibid.) Iacobo treverensi archiep.: *Gratissime fuerunt mihi litterae tuae quibus aduentum ad Caesaream maiestatem - Ex noua ciuitate die V Februarii MCCCCLV,* [34] (f. 54v) Iacobo treverensi archiep.: *Bene suae diligentiae morem tua dignatio tenuit - Ex noua ciuitate die octaua februarii MCCCCLV,* [35] (f. 55v) Procopio Rabesteino: *Expecto te*

simulque nicolaum nostrum miro desiderio - Ex noua ciuitate die nona Martii MDCCCLV, [36] (f. 56) ⟨Ioanni⟩ card. s. Angeli: *Cursor hispanus tuas ad me litteras dedit - Ex noua ciuitate die XX Februarii MCCCLV,* [37] (f. 58ᵛ) Petro Noxetano: *Litteras tuas ex Apostolico cursore suscepi tua solita humanitate - Ex noua ciuitate die XX Februarii MCCCCLV,* [38] (f. 60) Nicolao quinto: *Accepi breue Sanctitatis tuae per quod intellexi - ex noua ciuitate die uicesima prima Februarii MCCCCLV,* [39] (f. 61) Gregorio Lollio: *Scripsi ad te non sunt multi dies reuersurum me - Ex noua ciuitate die XXI Febr. MCCCCLV,* [40] (f. 62ᵛ) Ioanni Frunt: *Accepi litteras non sine uoluptate quae mihi de comite Ciliae - Ex noua ciuitate. Die secunda Martii MCCCCLV,* [41] (f. 63) Procopio ⟨Rabesteino⟩: *Gregorius de ratispona qui et tuus - Datum et cet. Ex noua ciuitate,* [42] (ibid.) Procopio ⟨Rabesteino⟩: *Frater tuus et dominus de clena - Ex noua ciuitate die XX Februarii MCCCCLV,* [43] (f. 64) Ioanni card. s. Angeli: *Scripsisti ad me multa his diebus praeterque tuum morem - ex noua ciuitate die XII Martii MCCCCLV,* [44] (f. 72ᵛ) Bartholomaeo de Massa: *Acerbissimas mihi de matris obitu - Ex noua ciuitate XII Martii MCCCCLV,* [45] (f. 73) Ioanni ⟨Vitez⟩ varadiensi: *Rogasti me, pater obseruantissime, tibi ut aliquod noui operis - Ex noua ciuitate die XIIII Martii MCCCCLV* (ed. Fraknói cum Io. Vitez orationibus, Budapestini 1878), [46] (f. 74) Georgio Policarpo: *Ago tibi gratias quod ad me scripseris: legi enim - XV Aprilis MCCCCLV,* [47] (f. 74ᵛ) Ioanni card. s. Angeli: *Nicolai summi pontificis obitum quam grauiter tulerim - Ex noua ciuitate die XVII Aprilis MCCCCLV,* [48] (f. 77) Ioanni card. s. Angeli: *Habes nouum pontificem et letaris - Ex noua ciuitate die tertia maii,* [49] (f. 78) Gregorio Lollio: *Quae gesta sunt apud nos in facto turchorum - Ex noua ciuitate,* [50] (ibid.) Francisco aquilano: *Quia reuerti domum quam celerrime proposuimus - Ex noua ciuitate ut supra,* [51] (ibid.) Francisco Ptholomaeo: *Quod diu desiderasti nunc faciam - ex noua ciuitate ut supra,* [52] (f. 78ᵛ) Bartholomaeo massano: *Redeo iam domum pro tuo desiderio neque ultra sex - Vale ut supra,* [53] (ibid.) Iacobo Ptholomaeo fratri suo: *Post dies XII iter arripiam te ferrariae reliquos uero - ex noua ciuitate ut supra,* [54] (f. 79) Stephano Catiae (in ms. *Cathre*) novariensi: *Magna gesta sunt apud te his diebus - ex noua ciuitate ut supra,* [55] (ibid.) Ioanni card. s. Angeli: *Res gubernatoris hoc modo gesta est: Inductus est - Datum die V Maii,* [56] (f. 79ᵛ) Fridericus imp. Alfonso regi Aragonum: *Negocia tuendae contra turchos sacra religionis - Ex noua ciuitate die X Martii MCCCCLV* (Cugnoni, l. cit., n. 57), [57] (f. 80ᵛ) Piccolomini Ae. Syl. Iacobo archiep. treverensi: *Viserem balnea percupide ut requiris - ex noua ciuitate die decima maii MCCCCLV,* [58] (f. 81) eidem: *Venit ad me scolasticus tuus lateque mecum de singulis - die XXIII Maii. MCCCCLV,* [59] (f. 81ᵛ) Ioannes card. s. Angeli

Aeneae episcopo senensi: *Stephanum porcarium nosti qui se porcium ut nobilior haberetur uocari curabat - Ex Roma XIII Februarii,* [60] (f. 82ʳ) Ioannes Campisius Aeneae episc. senensi: *Ex his quae ad me scripsisti his diebus proximis - Romae quarto idus ianuarii MCCCCLIII,* [61] (f. 85) Stephanus Catia (in ms. *Caccia*) novariensis Iacobo Sabaudiae cancellario: *Stephanus Porcarius aeques* (!) *romanus cum inter legendum romanorum historias - Ex Vrbe tertio Kal. Februarii* (Cugnoni, l. cit., n. 38), [62] (f. 90ᵛ) Ioannes Campisius Aeneae episc. senensi: *Dixit illa ut aliquando gratulor oetoliam titulis - Romae die ueneris XXIII Martii MCCCCLIII,* [63] (f. 91ʳ) Ioannes Capistranus Aeneae episc. senensi: *Quando capellanus tuus me conuenit tandem a me - unice commendo. Ex Vienna ultima februarii raptissime MCCCCLV* (ed. Basil., n. 404), [64] (f. 92ʳ) Nicolaus papa V Aeneae episc. senensi: *Ex litteris tuis quas proximis diebus accepimus et etiam ex avisamentis - die XXIV Ianuarii MCCCCLIIII. Pontificatus nostri anno VIII,* [65] (f. 93) Franciscus Ptholomeus Aeneae episc. senensi: *Superioribus diebus scripsi ad d. tuam epistolam unam cuius tenorem repetam - Ex senis die uicesima augusti MCCCCLIIII,* [66] (f. 94) Alfonsus rex Aragonum Aeneae episc. senensi: *Mittimus ad conuentionem per serenissimum et illustrissimum principem Federicum - Datum in castello nostro nouo Neapolis die octauo mensis Septembris MCCCCLIIII,* [67] (f. 94ʳ) Piccolomini Aeneas Sylvius Henrico Senftleben: *Gratae sunt mihi semper litterae tuae: quae de rebus italicis - Noua ciuitate Kal. Aprilis MCCCCLV,* [68] (f. 95ʳ) responsio data legatis Hungarorum nomine imperatoris per Aeneam episc. senensem die XIII Martii MCCCCLV in nova civitate...: *Si mihi, Reuerendissimi patres... tanta dicendi - satis fuerit esse locutum,* [69] (f. 105) Nicolao card. s. Petri: *Redditae sunt mihi per hos dies litterae tuae quibus - ex noua ciuitate. Die quinta maii MCCCCLV,* [70] (f. 105ᵛ) Iacobo treverensi arch.: *Vehementer affligor quia desiderio tuo ac meo nequeo facere satis - Ex noua ciuitate die XI Maii MCCCCLV,* [71] (f. 106) Henrico Senftleben: *Accepi ex tuis litteris Nicolaum pontificem grauiter egrotum - ex noua ciuitate. Die sexta decima Aprilis MCCCCLV,* [72] (f. 107) Bartholomaeo novariensi antistiti: *Ex tuis litteris sentio me esse in priori gratia apud te quod profecto maximi facio - Ex noua ciuitate Sextadecima aprilis MCCCCLV,* [73] (f. 107ᵛ) Petro de Noxeto: *Scio te consternatum esse - Ex noua ciuitate XVI Aprilis MCCCCLV,* [74] (f. 108) Nicolao aretino: *Benefecisti, Nicolae noster amantissime, qui res senenses - Ex noua ciuitate XVI Aprilis MCCCCLV,* [75] (f. 108ʳ) Stephano Catiae (in ms. *Cacciae*): *Amisisti papam neque me certiorem fecisti Maxime apud uos - Pridie Kal. maias MCCCCLV,* [76] (f. 109) Calisto III papae: *Sicut obitus sancte memorie Domini Nicolai papae quinti - Ex noua ciuitate Austriae Kal. iuniis,* [77] (f. 109ʳ) Ioanni varadiensis ecclesiae custodi epist. metrica: *Venisti latia madidus graecaque mi-*

1 (f. 1). Pii II, antea Piccolomini Aeneae Sylvii card., de vita et rebus gestis Friderici III (in ms. *austrialis historiae* libri I-VI). Lib. I inc. *Austria non ut plerique arbitrantur idcirco dicta est quod Bohemis atque Moranis* (!) *in Austrum protenta uideatur.* Des. *et Austria sanguis inuicem coniunctus fuit: matrimonia quae saepe inter has domos celebrata sunt. Nunc ad ipsos Austriales redeundum* (quia hoc opus varie, auctore ipso recensente, se habet initia ac fines omnium librorum dare operae pretium puto); lib. II (f. 60ᵛ) *de coniugio Federici tertii Romanorum imperatoris cum Leonora Portugaliae regis filia et de quibusdam*

Austriae novitatibus, inc. *Federici dum haec aguntur duplex animum cura tenebat: et Romanae coronae: et uxoris accipiendae*, des. *Cupidus et ipse quamuis Romae in anno iubileo fuisset: rursus italiam ingredi ac fraterne coronationis adesse solemnibus;* lib. III (f. 94) *de adventu Federici imper. in italiam pro suscipienda imperii corona*, inc. *Vt autem decretum est sequendum iter legati ad Nicolaum pontificem ire iubentur*, des. *sed de his alio loco a nobis est dictum et aliquando forsitan dicetur amplius;* lib. IV (f. 113ᵛ) *de adventu imperatricis Leonore in Italiam et de coronatione imperatoria Rome facta*, inc. *Cum Senis ista geruntur Leonora uti imperatrici par fuit magno procerum ac nobilium foeminarum comitatu Pisas uenit*, des. *quorum exitus sentient cum illi placuerit: qui suam uindictam quo magis differt eo grauiorem infligit;* lib. V (f. 154ʳ) *de reditu Federici imperatoris cum Leonora in Austriam et de quibusdam Austriae novitatibus*, inc. *Cum haec in Austria geruntur Albertus et ludouicus baioariae Duces: et cum his Albertus marchio brandeburgensis*, des. *Nam cum papa longiorem illi audientiam negaret. Quia plures essent audiendi cardinales. At cardinales inquit rex tecum o maxime pater semper habebis: me autem non semper habebis;* (f. 182ʳ) initium vel fragmenta libri VI incipiunt: *His apud Viennam gestis oratores ad Caesarem reuersi sunt. Hungari quoque domum repetiuerunt*, desinunt: *tamquam illo ex gubernatione regni deiecto sit locum eius occupaturus* (Aeneae Sylvii Historia rerum Friderici tertii cum specimine annotationum Boecleri, Argentorati 1685, p. 2, lin. 17 ab imo - 120). 2 (f. 183ʳ). Epistola ad Ioannem episc. varadiensem de conventu ratisponensi. Inc. *Ratisponense concilium quod imperatore Federico tertio superioribus diebus celebratum est.* Des. *Inimicitia* (!) *est nouitatum summa potestas spes mutationis enutrit miseros* (Mansi, Pii II P. M. orationes..., Lucae 1757, parte 3, p. 1-4, lin. 2 ab imo et Fraknói, epistolae ad Iohannem Vitez de Zredna, Budapestini 1878). Subnectitur uti liber VIII operis narratio de diaeta ratisponensi, quae inc. *Imperator cum dies conuentus appropinquasset* et des. *initia Ratispone habita prosequantur* (Mansi, l. cit., p. 4-84). 3 (f. 249). Historia de Europa sui temporis (in ms. *de rebus europeis liber VIIII*). Inc. *Quae sub Federico tertio eius nominis imperatore apud europeos.* Des. *moderator et arbiter esse uidetur* (opp., Basileae 1551, p. 387-471); praeit auctoris epistola Antonio card. ilerdensi (in ms. *ircerdensi*), quae inc. *Podagrantem me nuper et artheticis doloribus (ut soleo) laborantem librarius quidam theutonicus adiit* et des. *Ex urbe Roma IIII Kal. Aprilis MCCCCLVIII.*

F. 365ʳ. Friderici Veterani carmina *manu propria* ⟨in laudem Friderici ducis Urbini⟩. ¹ (ibid.) inc. *Delicias merito uolui dixisse Feretrum*, des. *Scripta manu: in luctum saepe redire cogar;* subnectitur (ibid.) *nota de morte Friderici ducis*, inc. *Obiit autem anno salutis 1482* ⟨10⟩ *Septembris. humatus in ecclesia*

s. Bernardini... immenso ac incredibili dolore meo et aliorum; [2] (f. 366) carmen *appositum in arca eiusdem ducis, Prosopopeia idest defunctus loquitur,* inc. *Integer ipse fui uiuens animoque fideque,* des. *Dicere ne pigeat dux Federice Vale:* [3] (ibid.) *vulgare Carmen tractum ex superiori Carmine latino,* inc. *Mentre chio uissi dintegra fede,* des. *O Duca Federico eterno vale.*

Codicem, cui in antiquo indice urbin. obtigit numerus 479, *Federicus Veteranus Vrbinas Illm̃o Duci Vrbini Federico Montefeltrio: Pacis ac belli autori inuictissimo et ab omnibus amatissimo Patri Patriae humanique generis deliciis transcripsit foeliciter,* uti docet subscriptio folii 365ᵛ; idem librarius (ibid.) notavit: *Carmina addita anno salutis 1522, nec mirerisqui legis sordidum lacrimis interlitum et lugubre carmen: quia sic conuenit in luctu et lacrimis pro caris defunctis uersari et lugubri ueste indui.* Tituli maiusculis rubris, litterae initiales maiores aureae coloribus, initiales maximae aureae lineis, coloribus ac floribus ornatae sunt. In f. IIIᵛ corona laurea pictis floribus et fructibus in media corona circulus minor, in quo titulus codicis litteris aureis. Folii 1 margines pictis floribus, avibus, lapidibus pretiosis insignibus, ac tessera gentilicia F⟨riderici⟩ D⟨ucis⟩ decorati sunt. Ff. I-IIIʳ, 366ᵛ-368 vacua.

In tegumenti dorso insignia Innocentii XI ac Fr. Laurentii Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

406 (olim 700). Saec. XV ex., membran., mm. 360×226, ff. II. 251.

Pii II, antea Piccolomini Aeneae Sylvii, bulla retractationis et de profectione contra Turcos, de contentione divini sanguinis, de adventu capitis s. Andreae, epistola Mahometi, de cosmographia; Campani Io. Ant. oratio in obitu Pii II; Piccolomini Ammannati Iac. card. papiensis epistola.

1. Pii II, antea Piccolomini Aeneae Sylvii, opera. [1] (f. 2). Bulla retractationis rectori et universitati scholae coloniensis (in ms. *tractatus de concilio Basilee*). Inc. *Pius episcopus... In minoribus agentes nondum sacris ordinibus initiati.* Des. *Datum rome apud Sanctum Petrum VI Kal. Maias 1463* (Bullarium romm. pont., Romae 1743, 3, parte 3, p. 100-105 et Fea, Pius II P. M. a calumniis vindicatus, Romae 1823, p. 148-164). [2] (f. 9). De contentione divini sanguinis inter Praedicatores et Minores coram se habita (in ms. *Tractatus de sanguine Christi... incipit disputatio fratrum ordinis minorum*). Inc. *Cogor de pretioso sanguine yhesu quod sentio dicere.* Des. *non possumus nisi iustam sanctamque prestolari* (Cugnoni, *Atti d. r. Accademia d. Lincei, serie III, vol. VIII, Memorie,* 1883, p. 615-652). [3] (f. 43ᵛ). Tractatus de adventu capitis s. Andreae. Inc. *Andreas apostolus yhesu christi beati petri germanus post passionem Domini.* Des. *donec locus idoneus apparari posset* (ex commentariorum Pii II lib. VIII, Francofurti 1614, p. 192-203, lin. 11 ab imo); praemittitur praefatio: *Si quae sunt memoriae commendanda ex his quae mea tempestate geruntur - Sed apostolo benignas aures accommodetis;* in fine autem operis adduntur verba: *non pro honore*

et decore tantummodo beati Andreae diuini apostoli uerum etiam pro gloria saluatoris Christi cui et potestas et imperium per infinita... [4] (f. 57). **Bulla de profectione in Turcos** et de praerogativis eiusdem passagii, seu epist. 412 (in ms. B... *in expeditione contra Turcum*). Inc. *Pius episcopus... Ezechielis prophetae magni sententia est. Venienti gladium.* Des. *et omnis terra te adoret et nomini tuo psallat in secula seculorum Amen* (opp. Basileae 1551, epist. 412; sed in fine adduntur vv. *Datum Romae apud sanctum petrum... et lecta per organum domini gori de piccollis ipsius sanctissimi domini nostri secretarii*). [5] (f. 67ᵛ). Epistola **Mahometi** principi Turcorum (in ms. *ad Teucrum*). Inc. *Pius episcopus... Scripturi ad te aliqua pro tua salute.* Des. *reuersus in cinerem totus moriere. Christus regnabit in eternum cui est honor...* (l. cit., epist. 396).

2 (f. 107). **Io. Ant. Campani** oratio in obitu Pii II. Inc. *Sunt fortasse uiri senenses in isto dignissimo consessu.* Des. *de se memoria sempiterna loquantur posteri* (Campani opp., Romae 1495, f. 99-104). Sequitur (f. 123) ⟨**Iacobi Piccolomini Ammannati** card. papiensis⟩ epistola Campano, inc. *Agere tu gratias deo debes*, des. *suam negligenter abire. Bene vale. Romae* (Piccolomini card. Papiensis epist., Mediolani 1505, f. 91-92ᵛ).

3 (f. 125). **Pii II**, antea **Piccolomini Aeneae Sylvii**, de mundo universo (in ms. *Cosmografia* (!) *Commentaria non finita*). Inc. *Mundi formam omnes fere.* Des. *percurrere decreuimus;* preeunte praefatione: *Quaecunque mortales agunt - et locorum historiam aggrediamur* (opp. Basileae 1551, p. 281-386; sed alia pauca adduntur in fine operis: *Nunc maioris asiae quando ea pars absoluta est... Inter quas idiam* (!) *primo loco ponemus orientem uersus quamuis Ptolomeus ultra indiam collocarit Synas*).

Codicem, quem in antiquo indice urbin. n. 480 signavi, eadem manu scriptum esse qua codices 400-405 eadem scriptura demonstrat; quare codex eodem exemplo transcriptus atque iisdem ornamentis decoratus est. In f. 1ᵛ circulus corona laurea ac floribus circumornatus, quem ambiunt septem circuli minores aurei, in quibus tituli operum. Folii 2 margines auro, coloribus, frondibus, fructibus, avibus, insignibus ac tessera gentilicia F⟨riderici⟩ D⟨ucis⟩ Urbini distincti sunt. Ff. I, II, 1ʳ, 107ʳ, 250, 251 vacua.

In tegumenti dorso insignia Innocentii XI ac Fr. Laurentii Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

407. Saec. XV, chart., mm. 329×229, ff. XXXVIII. 677.

F. 2. **Pii II**, antea **Piccolomini Aeneae Sylvii**, commentariorum ⟨rerum memorabilium quae suis temporibus contigerunt⟩ libri I-XIII. Lib. I inc. *Familia Piccolomineorum ex Roma in Senas translata.* Lib. XIII des. *et in mari nauibus tempestate illisis in quibus et Viri et Equi non pauci et preciosae suppellectiles perierunt*, praeposita praefatione (f. 1): *Si perit morte animus ut falso censuit*

Epicurus - ita demum boni Consule ut mentiendi nihil ignoscas (de editionibus horum commentariorum cf. Potthast, Biblioth. hist. medii aevi, ed. 2ª, 1, p. 20; et Lesca *Commentarii rerum memorabilium... di Pio II*, Pisa 1894). **Praeeunt** [1] (f. I) **Ioan. Ant. Campani de Pii II commentariis iudicium seu epistola** Iacobo Piccolomini Ammannati card. papiensi: *Percurri nuper commentarios Pii pontificis - immitari cupientibus* (Campani Ioan. Ant. opp. per Eucharium Silber, Romae 1495, f. 130-131ᵛ); [2] (f. IX-XXXVIII) Rubricae librorum XIII (in ms. *XII*), incipiunt: *Origo Piccolomineae domus*, desinunt: *Conspiratio in Tergestanos infoeliciter tentata a Lusitanis*, sed folium XXIV est album inest enim lacuna in rubricis quae abrumpuntur capite: *Regnicularum inconstantia et perfidia* et resumuntur capite: *sabellus spoliatus suis oppidis*.

Codex, in duo volumina dispertitur, quorum prius continet in f. I–331 sex priores libros, posterius in ff. 332–677 reliquos libros. Littera currenti scriptus nullis ornamentis lemmata exhibet in marginibus eiusdem librarii manu. Ff. VIII, XXXVIIIᵛ, 676ᵛ, 677 vacua.

In tegumentorum dorsis tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

408. Saec. XVI ex., chart., mm. 328×233, ff. III. 146 (+ f. 131ª librarii neglegentia transacto).

Ioannis Petri Ferretti Lavellinatum episcopi de ravennati exarchatu regibusque in Italia, Gothorum, Exarchorum ac Longobardorum principatu libri I-VII. Lib. I inc. *Irrumpentibus in romanas provintias primum Wissegothis qui occidentales Gothi fuere, ex ea Cyanearum parte que occasum spectat remotissimis a solo italico gentibus*. Lib. VII des. *perbeata saeculi seueritate florentes in omnem temporum fortunam uera insignisque* (!) *pietate praeluxere*. Τέλώς (!); praeit (f. IIIʳ) dedicationis epistola **Exuperantii Ferretti** ⟨auctoris nepotis⟩ Iulio Feltrio de Ruvere cardinali... Ravennatum archiepiscopo designato: *Ex Italiae Principum numero cui potissimum libellum hunc - meque in tuorum numero dignum iudicare*. Sequuntur [1] (f. 132) *Elenchus sive index eorum quae inter alia praecipue in praemissis libris congeruntur paginarum numero adiecto*, inc. elementorum ordine: *Aemylia maior Exarchatus pars ch. 74*, des. *Zeno Constantinopolitanus Imperator quo tempore regnare incoeperit ch. 3;* [2] (f. 145) *autorum qui adducuntur nomina quorum testimoniis toto hoc opere nitimur: Sacri. Hieronymus, Gregorius... Ethnici: Plato... Q. Serenus, Cornelius Celsus* (de auctore huius operis cf. Ughelli, Italia sacra, 7, col. 743).

Codex littera currenti scriptus nullis ornamentis distinguitur. In f. I titulus litteris maiusculis nigris; in folio IIʳ antiquioris tegumenti dorsum chartae adglutinatum, in quo libri titulus. Ff. Iᵛ, IIᵛ, IIIᵛ, 131ᵛ, 131ª, 146ᵛ vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX atque A. Tosti card. bibliothecarii.

409. Saec. XVI et XVII, chart., mm. 314×217, ff. 139 (+ f. 89ᵃ librarii neglegentia transacto).

Historica ac theologica varia.

1 (f. 1). Eisengrein Martini beata virgo veteris Oetingae, hoc est de antiquissimo pioque sacello b. virginis Mariae deque ducali sanctorum Philippi et Iacobi veteris Oetingae collegiata ecclesia... de miraculis... et quomodo Bavari ad Christum... conversi fuerint... per Martinum Eysengrein praepositum veteris Oetingae et almae universitatis Ingolstadiensis vicecancellarium. Iterum opus renovatum auctum et correctum. Ingolstadii Anno MDLXXXI. Primum caput (f. 8) inc. *Legitur in antiquis probabilibus historiis, quod post diluuium Tuisco siue uulgari germanico Theomald* - Cap. XIV des. *nullus hominum mendacio arguet; finis;* praeeunt [1] (f. 2) epistola *Nobilibus sapientibus discretis et prudentibus... Burgimagistris... consiliariis primariis ciuitatum Burkausen... Martinus Eisengrein salutem... Certum est (uti propheta Rex David scribit) pulchrum et bonum esse fratres unanimiter uiuere. Nam quemadmodum anima hominis - Datum Ingolstadii in festo trium Regum Anno MDLXXI;* [2] (f. 7) summae et argumenta capitum I-XV, primum caput agit *de primis regibus principibus et dominis qui fines regni prope Oetingam et Bauariam in regimine occuparunt* - Cap. XV: *De aliis multis et frequentissimis miraculis... in antiquissima et... Capella Veteris Oetingae* (saepe editum, cf. *Kirchenlexikon*, Freiburg in Breisgau, 4, col. 342, sed nullum exemplar impressum ad manus habere potui).

2 (f. 41). *Breve Informatione Iunio 1610.* ⟨Relatio ad regem Hispaniae de confraternitate s. Mariae septem dolorum quae Tononae prope Genevam instituta fuit ad defendendam fidem et ad parandas expeditiones contra turcos⟩. Inc. *Come l'antica deuotione della potentissima et cattolica casa d'Austria e stata sempre nostra Signora di compassione o sette dolori.* Des. cum responsione sive vivae vocis oraculo Clementis VIII de hac re, vv. *Già presentata alla Sua Congregazione Gia* (Generalizia?) *ordinaria in Roma.*

3 (f. 46). *Ordine di Sua Maestà cattolica* ⟨sc. responsio regis Hispaniae⟩. Inc. *Que por agora no ay disposicion para yntentar Tomada en Leuante.* Des. *En Lerma a 23 de Iunio 1610. Endres de Prada.*

4 (f. 47). Decreto del Reverendo Padre Claudio Acquaviva generale della Compagnia di Iesus contro la pernitiosa Dottrina d'attentar contra le sacrate persone degli Re. In Parigi appresso Claudio Chappellet, strada st. Jacques alle Lioncorno MDCXIIII. Con permissione. Inc. *Perchè non è cosa sufficiente.* Des. *Con priuilegio del Re* (e folio impresso transscriptum).

5 (f. 48). Decreto o Arresto della Corte de Parlamento Dato Il Ving-

tesei et esseguitato il vingtesette de Iunio 1614 Contra al libro stampato in Colonia l'anno presente. Intitolato Francisci Suarez granatensis e societate Iesu... Defensio fidei catholicae adversus Anglicanae sectae errores .. Ritratto di Registri di Parlamento. Inc. *Veduto per la corte, Le grande Camere Tournelle et Cammere de L'editto.* Des. *nanzi le grande scale del Palazzo Il vingtesette d. Iugnio 1614* (e libello impresso transscriptum).

6 (f. 50). Othonis marchionis brandeburgensis approbatio confirmationis donationum... quae fuerant factae a Rodulpho I rege romanorum Nicolao papae III. Inc. *Otto dei gratia marchio brandeburgensis uniuersis presentem paginam inspecturis complectens ab olim sibi romanam matrem ecclesiam... quicquid per dominum nostrum rodulphum... domino Nicolao papae tertio eiusque successoribus... in omnibus ac per omnia approbamus.* Des. *Regnante praedicto domino nostro dño Rodulpho rege glorioso regni eius anno sexto* (cf. Theiner, Codex diplomaticus dominii temporalis s. Sedis, Romae 1861, 1, p. 248).

7 (f. 51). *Copia de una carta que escrivio el padre fray Luy de Granada a la duquesa de Alua sobre la muerte del duga de Alua su marido.* Inc. *Exma Senora La Graçia y consolaçion del espiritu santo sia siempre con Vra Exa losque conoçimos aes te Principe que nuestro Señor saco deste destierro.* Des. *De Lisboa primero henero de 1582 anos. Fray Luis de Granada* et infra alia manu: *Lettera di fra Luigi di Granata nella morte del duca d'Alua.*

8 (f. 53). Francisci Poço prioris conventus s. Mariae de Carmelo in insula Maiorica relatio ad Hispaniarum regem de rebus mirabilibus puellae cuiusdam sanctimonialis Leonorae Ortiz. Inc. *El maestro Fray Francesco Poço priore del conuento de nostra Senora del carmen de Mallorca dice que al birrey y obispo y Iurados dea quella ysla.* Des. *conseruacion de su Real Cassa Reynos y estados* In f. 53^a: *Memoriale dato a sua Maestà sopra la Beata di Maiorica.*

9 (f. 54). *Relatione della Santità del B. Carlo Borromeo* ⟨epistola familiaris cuiusdam s. Caroli Borromei ad Fridericum card. Borromeum⟩. Inc. *Illño e Revño Signor mio in Cristo Colendissimo. Hebbi una lettera da Mons. Aurelio Grattarola data de XVII Settembre prossimo passato stando in Piacenza, donde douendo presto partire per Venetia.* Des. *simili meriti in terra et ugual trionfo in Cielo* (respicit quatuor posteriores annos vitae s. Caroli, sed nihil novi ut videtur continet).

10 (f. 66). ⟨Bartholomaei Brancaleone ordinis s. Sepulchri (?) e castro durantino relatio itineris in Hierusalem anno 1594, cf. f. 88⟩. Inc. *Havendo io molti e molti anni desiderato di uisitare il santissimo sepolcro, e tutti gli altri luoghi santi di Hierusalem.* Des. *et in mezo v'era scritto Mearolus Novariensis 3. febr.* Post folia octo vacua notula: *A di 26 Febr. 1598 Dato così dal S^r Conte Brancaleone* ⟨idest in manuscripto valde deformato⟩. In f. sequenti: *Relazione di*

Gierusalemme e di quel viaggio; inferius alia manu posteriore: *Di Bartolomeo B. da Casteldurante vedi un foglio separato più picciolo e ripiegato* (sed nunc hoc chartae frustulum non invenitur).

11 (f. 90). *Malorum politicorum quae ex haeresibus apud Germanos sunt conconsecuta Catalogus.* Inc. *Quod ad mores in genere attinet oppressa est omnis doctrina de poenitentia et operibus bonis. Vnde necesse est uitia et malos mores in dies augeri.* Des. *Multum tribuunt astrologiae iudiciariae... Lutherani quas et publice alicubi docent.*

12 (f. 102). ⟨Io. Bonomi nuntii pontificii an. 1583 relatio scripta Offenburgii XI Kal. Aprilis itineris austriaci card. Andreae legati pontificii e Germania in Alsatiam atque insidiarum Casimiri comitis palatini eius fratris⟩. Inc. *Idibus Martii secundum nouum Calendarium hora circiter decima Spiram incolumes dei gratia pervenimus.* Des. *Ab utriusque fratris manibus incolumes erepti simus* (cf. Bezold, *Briefe Io. Casimir*, Münch 1884, 2, p. 78 et 91).

13 (f. 105). *Relazione del Conclave nel quale fu eletto Papa Gregorio XV. A 9 di Febraro 1621.* Inc. *Era camminata la vita di Paolo V per tutto l'anno quintodecimo del suo pontificato con sì perpetuo corso di salute e di prosperità c'haueua rendute uane non solo le speranze.* Des. *per tre continue notti sequenti.*

Singuli libelli huius codicis singulis manibus ac littera currenti scripti sunt. Multa folia vacua.

Tegumentum ex pergamena alba codicis fere aequali.

410 (olim 285). Saec. XV, mm., 310×217, ff. I. 208.

F. 7. **Xenophontis** Cyropoediae libri I-VIII Francisco Philelpho interprete. Lib. I inc. *Cum olim cogitaremus Quot populi dominatus per illos soluti sunt.* Lib. VIII des. *si eorum opera consideret ea inueniet testimonio suo uerba mea confirmare;* deinde clausula scribae manu litteris rubris: *Huic autem Cyri Paediae. Idem Franciscus Philelphus... imposuit manum Mediolani ad XI Kal. oct. Millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo Franciscus Tolentinas;* praeit interpretis praefatio seu epistola ad Paulum II pont. max.: *Dum mihi multumque cupienti aliquid ad te scribere - iam Xenophon ipse grandius tum suauius personet* (Romae, impensa magistri Arnoldi de Villa, 1474).

Codex n. 369 in antiquo indice urbin. signatus titulos exhibet litteris rubris maiusculis, initiales maximas aureas incurvis lineis et coloribus ornatas. Folium 1r totum intextis ad artem lineis et coloribus decoratum est; in parte superiore perita manu italica picta est Friderici urbinatis equestris imago ante thronum Cyri regis qui ad eum alloquitur; in parte inferiore tessera gentilicia FR⟨iderici⟩ CO⟨mitis⟩ UR⟨bini⟩ Ff. I, 207v, 208 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

411 (olim 649, cf. f. 2). Saec. XV, membran., mm. 324×201, f. II. 112.

Messallae Corvini de progenie Aug. Caesaris; **Aurelii Victoris** epitome; **Pompei Trogi** prologi; **Sexti Rufi** rerum gestarum pop. rom.; **Dati Leonardi** C. Vibennae gesta Porsenae regis Hetruscorum; **Sallustii** epistolae et orationes; **Pseudo-Sallustii** epistolae.

1 (f. 2). Messalae Corvini ⟨?⟩ ⟨de progenie Augusti Caesaris⟩ (in ms. *opuscula de gestis romanorum ab urbe condita usque ad augusti tempora*) (ed. in appendice ad Eutropii breviarium, Oxonii 1703).

2 (f. 14^v). Aurelii Victoris epitome (in ms. *De vita et moribus Imperatorum rom. libellus excerptus ex libris Sexti Aurelii Victoris a Caesare Aug. imp. usque ad Aug. Theodosium imperatorem*).

3 (f. 45^v). ⟨Pompei Trogi prologi historiarum philippicarum⟩ (Trogi opp., Lipsiae 1886, p. 251-264).

4 (f. 54^v). Sexti Rufi rerum gestarum populi romani ad Valentinianum aug. caesarem.

5 (f. 68^v). ⟨Leonardi Dati⟩ *C. Vibennae ad Achillem Trecchum Gesta Porsene regis Etruscorum Clusinorum.* Inc. *Grauis aetas mea nostraeque reipublicae labores dudum me retardarunt quominus ut decebat tuae uoluntati.* Des. *Tunc demum uulgatis Berardinorum ceptis et nece Vgonis* (cf. Flamini, *Leonardo di Pietro Dati* in *Giornale st. d. Letteratura it.*, vol. XVI, 1889, p. 25); praeeunt [1] (f. 66^v) ⟨Leonardi Dati nuncupatio operis Ioanni Cosmae de Medicis filio⟩ quae inc. *Nulla neque tui oblivione contempta factum esse existimes uelim, Ioannes uir clarissime atque praestantissime, nec non et amicorum omnium* et des. *Ex monte politico nec non ex suburbanis nostris pridie Kal. octobris MCCCCLXXV;* [2] (f. 67) eiusdem epistola ad Pium II pont. max., quae inc. *Cum nuper montem politicum animi gratia petiissem* et des. *incredibili benignitate non aspernaberis* (hanc epist. edidit L. Mehus in Leonardi Dathi vita a Salvino Salvinio, Florentiae 1743, p. LXIII-LXV).

6 (f. 89). ⟨C. Sallustii Crispi orationes et epistolae ab eiusdem historiis desumptae⟩ (ed. Eussner, Lipsiae 1889).

7 (f. 100^v). ⟨Incerti auctoris epistolae I-II ad C. Caesarem de republica ordinanda Sallustio falso adscriptae⟩ (Sallustii opp., ed. Cortii, Venetiis 1737, 2, p. 865-892).

F. II^r. *Institutio Garterii ordinis ex annalibus anglicis Dñi Polydori Vergilii Vrbinatis Anglia demorantis excerpta:* inc. *Eduardus rex Instituit ordinem seu collegium Garterii,* des. *Demonstratus sit quam male cogitat. Federicus Feretranus Vrbini Dux gloriosissimus.*

Codex, qui convenit n. 380 antiqui indicis urbin., titulos praefert, ubi non desunt, litteris maiusculis rubris, litteras initiales maiores aureas coloribus, maximas aureas incurvis lineis et coloribus praestantes. In f. 1ᵛ solitus circulus auro floribusque decoratus, cui circumpicti sunt sex circuli minores cum operum titulis. Folii 2 margines eleganti manu decorati intextis lineis, coloribus ac tessera gentilicia F⟨riderici⟩ Urbini D⟨ucis⟩ cum taenia a duobus geniis sustentata; infra tesseram angelus sedens cum cytara. In duobus circulis partis inferioris canis et lepus elegantissime picti sunt. In f. IIIᵛ subscriptio: *Manu Federici Urbinatis Imperante Federico Urbinatium magnanimo Duce semper inuicto, cunctarum uirtutum alumno; fide, pietate, constantia, liberalitate, mansuetudine, affabilitate, clementia nemini secundo ac patre patriae iure optimo cunctis saeculis nominando.* Fl. I, IIᵛ, 1ʳ, 112 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VIII ac Fr. Laur. Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

412 (olim 655). Saec. XV, membran., mm. 317×219, ff. I. 215.

1 (f. 2). **Cornelii Taciti** ⟨annalium libri XI-XVI⟩ (in ms.... *T. historiografi fragmentum libri XI*). 2 (f. 89). Historiarum libri I-IV priores (in ms. *libri XVII-XXI*) usque ad vv. *ne temeraretur opus* (ed. Halm, Lipsiae 1877, 53, lin. 20). 3 (f. 204). Germania (in ms. *de situ Germaniae*).

Huic codici lacunoso, qui in antiquo indice urbin. n. 371 signatur, tituli sunt maiusculis rubris, litterae initiales maximae aureae lineis et coloribus ornatae. In f. 1ᵛ templi frons, in parte superiore sigla *yhs*, in media autem titulus codicis. F. 2, manu haud perita floribus atque avibus ornatum, praefert in margine inferiore tesseram gentiliciam Friderici Urbini Ducis posterius additam. Ff. I, 1ʳ, 202, 203, 215 vacua.

In tegumenti dorso insignia Innocentii XI ac Fr. Laurentii Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

413 (olim 908). Chart., mm. 205×160, ff. I. 33.

Tasso Torquati *Il Gierusalemme... All'Illustrissimo et Eccellentissimo Signore Il Signore Gvido Vbaldo Feltrio Della Rovere Dvca di Vrbino. Libro primo.* Inc. *L'Armi pietose io canto e l'alta impresa.* Des. *La noia. e 'l mal de la passata uia;* praeit auctoris prologus: *Pietro heremita ritornando da Gierusalemme, oue hauea ueduto i Christiani - Onde il principio dell'opera si prende* (Solerti, *Poemi minori di Torquato Tasso*, Bologna 1891, 2, p. 385-514; opus putatur conatus atque adumbratio poematis *la Gerusalemme liberata*, argumentum autem trium priorum librorum huius poematis comprehendit).

Codex littera currenti manu ipsius Torquati Tasso exscriptus nonnullas emendationes hic illic praefert. De hoc codice locutus est Solerti, l. cit., p. 379-383. F. I, 32, 33 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Benedicti XIV ac Dominici Passionei card. bibliothecarii.

414 (olim 667). Saec. XV, membran., mm. 332×213, ff. I. 204.

Vitae diversorum principum ac tyrannorum a divo Hadriano usque ad Numerianum a diversis compositae.

1. Aelii Spartiani [1] (f. 2) de vita Hadriani (in ms.... *et moribus H... imperatoris enarratio*). [2] (f. 12). Vita Helii (in ms. *H... Ceionii Veri Commodi*).

2. Iulii Capitolini [1] (f. 14) de vita Antonini Pii. [2] (f. 19). ⟨Vita⟩ M. Antonini philosophi. [3] (f. 29ʳ). Vita Veri (in ms.... *ad Diocletianum augustum*).

3 (f. 33ᵛ). Aelii Spartiani (in ms.... *Spartani*) vita Didii Iuliani.

4 (f. 36ʳ). Aelii ⟨Lampridii⟩ vita Antonini Commodi (in ms.... *ad Diocletianum*).

5 (f. 42ʳ). Iulii Capitolini (in ms. *Aelii Spartiani*) vita Pertinacis.

6 (f. 47ʳ). Vulcacii Gallicani (in ms. *eiusdem Aelii Spartiani*, et in subscriptione *Vulcani Gallicani*) vita Avidii Cassii.

7. Aelii Spartiani [1] (f. 52) vita Severi. [2] (f. 60ʳ). Vita Pescennii Nigri. [3] (f. 64ᵛ). Vita Antonini Caracallae. [4] (f. 68) Vita Antonini Getae.

8. Aelii Lampridii (in ms. *Aelii Spartiani*) [1] (f. 71ʳ) vita Antonini Heliogabali. [2] (f. 81ʳ). Vita Diadumeni Antonini (in ms. *vita Diadumeni Antonini eiusdem Heli Spartiani*)...

9. Iulii Capitolini (in ms. *eiusdem Helii Spartiani*) [1] (f. 84ʳ) vita Opilii Macrini. [2] (f. 89ʳ). Vita Clodii Albini.

10 (f. 94ʳ). Aelii Lampridii (in ms.... *Spartiani*) vita Alexandri Severi.

11. Iulii Capitolini [1] (f. 114). Maximini duo (in ms.... *et eorum vita ad Constantinum Augustum*). [2] (f. 124). Gordiani tres. [3] (f. 134ʳ). Vita Maximi ⟨et Balbini⟩. [4] (f. 140ʳ). Sequitur scholium de omissis vitis duorum Deciorum. Volusiani Galli, eius filii, atque Aemiliani Mauri: *Hic ab his hijstoriographis obmittuntur duo decii - obscurius imperavit siquidem maurus fuerat ac tertio mense periit* (Peter, Scriptores hist. Augustae, Lipsiae 1884, p. XXII-XXIII).

12. Trebellii Pollionis [1] (f. 141) Valeriani duo (in ms. *V... duo Iulius Capitolinus*). Inc. ordine turbato: *Valerianus inter haec in retia existens* (cf. l. cit., p. XXX). [2] (f. 143). Gallieni duo (in ms. *eiusdem...*). [3] (f. 149). Vita Salonini Gallieni. [4] (f. 150ʳ). Vita triginta tyrannorum. [5] (f. 162). Vita Claudii (in ms.... *ad Constantinum Trebellii Pollionis*).

13. Flavii Vopisci syracusii [1] (f. 168) vita divi Aureliani. [2] (f. 182). Vita Taciti. [3] (f. 187ʳ). Vita Probi. [4] (f. 194ᵛ). Vitae Firmi, Saturnini, Proculi et Bonosi. [5] (f. 198ʳ). Vitae Cari, Carini ac Numeriani.

Codex, qui convenit n. 373 antiqui indicis urbin., titulos praefert litteris maiusculis rubris, litteras initiales maximas aureas floribus ornatas. In f. 1ᵛ index vitarum manu

saec. XVI. In f. 1ᵛ circulus auro et floribus decoratus, in medio circulo titulus operis. Folii 2 margines auro picti cum floribus, avibus, geniis, personis ac tessera gentilicia minore Friderici urbinatis ducis. Vide de hoc codice iudicium apud Peter, l. cit., p. XXVIIII. Ff. Iʳ, 1ʳ, 203ᵛ, 204 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et Io. Bapt. Pitra card. bibliothecarii.

415. Saec. XV, membran., mm. 330 × 225, ff. III. 176.

Arriani de rebus gestis Alexandri magni Bartholomaeo Faccio interprete; **Curli Iacobi** genuensis epistola.

1 (f. 1). Arriani de rebus gestis Alexandri magni Bartholomaeo Faccio interprete libri I-VIII. Lib. I inc. *Ex omnibus Alexandri rerum scriptoribus quae Ptholomeus Lagi et Aristobolus Aristoboli de rege ipso consentientes memoriae prodiderunt utpote uerissima litteris mandaui.* Lib. VIII des. *Alexandrum philippi referantur;* praeit interpretis praefatio ad Alfonsum regem Aragonum: *Multi, Alfonse rex gloriosissime, Alexandri macedonis rerum scriptores fuere - nunc etiam tuo hortatu latinus factus est* (Arriani nicomediensis de rebus gestis Alexandri Magni, Lugduni 1552).

2 (f. 175ᵛ). Iacobi Curli genuensis epistola Arnaldo Fenoledae (in ms. *Senolede*) equiti hispano de emendata a se Faccii versione. Inc. *Bartholomeus faccius conterraneus meus et familiaris tuus ut nosti his temporibus nostris claruit apud diuum Alfonsum regem nostrum.* Des. *cui omnia me debere profiteor aliqua ex parte satisfecero* (l. cit., p. 6-8).

Codex convenit n. 402 antiqui indicis urbin. Tituli desunt, primo excepto qui litteris maiusculis aureis et caeruleis est transscriptus; litterae initiales maximae aureae lineis et coloribus ornatae sunt. In marginibus nonnulla notatione digna signata sunt manu Friderici Veterani urbinatis bibliothecarii. In f. 1ᵛ et IIIᵛ duae coronae laureae in quibus tituli operum. Folii 1 margines ornatissimi sunt aedificii fronte, in qua inter globulos aureos et colores splendent flores, aves, instrumenta musica, genii, insignia ac tessera gentilicia Aragoniae gentis. In margine superiore in duobus circulis manu italica egregie picta sunt capita Alfonsi regis et Bartholomaei Faccii. In prima littera initiali alia ut videtur manu italica, Alexandri magni caput galeatum. F. Iʳ vacuum.

In tegumenti dorso insignia Clementis XIV.

416 (alias vat. 1873). Saec. XV, membran., mm. 342 × 235, ff. II. 223.

Ammiani Marcellini rerum gestarum libri XIIII-XXXI.

Codex, qui convenit n. 372 antiqui indicis urbin., titulos exhibet maiusculis rubris, litteras initiales maximas aureas floribus ornatas. In f. 1ᵛ circulus corona laurea ac floribus decoratus, in medio circulo titulus operis. Folii 2 margines conspicui floribus, insigni ac tesseris gentiliciis F⟨riderici⟩ Urbini D⟨ucis⟩; in prima littera initiali alterum insigne Friderici ducis. Codex hic illic lacunosus praefert etiam in f. II numerum *Vat. 1873,* postea erasum, quia, cuiusnam errore nescio, aliquandiu cum vaticano codice

eiusdem numeri fuit confusus. Mentionem fecit huius codicis Gardthausen in praefatione ad Ammiani Marcellini editionem, Lipsiae 1874, p. XVII. Ff. I, II, 1^{r}, 219-223 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Innocentii XI ac Fr. Laur. Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

417 (olim 1015). Saec. XV in., membran., mm. 350×235, ff. 124.

⟨**Valerii Maximi** dictorum factorumque memorabilium ad Tiberium Caesarem libri I-IX Andrea Lancia (?) interprete⟩ (in ms. *Valerio Maximo de facti e decti memorabili;* Bologna Zanichelli 1867; de interprete autem cf. Bencini in ephemeride *Etruria* 1851, p. 148). 2 (f. 121). *Questi sono i nomi degli uficiali li quali antichamente fuoro in Roma.* Inc. *Primeramente uebbe Re i quali durarono infino al tempo de consoli.* Des. *E chiamansi coloni di Roma* (Marcucci, *Etruria,* l. cit., p. 421).

Codex, qui convenit n. 382 antiqui indicis urbin., titulos praefert minusculis rubris, litteras initiales maiores caeruleas ac rubras alternas lineis artificiosis ornatas. Litterae initiales maximae desunt, spatiis ad eas excipiendas relictis. In f. 122 in IX libros Valerii Maximi rubrica capitum quae etiam singulis libris praeponuntur. In f. 123 iuvenis imago egregie calamo italico delineata, in nimbo inscriptio: *Venantius martir et beatus.* In f. 124^{v} alia manu versus quatuor: *Roma vetus veteres - debilitata ruis*, quos edidit de Nolhac, *La bibliothèque de Fulvio Orsini,* Paris 1887, p. 206; infra: *Me mea merentem faciunt mala plura merentem;* inferius: *Exerce studium quamvis perceperis artem.* Parti dexterae versus Dantis Alighieri Purg. IV, 88-90. Ff. 120^{v}, 123^{v}, 124^{r} et sex folia chart. ad muniendum codicem addita vacua sunt.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VIII ac Fr. Laurentii Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

418. An. 1415 (cf. f. 124), membran., mm. 355×255, ff. 125.

F. 15. **Valerii Maximi** factorum et dictorum memorabilium ad Tiberium Caesarem libri I-IX; praeit f. 1 ⟨index rerum et verborum litterarum ordine⟩ (in ms. *Tabula super Valerium Maximum*). Inc. *Aterius rufus manu retiarii se confodi per somnium.* Des. *Zalenchus* (!) *locrensis... filio alium fecit erui. De Iusticia. c. Nich. l. VI. Explicit hoc parvum opus. deo gratias Amen.*

Codicem, qui convenit n. 381 antiqui indicis urbin., binis columnis *Mar*⟨cus⟩ *cre. S*⟨cripsit⟩ *1415*, uti constat ex subscriptione folii 124. Tituli minusculis rubris, litterae initiales caeruleae ac rubrae alternae lineis ornatae, initiales maiores aureae venusta varietate auro et coloribus pictae, initiales ante novem libros manu italica imaginibus distinctae, quae priorum capitum argumenta quodammodo demonstrant. Folii 15 margines egregie auro, floribus, avibus decorati; in parte inferiore tentorium cum duobus geniis et muliere sub fastigio, inferius addita est tessera gentilicia Friderici Urbini ducis. In prima initiali Valerii Maximi imago ad tabulam scriptoriam. Ff. 14, 125 et duo chartacea ad muniendum codicem addita vacua sunt.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. X. de Zelada card. bibliothecarii.

419 (olim 666). Saec. XV, membran., mm. 363 × 231, ff. I. 163.

Appiani alexandrini opera P. Candido Decembrio interprete. **1** (f. 2). Romanarum historiarum praefatio (in ms. *descriptio orbis terrarum*). Inc. *Romanorum historiam scribere adorsus necessarium mihi in primis*. Des. *et de his a me conscriptum est* (Valerii Maximi opp., Venetiis per Bernardum Pictorem et Erhardum Ratdolt una cum Petro Loslein de Langencen correctore ac socio 1477, 2, f. a3-a6); praeit (f. 1) P. Candidi ⟨Decembrii⟩ in libris Appiani alexandrini ad Nicolaum V pont. max. praefatio: *Appiani Alexandrini historiam seu ueterum incuria - beatitudini et felicitati tuae acceptum referemus* (l. cit., f. a2-a2^{v}). **2** (f. 6^{v}). Romanae historiae libri I-VIII, seu de rebus libycis (in ms. *P. Candidi de bello libyco liber inc. ex Appiano traductus in latinum...*). Inc. *Cartaginem in Libya Phenices condiderunt*. Des. *duobus et centum elapsis annis* (l. cit., f. a7-e9); **3** (f. 59^{v}). De rebus syriacis. Inc. *Antiochus Seleuci Antiochi filius*. Des. *in aliena a nobis historia perscripsimus* (l. cit., f. e10-h3). **4** (f. 86^{v}). ⟨De bello parthico⟩. Inc. *Post Pompeium et deinceps ab eo*. Des. *ad ciuile bellum conuertit animum* (l. cit., f. h3^{v}-i10^{v}). **5** (f. 107^{v}). Mitridaticus. Inc. *Romani igitur Bithinios et capadoces*. Des. *quod interius est nondum illis cessit* (l. cit., f. k-o10).

Codex, qui convenit n. 400 antiqui indicis urbinatis, exscriptus est *Manu Friderici Veterani urbinatis pro Illm̃o ac Diuino Duce Federico Feretrano*, uti habemus in subscriptione folii 161, ubi idem librarius adiecit: *Scriptum Eugubii in eius munificentissima curia, fuitque hoc uolumen in ordine scribendi primum: et post hoc multa quoque exaraui bona cum gratia optimaque mercede Illm̃i eiusdem Ducis* et infra: *Cuius post obitum uitam mihi acerbam putaui, quo cum interiisse satius erat: cum omnis spes omneque refugium meum interiisse cognoui et expertus sum.* In imo demum margine nunc exciso *XXII Feb. hora II.* Tituli maiusculis rubris, initiales maximae aureae intextis ad artem lineis et coloribus ornatae sunt. Folii 1 quatuor margines ambitiose sed ineleganter ab eodem Veterano (cf. subscriptionem in imo margine folii 1 codicis 420) picti auro una cum intextis lineis, avibus, insignibus, ac tesseris gentiliciis Friderici Urbini comitis. In litt. initiali A imago Petri Candidi Decembrii, hinc inde in marginibus imagines clypeatae duorum militum ductorum capitibus laureatis. Ff. I, 25^{v}, 161^{v}-163 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII ac Io. Bapt. Pitra card. bibliothecarii.

420 (olim 665). Saec. XV, membran., mm. 387 × 235, ff. II. 290.

1 (f. 3^{v}). **Appiani** alexandrini de bellis civilibus libri I-V, P. Candido Decembrio interprete. Lib. I inc. *Senatus populusque romanus mutuis sepenumero contentionibus*. Lib. V des. *easque Macedoniae illis finitimae subicere* (Valerii Maximi opp., Venetiis per Bernardum Pictorem et Erhardum Ratdolt una cum Petro Loslein de Langencen correctore ac socio, 1477, 1, f. a4-u10); praeeunt

[1] (f. 1) interpretis epist. dedicationis ad Alfonsum Aragoniae utriusque Siciliae regem: *Parthorum regem ut ab Anneo accepimus - quia romanis prodiere referemus* (l. cit., f. a 2-a 2ᵛ); [2] (f. 2) argumenta, incipiunt: *Libro primo bellorum ciuilium haec continentur,* desinunt: *Libro septimo breuis explicatio celtici belli usque in finem continetur* (l. cit., f. a 3-a 3ᵛ). **2** (f. 275). **De rebus illyricis** ⟨eodem interprete⟩. Inc. *Illyrios Graeci eos existimant.* Des. *Tiberium uero sub monarchia illos recepisse* (l. cit., f. x-x 9). **3** (f. 287). **De Celtis** ⟨eodem interprete⟩ fragmenta. Incipiunt: *Celte primi Romanis insurrexisse.* Desinunt: *Britanniam insulam ingressus est* (l. cit., f. x 9-x 10). Clauduntur subscriptione librarii manu: *Liber iste imperfectus est nec ulterius quicquam ex eo inuentum est in codicibus graecis.*

Codex, qui convenit n. 399 antiqui indicis urbin., scriptus atque ornatus est *Manu mei Federici Veterani Urbinatis qui hunc scripsi et hoc minio decoraui dum adhuc adolescens essem,* uti habemus in margine folii 1. Idem librarius in f. 288ᵛ iterum: *Et ego Federicus Veteranus Vrbinas cum adhuc adolescens essem imperante Federico duce scripsi sed heu spes omnis mea periit illo decedente.* Tesseris gentiliciis in f. 1 nomen additur C⟨omes⟩ F⟨ridericus⟩. Ff. I, II, 289, 290 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

421 (olim 607). Saec. XV, membran., mm. 375 × 264, ff. III. 78.

Eusebii Pamphili chronicorum liber II interprete et ampliatore s. Hieronymo cum additionibus s. Prosperi.

1 (f. 7ᵛ) **Eusebii chronicon, liber II interprete s. Hieronymo** (M. 27, 269-498); praeeunt [1] (f. 1) **adiuratio** (M. l. cit., 235-236); [2] (ibid.) **s. Hieronymi praefatio** (M. l. cit., 223-226); [3] (f. 2) **Eusebii prooemium** (M. l. cit., 225-235); [4] (f. 3ᵛ) *interpretatio s. Hieronymi* (!) *de nominibus gentium,* inc. *Et facti sunt omnes die Noe - quae uocatur hiena* (!) (Eusebii de temporibus, Mediolani Philippo Lavania 1475, f. 6-7, lin. 2); [5] (f. 4ᵛ) *exordium libri: Incipiunt tempora de arca* (Vallarsi, s. Hier. opp., Veronae 1740, 8, col. 33-48); in ms. deest regum diversarum gentium series.

2 (f. 70ᵛ). **S. Hieronymi chronicon** usque ad vv. *sepultura quoque caruit* (M. l. cit., 497-507, lin. 16 ab imo).

3 (f. 72ᵛ). **S. Prosperi chronicorum pars II** usque ad vv. *Valentiniano VI et Nono* (Nomo) *consulibus* (M. 51, 583-600, lin. ultima).

Codex, qui convenit n. 115 antiqui indicis urbin., titulos exhibet maiusculis rubris, litteras initiales maiores aureas coloribus ornatas. In folii 1 margine inferiore tessera gentilicia minor F⟨riderici⟩ Urbini C⟨omitis⟩ in ornamento auro, coloribus ac lineis incurvis decorato. Ff. I-III, 76-78 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

422. Saec. XV, membran., mm. 402×276 ff. 195.

1 (f. 3). **Titi Livii** patavini decas I Ioanne Boccaccio ⟨?⟩ interprete. Liber I inc. *Cosa assai ciertamente e saputa che poiche troia fu presa li greci usaro.* Lib. X des. *e fu fatta supplicatione a esculapio;* praeeunte (f. 2) praefatione (in ms. *el prolagho di Tito Livio*): *Io non so al tutto ben contare sio faro - fossero gratiosi e benigni* (per Luca di Giov. Bonacorsi Cartolaio fiorentino 1476, f. 9-163).

2 (f. 1). *Questi sono li nomi de Re...* Inc. *Primieramente furono in Roma li regi dei quali fu il primo Romolo.* Des. *Fegiaco* (!) *era un ufficiale il quale comandaua l'amenda... secondo l'ordinamento del senato del popolo di roma.*

F. 194 alia manu saec. XVI scholium: *E nell'altro testo ch' io ho ueduto in uinegia antico et conferito con questo, aggionto in fine di quest' ultima rubricella queste proprie formali parole cioè Volgarizzato per me Giovanni Boccaccio da Certaldo* (cf. Hortis, *Cenni di Giovanni Boccacci intorno a Tito Livio,* Trieste 1877).

Codex, qui fortasse convenit n. 1 pag. CLII antiqui indicis urbinatis, duabus columnis ac littera currenti exaratus est. Tituli minusculis rubris, initiales tam maiores quam maximae caeruleae ac rubrae alternae lineis ornatae sunt. In f. 195ᵛ quisquiliae veneta dialecto possessoris Simeonis cuiusdam: inter alia: *Prestai ad uno, oh come mi pentto / Un libro poiche sele ben tenutto / Egli zuro cqel mi lauea rendutto...* deinde datum: *MIIIILXV.*

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX atque Aloysii Lambruschini card. bibliothecarii.

423 (olim 650, cf. f. 1). Saec. XV, membran., mm. 371×236, ff. II. 204.

Titi Livii patavini ab urbe condita libri I-X.

Codicem, quem signavi numero 360 in antiquo indice urbin., exaravit Fridericus Veteranus cuius manum agnovi, cf. codd. 419, 420. Tituli rubri atque aurei, litterae maximae quoque aureae lineis, coloribus, auro et geniis ornatae sunt. Folii 1 margines coloribus, lineis, bestiis ac tesseris gentiliciis Friderici Urbini comitis sunt decorati. Ante textum picti Romulus et Remus a lupa nutriti et infra Titus Livius sedens ante tabulam scribit; picturae sunt fortasse manu Friderici Veterano, cf. codd. supra laudatos. Ff. I, II, 303ᵛ 304 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et Io. Bapt. Pitra card. bibliothecarii.

424 (olim 651, cf. f. 1). Saec. XV, membran., mm. 378×235, ff. I. 309.

Titi Livii patavini ab urbe condita libri XXI-XXX (in ms. *de II° bello punico*).

Codex, qui convenire potest nn. 361 et 87 pag. CLI antiqui indicis urbin., eadem manu scriptus atque eadem arte pictus, qua codex antecedens. In folii 2 marginibus praeter solitum ornamentum ac tesseram gentiliciam fridericianam sex imagines bella-

totum: ante textum parva tabula picta in qua dux romanus ad ducem carthaginiensem alloquitur. Ff. I, 1r, 306v-309 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et Io. Bapt. Pitra card. bibliothecarii.

425 (olim 652, cf. f. 1). Saec. XV, membran., mm. 378×233, ff. II. 232.

Titi Livii patavini ab urbe condita libri XXXI-XXXII et XXXIV-XL (in ms. *de bellis macedonicis* libri I-IX usque ad vv. cap. 37, libri XL, ed. Weissenborn, Lipsiae 1891, vol. V, p. 85, lin. 7 ab imo).

Codex, qui convenit n. 362 antiqui indicis urbin., eadem manu scriptus eademque pictus qua codd. 423, 424. Praeter ornamentum in folio primo continet fridericianam tesseram et sex imagines bellatorum. Ante textum dux genuflexus in conspectu regis sedentis ac sceptrum aureum gerentis. Ff. I, II, 232 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII ac Io. Bapt. Pitra card. bibliothecarii.

426 (olim 653, cf. f. 1). An. 1427, (cf. f. 131v), membran., mm. 376×268, ff. II. 134.

1 (f. 6). **Titi Livii** patavini ab urbe condita lib. XXXI-XXXII et XXXIV-XL (in ms. *de bello macedonico* libri I-IX, liber IX imperfectus uti in codice antecedenti). Praeeunt [1] (f. 1-4) *tabula tercie decadis de bello macedonico;* [2] (f. 4) ex s. Isidori etymologiarum libro IX, cap. 3, nn. 46-47: *Legio militum est VI^m... agmen est dum exercitus iter agit.*

2. Rei antiquariae nonnulla [1] (f. 132). De nominibus magistratuum romanorum epilogus. Inc. *Rex Romulus omnium primus - sed praefectos inferiores* [2] (f. 132v). De dignitatibus religionis: *Pontifices maximi - prodigiis publicis...* [3] (ibid.). ⟨De nominibus rei militaris⟩: *Tribuni uocati - Iuuenes cum armis suis certant.*

Duabus columnis codex exscriptus est *anno domini MCCCCXXVII die XXIII mensis octubris ad instantiam Viri nobilis et egregii Andree de Valeriis de Parma per me Opizonem de Cisiis scriptorem et ciuem parmensem*, uti habetur in subscriptione folii 131v. Tituli minusculis rubris, litterae initiales maiores caeruleae ac rubrae alternae; initiales maximae tum auro et coloribus tum avibus et geniis satis egregie decoratae sunt. In margine inferiore folii 6 tessera gentilicia, in scuto leo erectus, in summa galea draco, qui in capite anulum gerit et in cauda extrema caput humanum, hinc inde sigla A-S. Ante textum pictura manu italica in qua rex *Phi*⟨lippus⟩ et *Sul*⟨picius?⟩ equis insidentes inter se colloquuntur. Ff. I, 4a-5, 133, 134 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX atque A. Mai card. bibliothecarii.

427. Saec. XV, membran., mm. 380×230, ff. I. 187.

Q. Curtii ⟨**Rufi**⟩ de gestis Alexandri magni libri III-X. In f. 185v librarius supplevit nonnulla quae reliquerat ex libro X, capite V, 16-17: *Nec quisquam lumina - assueti sub rege.* Ceterum codex lacunis scatet et ex variis lectionum

discrepantiis erui potest inter interpolatorum classem esse recensendum (cf. Vogel in ed. Q. Curtii, Lipsiae 1882, p. V).

Codex, qui convenit n. 367 antiqui indicis urbin., exaratus est eleganti *Manu Matthaei de Contugiis de uulterris*, uti habetur in subscriptione f. 184. Tituli desunt praeter primum maiusculis rubris exaratum; litterae initiales maximae aureae lineis et coloribus ornatae sunt. In f. 1^v solitus circulus corona laurea, auro et floribus decoratus, in quo titulus operis litteris aureis. Folii 2 quatuor margines picti auro et coloribus cum lineis, floribus, avibus, bestiis, insignibus, tesseris gentiliciis et nomine **FEDER⟨icus⟩ DUX**; in circulo marginis sinistri manu italica parva imago Alexandri magni. Ff. I, 1^r, 184^v, 185^r, 186, 187 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII ac Io. Bapt. Pitra card. bibliothecarii.

428. Saec. XV, membran., mm. 365×260, ff. 188.

1. **C. Iulii Caesaris** commentarii de bello gallico libri I-VII (in ms. post titulos quinque priorum librorum additur: *Iulius Celsus Constantinus vir clarus emendavit*, cf. Teuffel, *Geschichte d. röm Literatur*, fünfte aufl., Leipzig 1890, § 196, n. 2). 2 (f. 78^v). Hircii de bello gallico liber VIII. 3 (f. 90^r). Caesaris de bello civili libri I-III; praeponuntur (f. 90) capp. LI-LIII libri VIII de bello gallico a vv. *Exceptus est Caesaris aduentus* usque ad vv. *Senatus frequens in alia omnia transiit* (ed. Dinter, Lipsiae 1890, p. 210-211, lin. 8). 4 (f. 146). De bello alexandrino. 5 (f. 162). De bello africano. 6 (f. 179^r). De bello hispano (des. verbis: *quarum laudibus et virtute*, uti in ed. cit.).

Codex, qui numero 364 antiqui codicis urbinatis convenire videtur, titulos praefert rubros, litteras autem initiales librorum aureas coloribus lineisque ornatas. Folii 1 margines lineis, coloribus, bestiis, et geniis decorati sunt; in parte inferiore circulus vacuus ad excipiendam emptoris tesseram gentiliciam. F. 188 vacuum.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Clementis XIV.

429 (olim 641). Saec. XV, membran., mm. 370×259, ff. II. 198.

2 (f. 31). Vegetii (in ms.... *illustris comitis*) epitomae de re militari ⟨compendium⟩. Inc. vv. cap. 1, lin. 3: *Nulla enim alia uidemus populum romanum.* Des. uti in editis; praemittitur praefatiuncula partim e cap. VIII libri I concinnata, quae inc. *Omnes artes omnisque opera cotidiano usu et iugi exercitatione perficiuntur quod si in paruis uerum est* et des. *quos supra retuli que dispersa sunt uelut uelud* (!) *in ordinem emphytonia* ⟨l. epitomata⟩ *conscribo* (nonnulla capita sunt omissa, alia decurtata cum aliorum partibus assuta sunt).

3 (f. 38ᵛ). Historia Apollonii regis Tyri (in ms. *liber casuum et gestarum Ap... regis obuenientium sibi*, in subscriptione autem *ystoria fortunarum Ap.... tyri*). Inc. *Rex fuit in Antiochia ciuitate Antiochus nomine a quo et ipsa ciuitas nomen accepit. hic habuit ex amissa coniuge filiam spetiosissimam uirginem in qua rerum natura nihil errauerat.* Des. *in templo dyane ephesiorum instituit, aliud bibliothecae suae exposuit* (ed. Riese, Leipzig 1893).

4 (f. 46ᵛ). ⟨Transamundi (?) monachi claraevallensis passio s. Albani⟩ (in ms. manu posteriore: *Albani historia*) Bolland., Catal. codd. hagg. biblioth. bruxell., 2, p. 444-455).

Codex binis columnis exscriptus est ac titulos praefert minusculis rubris, litteras initiales maximas minio pictas. In f. II: *Iste liber est magnifici et potentis domini domini Guidantonii Montisferetri Vrbini et Durantis comitis etc.* Ff. I, 49ᵛ, 50ᵛ vacua.
Tegumentum recens ex pergamena alba.

457 (olim 755, cf. f. 1). Saec. XV, membran., mm. 285×199, ff. I. 171.

Suetonii vitae XII caesarum.

In antiquo indice urbin. codex n. 370 signatur. Tituli sunt maiusculis rubris, litterae initiales maximae aureae lineis coloribusque ornatae. In marginibus supplementa et varias lectiones aliquot addidit manus eiusdem aetatis; verba graeca alias addita alias non item, spatiis vacuis relictis. In f. 1 ornamenta duo picta auro cum coloribus ac lineis; in inferiore autem duo genii Friderici Urbini ducis tesseram gentiliciam posterius additam sustentant. Ff. I, 171 vacua.
Tegumentum codicis aequale ex corio castanei coloris.

458. Saec. XV-XVI, chart., mm. 384×219, ff. 48.

Christophori de Buondelmontibus presbyteri florentini liber insularum archipelagi ⟨cum schematibus⟩, *quem misit de ciuitate rhodi Romam d. iordano de*

Ursinis Anno domini MCCCCXII (!). Inc. *Constitui, pater reuerendissime Iordane cardinalis, meis itineribus tibi librum insularum cicladum atque aliarum in circuitu sparsarum destinare figuratum.* Des. *Nunc uero magis in partibus perscrutatis* (!) *fui secundum copiosiorem etiam tibi descriptionem ualui destinare. Quod quando fessus extiteris ad hunc librum animum possis iucundare tuum.* Infra: *littera* ⟨rubra⟩ *decem importat* (de Sinner, Lipsiae et Berolini 1824; descriptio urbis Constantinopolis etiam in M. Patr. gr. 133, col. 695-708).

Codicis tituli litteris rubris minusculis, initiales aureae coloribus ornatae sunt. In textu inserta sunt septuaginta novem schemata insularum, urbium etc. coloribus aquatis rudissime picta. Folii 1 quatuor margines picti coloribus cum frondibus laureis, cornucopiis, ornamentis et panthera, in circulo partis inferioris spatium vacuum ad excipiendam emptoris tesseram gentiliciam. In margine f. 40 alia manu scriptura currenti: *francesco M.*

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et Io. Bapt. Pitra card. bibliothecarii.

459 (olim 731). An. 1465 (cf. f. 39), membran., mm. 241 × 172, ff. II. 43 (+ f. 39ᵃ librarii negligentia omisso).

Christophori de Bondelmontibus liber insularum archipelagi cum schematibus etc. uti in codice superiore praeter datum quod est *MCCCCXXII* (!).

F. 39. Vergilii Maronis (!) fragmenta ex epistola ad Augustum: *Ego uero frequentes - multoque potiora empartiar. Vale* (Virgilii opp., ed. Lemaire, Paris 1820, 5, p. 180).

F. 40. Monita versibus hexametris I-XXXVI de faciendis vel vitandis in quolibet anni mense. « *Ianuarius* » inc. *Tangere dura caue cum luna uidebit aquosum.* « *December* » des. *Fundamenta caue nihil est quod detur in ipso.*

Ff. 41-42 index rerum et nominum imperfectus litterarum ordine in geographiam Christophori de Bondelmontibus: *Apollinis templum carta 2. - uena metallorum 4.*

Codex convenit n. 350 antiqui indicis urbinatis et exscriptus fuit an. *14LXV hora 1ª noctis manu mei fratris Augustini de Cexena in ciuitate masticariae* (!). *De mense Octubris* uti habemus in subscriptione folii 30. Tituli ac litterae initiales maiores rubrae. In f. II parvus index urbium. Ff. I, II, 39ᵛ, 39ᵃ, 43 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Innocentii XI ac Fr. Laurentii Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

460 (olim 284, cf. f. 1). Saec. XV, membran., mm. 276 × 191, ff. I. 122.

(F. 2ʳ). **Xenophontis** institutio Cyri (in ms. C... *vita*) libri I-VIII (in ms. *I-VI*) Poggio florentino interprete *ad optimum principem Alfonsum Aragonum et Siciliae regem.* Lib. I inc. *Multa mihi saepius animo uersanti ea cogitatio mentem aliquando subiit, quam multae respublicae quas populi regerent.* Lib. VI des. *Quod*

si quis forsan senserit secus si opera illorum recte animaduertat nostrae sententiae fauebit; praeit (f. 1) interpretis prooemium: *Quum plures qui Graeca ad Latinos hac aetate transtulissent - ego in sex* ⟨libros⟩ *quae distributio uisa commodior sum partitus. Sed ipse iam Xenophon ne modum excedat oratio est audiendus* (partem huius prooemii vide apud Bandini, Biblioth. Laurent., 2, coll. 351-352; de historia huius versionis cf. Rossi, *Il Quattrocento, Note bibliografiche e critiche,* Milano, Vallardi, p. 410).

Codex, qui convenit n. 397 antiqui indicis urbin., *per Paganum Raudensem excellentis domini domini Petri Lallis Montorii comitis librarium exaratus fuit,* uti habetur in subscriptione f. 120^{v}. Tituli minusculis rubris, litterae initiales maximae eleganter auro pictae una cum variis coloribus. Folii 1 margines frondibus et coloribus ornati, quibus postea adiecta est tessera gentilicia F⟨riderici⟩ C⟨omitis⟩. In extremo margine folii 122 Fridericus Veteranus urbinas bibliothecarius, cuius manum agnosco, haec notavit: *1498 XXVII Iulii hora VIIII obiit I. Dominus Octauianus Vbaldinus comes Mercatelli etc. princeps aetate sua omnium iustissimus ac pientissimus die XIIII*^{a} *postquam egrotauerat eugubii et inde eger rediens siue translatus ut ad Urbinum rediret, Callii migrauit.* Ff. I, 119, 120^{v}, 122 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Innocentii XI ac Fr. Laurentii Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

461 (olim 660, cf. f. 1). Saec. XIV-XV, membran., mm. 274×211, ff. II. 80.

Guidonis de Columna historia troiana (in subscriptione *de casu Troiae*) libri I-XXXV. Lib. I inc. *In regno Thesalie de predicte scilicet prouinciis Romanie cuius incole Mirmidones dicti sunt.* Lib. XXXV des. *Factum est presens opus Anno dominice incarnationis Millesimo CCXX septimo eiusdem;* praeit prologus: *Licet cotidie uetera recentibus obuiant nonnulla tamen iandudum uetera precesserunt que sic sui magnitudine iuuati sunt digna memoria - Superest ergo ut ad eius narrationis seriem accedatur* (ed. Argentinae 1486).

F. 80, saec. XV, tabula dierum infelicium seu periculosorum in unoquoque anni mense. Dies infelices crucibus signati sunt; post tabulam explanatio: *Isti sunt dies infelices quos auctores graeci appellauerunt periculosos si quem infirmitas ceperit in aliquo istorum dierum non conualebit... nec aliquod conuiuium faciat;* praeeunt duo versus obscuri seu aenigmatici sensus: *Augurior decies audito lumine clangor... excute gallum;* in margine: *Qui haec carmina dixerit bis in die habebit malum uirge ex praecepto domini Episcopi Auximi.* In f. 80^{v} calami probationes et verba hebraica.

Codex, qui convenit n. 385 antiqui indicis urbinatis, littera currenti et binis columnis exaratus est. Tituli minusculis rubris, initiales maximae coloribus et amplis frondibus ornatae sunt. In margine inferiore folii 1 adiecta posterius est tessera gentilicia minor F⟨riderici⟩ Urbini C⟨omitis⟩. Ff. I, II vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Innocentii XI ac Fr. Laurentii Brancati de Lauria card. Bibliothecarii.

462 (olim 657, cf. f. 1). Saec. XV, membran., mm. 269×190, ff. I. 135.

1 (f. 2). **Flori** L. Annaei epitomae de Tito Livio bellorum annorum DCC libri I-II.

2 (f. 76). Periochae seu argumenta librorum I-CXXXVIII Titi Livii, quae in editis singulis libris praemittuntur.

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 303 signatur, titulos exhibet rubris litteris minusculis, initiales maiores caeruleas ac rubras alternas, initiales maximas aureas floribus ornatas. In f. 1ᵛ circulus corona laurea ac floribus decoratus est, in medio circulo titulus. Folii 2 tres margines picti coloribus una cum floribus et circulo in quo tessera gentilicia minor Friderici Urbini ducis. Ff. I, 1ʳ, 134, 135 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Innocentii XI ac Fr. Laurentii Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

463 (olim 669, cf. f. 1). Saec. XV, membran., mm. 251×161, f. I. 198.

Eutropii breviarium; **Pauli** historiae romanae libri; chronica imperatorum romanorum et constantinopolitanorum.

1 (f. 4ᵛ). Eutropii breviarium ab urbe condita libri I-X cum prooemio.

2. Pauli [1] (f. 98) historiae romanae libri XI-XVI, sed liber XII in duos dividitur. [2] (f. 143) Appendix libri XVII.

3 (f. 166ᵛ). *Chronica Imperatorum Romae uel Constantinopoli canonice regnantium eorumque, qui eis imperatoribus per tyrannidem imperauerunt uel imperare praesumpserunt* (in antiquo indice urbinate n. 376 inscribitur: *Benuenutus de Caesaribus*). Inc. *Caius Iulius Caesar de gente iuliorum patre Lucio Iulio Sexto Caesare et Aurelia matre natus primus Romanorum.* Des. agens de Friderico Suevorum duce gente gibelenga: *tyrum urbem proximum sepultus ut decuit* (cf. iudicium de hac chronica apud Pertz, *Archiv der Gesell. für ält. deutsche Geschichtkunde*, Hannover 1872, p. 264).

Codicis, qui in antiquo indice urbin. n. 376 signatur, maior pars exarata est *Mediolani V Kal. Decembris,* uti habemus in subscriptione f. 165; sed cum secunda pars ab eodem librario scripta sit etiam alteram partem ibidem fuisse exaratam dicendum est. Tituli minusculis rubris, initiales litterae maiores tum caeruleae tum rubrae tum aureae, quae litt. aureae in secunda parte codicis etiam in textu inveniuntur; initiales maximae aureae linearum et florum longis ornamentis distinguntur; sed foliorum 166-196 initiales litterae ab alio rubricatae sunt. In f. 1ᵛ circulus corona, auro et floribus circumdatus praefert in medio titulos operum litteris aureis. Folii 2 margines auro et coloribus picti una cum lineis, avibus, papilionibus, quibus insignia ac tessera gentilicia minor Friderici Urbini ducis posterius addita sunt. Ff. I, 1ʳ, 165ᵛ, 165ʳ, 196ᵛ, 198 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Innocentii XI ac Fr. Laurentii Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

464. Saec. XV, membran., mm. 321×222, ff. I. 275.

Leonardi ⟨**Bruni**⟩ aretini historiarum florentinarum libri I-XII. Lib. I inc. *Diuturna mihi cogitatio fuit et sepe in alterutram partem sententia pronior.* Des. *omnem spem amitterent resistendi* (studio et opera Sixti Brunonis, Argentorati 1610).

Codex, qui convenit n. 471 antiqui indicis urbin., titulos praebet maiusculis rubris, initiales maximas aureas lineis coloribusque ornatas. In f. 1^{v} circulus auro pictus una cum frondibus et coloribus, in medio circulo titulus operis. Folii 2 quatuor margines eleganter auro, flosculis, lineis, insignibus ac tessera gentilicia Friderici Urbini ducis decorati sunt. In iisdem marginibus inter flores septem circuli praeferunt capita auro picta, quatuor in parte dextra circumscriptis nominibus: *Philippus Maria, Franciscus Sfortia Dux, Pandulfus de Malates*⟨ta⟩, *Nicolaus Picininus*, tres in parte sinistra aliquanto minores: *Alfonsus Rex Arag*⟨onum⟩, *Pa. Viced*⟨omini⟩, *Alexander Sphor*⟨tia⟩. In prima initiali *Leonardi de Are*⟨tio⟩ caput auro pictum. Ff. I, 1^{r}, 272-275 vacua.

In tegumenti dorso insignia Clementis XIV.

465. Saec. XVII in., chart., mm. 265×208, f. 307.

Palmii Benedicti, Visconti card. **Caroli, Cassandri Augustini** a Castroficcardo conventualis, **Anselmi** a Monopoli ord. cappuccinorum, **Panigarola Francisci** conciones sacrae; **Accoromboni Octavii** episc. forosemproniensis orationes duae cum Toscella Aloysii, Francisci Mariae II urbinatis ducis, card. Paleotto Gabrielis epistolis; **Gualterii Ioannis** episc. Burgi s. Sepulchri epistola pastoralis latine et italice.

1. *Conc*⟨io⟩ P. Benedicti Palmii *super Miss*⟨us⟩ *est. horis pomeridianis. Romae MDLXXVIIII. XXV Ottobris.* Inc. *Quel gran Padre et Dottore Ireneo disputando contro certi heretici che non accettauano il Vangelo di san Luca.* Des. *Dio ci guardi dal furore dell'ira sua et ci dia sua santa gratia. Amen.*

2 (f. 13). *Predica del Card.* Visconti ⟨Caroli⟩ *fatta quando era Vescovo di Vintimiglia alla sua Chiesa sopra l'Oratione.* Inc. *Grande et incomparabile amore ha mostrato sempre l'onnipotente Dio uerso del suo Popolo diletto, come potiamo uedere per luoghi infiniti della scrittura.* Des. *et la Vita eterna à laude et gloria del Signore. Il quale ne la conceda hora, et sempre in saecula saeculorum amen.*

3. *Diversi Preambuli del Padre* Panicarola. [1] (f. 30^{r}) *Della Peste.* Inc. *Cruda, aspra, horribile et horrenda materia di ragionare.* Des. *che impariate un poco a temere Iddio, et cominciamo* (Prediche di Monsig. Reverendissimo Panigarola, Vescovo d'Asti, In Venetia 1592, p. 277-278). Pergunt prooemia [2] (f. 32) *Dello spirito santo,* [3] (f. 33) *Del Premio,* [4] (f. 35) *Della Madonna,* [5] (f. 36) *Del vero Pastore,* [6] (f. 37) *Della gravezza del peccato,* [7] (f. 38) *Della Vita et della Morte,* [8] (f. 39) *Della Prouidenza di Dio,* [9] (f. 40) *Del vero bene,* [10] (f. 41^{r}) *Della*

Confessione, [11] (f. 42) ⟨De eucharistia⟩, [12] (f. 43ᵛ) *Di San Francesco*, [13] (f. 45ᵛ) *Della vera luce*, [14] (f. 46ᵛ) *La Navigatione*, [15] (f. 47ᵛ) *Del Giudicio*, [16] (f. 48ᵛ) *Dell'Oratione*, [17] (f. 49ᵛ) *Il Giubileo*, [18] (f. 52) *Dell' Imagine di Dio*, [19] (f. 52ᵛ) *Di san Gioseffe*, [20] (f. 53ᵛ) *Della Vocatione*, [21] (f. 54ᵛ) *La Transfiguratione*, [22] (f. 55ᵛ) *Dell'Ascensione*, [23] (f. 56ᵛ) *Dell'Annuntiata*, [24] (f. 57ᵛ) *Del Rinouarsi*, [25] (f. 58ᵛ) *Dell'Auuersario Lucifero*, [26] (f. 59ᵛ) *Dell'Epifania*, [27] (f. 60ᵛ) *Della fede*, [28] (f. 61ᵛ) *Della medesima*, [29] (f. 62ᵛ) *Dell'insidie diaboliche*, [30] (f. 63ᵛ) *Di San Giovanni Battista*, [31] (f. 64ᵛ) *L'Epifania*, [32] (f. 66ᵛ) *Del Purgatorio*, [33] (f. 67ᵛ) *Del conoscer Christo*, [34] (f. 68ᵛ) *Dell'amare i Nemici*, [35] (f. 69) *Dell'anno nuouo*, [36] (f. 70ᵛ) *Della Misericordia et della Giustizia*, [37] (f. 71ᵛ) *Di san Giovanni Battista*, [38] (f. 73ᵛ) *Dell'Annuntiatione*, [39] (f. 74ᵛ) *Del sagrificio*, [40] (f. 76) *Del Primato di Pietro*, [41] (f. 77ᵛ) *Dell'Incarnatione et della Eucharistia*, [42] (f. 80) *Le Nozze*, [43] (f. 81ᵛ) *Della Conuersione et del Digiuno*, [44] (f. 83) *Di Christo Medico et viuificante*, [45] (f. 84) *Della Religione*, [46] (f. 85) *Dell'essempio*, [47] (f. 86) *Di Giesù*, [48] (f. 87) *Dell'Inferno*, [49] (f. 88) *Dell'ambitione*, [50] (f. 89) *Delle Vanitadi*, [51] (f. 90ᵛ) *Della patienza et della Giustitia*, [52] (f. 92) *Del Regno di Dio*, [53] (f. 93) *Dell'Epulone*, [54] (f. 94) *Del Padre di famiglia*, [55] (f. 94ᵛ) *Delle Tribulationi*, [56] (f. 95ᵛ) *Del Giudicio vniuersale*, [57] (f. 97ᵛ) *La Partenza*, [58] (f. 99) *Della Croce*, [59] (f. 100) *Dell'Eucharistia*, [60] (f. 101) *Dell'Inferno*, [61] (f. 101ᵛ) *Del Natale del Signore*, [62] (f. 104) *Del Trionfo di Christo*, [63] (f. 105) *In festo sancti Andreae Apostoli*, [64] (f. 106) *Feria 6ª primae Dominicae*. Prooemium de Spiritu sancto inc.: *Se fra le quasi infinite specie d'Vcelli li quali a chi produsse ogni cosa per utile et ornamento del Mondo*. Ultimum prooemium des. *mi prestasse i portici de uostri sensi principalmente dell'Vdito*. [65] (f. 108) *Predica del p. Panicarola in occorrenza della Peste*. Inc. *Cruda aspra terribile et horrenda*. Des. *et eccola già offerta in holocausto* (ed. cit., p. 273-289). [66] (f. 126) ⟨Eiusdem (?)⟩ *Ragionamento spirituale per Madama*. Inc. *Chi uuole trouare Christo Signor nostro, Madama eccellentissima, non lo cerchi ad altro tempo che da mezzo dì, al chiaro, al Sole*. Des. *Marta per castitade, et Madalena per deuotione*. [67] (f. 133) *Sic Deus dilexit mundum etc*. Inc. *Siccome il sole è sempre accompagnato dal suo splendore e dal calore*. Des. *procurano torsi Christo dinanzi gli occhi*. [68] (f. 138) *Predica fatta nella sala di Costantino a N. S. Gregorio XIII la Domenica 3ª doppo l'Epiphania*. Inc. *Ecce Leprosus ueniens adorabat... Con la gratia del Signore hoggi trattaremo di un miracolo che fece N. S. in sanare un certo leproso*. Des. *et cerchiamo la nettezza dell'anima; acciò mundo corde uideamus et fruamur in aeternum*.

4 [1] (f. 159). *Sermone di Monsignore* Ottavio Accoromboni *Vescouo di Fossombrone fatto al suo Populo, nella solenne rinnouazione della memoria di cinque gloriosi Martiri Aquilino, Gemini, Gelasio, Magno, et Donato l'ultimo di Febraio l'anno Bisestile 1584*. Inc. *Hi qui amicti sunt stolis albis... È tale l'alle-*

grezza, et il giubilo ch' io sento, Fossombronati miei, di uederui qui ragunati con tanta frequenza. Des. *Ne' Cieli, et quiui seruire con esso uoi all'Altissimo Dio cui soli laus et honor...* Praeeunt [a] (f. 148) ⟨auctoris epist. dedicationis Francisco Mariae II Urbini duci⟩: *Serenissimo Principe e Padrone mio colendissimo. Gradi sì benignamente V. A. S. l'Homilia latina, ch' io feci nella mia Messa pontificale - Di Fossombrone li XVIII di Gennaro 1591;* [b] (f. 149) ⟨Aloysii Torcella canonici forosemproniensis epistola Berardino Carucci canonico Eugubino, qua sermonis exemplar manuscriptum mittit⟩: *Vostra Signoria con questa sua del passato si duole acerbamente di me ch' io non mi ricordi della promesa - Di Fossombrone li XVIII di Gennaro 1591;* [c] (f. 151) *Tauola dei capi più principali di questo sermone fatta per commodità de' lettori di M. Luigi* Torcella *Canonico di Fossombrone: Proemio: Nel quale gratiosa, et piamente si accomoda alla pubblicatione di questi santi - imporre a lor figli i Nomi di detti Martiri;* [d] (f. 154) ⟨auctoris epist.⟩ *Al molto Reuerendo come fratello honorando il P. D. Siluestro de Chierici Regolari A Napoli. Ha potuto tanto appresso di me l'istanza grande che la P. V. mi ha fatto - nella cui buona gratia raccomandandomi le resto come fratello per seruirla...;* [e] (f. 156v) *Lettera del serenissimo Sig.* Duca d'Urbino *a Monsig. Accoramboni: Ho uisto con molta sodisfatione l'auiso che a V. S. è piacciuto darmi del nuouo ritrouamento iui fatto - Da Pesaro V di Marzo 1584;* [f] (f. 157) ⟨eiusdem ducis epistola⟩ *al Gonfaloniere et Antiani di Fossombrone... Ci è stato caro assai d' intendere l'allegrezza - Da Pesaro XIX di Marzo 1584.* Sequitur [2] (f. 175v). *Lettera latina del sig. Card.* Paleotto *a Monsig. Vescovo Accoromboni in condoglienza della morte della signora Duchessa sua sorella: Reuerendissime domine uti frater. Acerbissimus nuncius de subito ac miserabili exitu - Bononiae XI Kal. Febr. M.D.LXXXVI Vti frater studiosissimus Gabr. Card. Paleotus.* [3] (f. 179). *Homilia in Natiuitate Domini habita Forosempronii inter Missarum solemnia ab Octauio* Accorombono *eiusdem Ciuitatis episcopo Anno 1589.* Inc. *Et uerbum caro..: Qui hominum iudicio infirmaque huius seculi prudentia, ea que modo ex D. Ioanne praefati sumus, ponderauerit.* Des. *in hoc seculo debellatis secum regnemus in gloria una cum Patre...*

5 (f. 187). *Predica della VI Feria dopo la 4ª Domenica di Quaresima fatta dal Rev. Padre* ⟨Augustini Cassandri a⟩ *Castelficcardo. De Purgatorio.* Inc. *Per ragionar di qualsivoglia cosa non solo dell' infime et corruttibili, ma delle celesti et sempiterne.* Des. *onde poi passiamo alla Patria del Cielo.*

6 (f. 237). *Predica della Passione di N. S. Gesù Cristo, fatta dal... padre* ⟨Anselmo a⟩ *Monopoli dell'ordine de' Cappuccini nella sala Costantina alla presenza di N. S. Clemente VIII et di 28 Cardinali il Lunedì santo l'anno 1595.* Inc. *Propositio. Passio domini nostri... Tre cose si contengono in queste breui*

parole. Passione Xpo et Vnione. Des. *acciò infocati da quello gustiamo quam suauis sit Dominus.*

7 (f. 257). *Predica della quinta Domenica dell'Epifania fatta* (!). Inc. *Simile factum est... homini qui seminauit bonum semen... Se questa sonora Cethera d'argento che con modi si strani e diuersi giorno et notte ci gira sopra il capo.* Des. *insieme con i buoni giusti, et santi. Quod nobis concedat Dominus Deus omnipotens.*

8 (f. 287). Ioannis Gualterii *epis. Burgi s. Sepulchri epistola pastoralis ad seipsum scripta in Assumptione dignitatis episcopalis Die 6 Xbris 1615* ⟨latine et italice⟩. Latina inc. *Cum ego sim alter tu, imo tu ipse o Gualteri, qui hodie ordinis episcopalis caractere insignitus es.* Des. *quod nobis Deus optimus maximus dignetur elargiri Amen.* Italica inc. *Sendo io un altro te, anzi proprio te stesso, o Gualtieri, che oggi dell'ordine episcopale hai riceuuto il carattere.* Des. *che piaccia a Dio di concederne. Amen.*

F. 137^v. Cantio, vulgo *Sonetto*, ad quendam concionatorem: *Padre se più benigno per uoi hauesti - e colmo di dolcezza.*

Codex littera currenti et varia manu scriptus nullis ornamentis distinguitur.
Tegumentum codicis aequale ex pergamena alba.

466 (olim 661, cf. f. 1). Saec. XV, membran., mm. 264×171, ff. 113.

1 (f. 2). **Leonardi ⟨Bruni⟩** aretini commentariorum primi belli punici lib. I-II. Lib. I inc. *Origo primi punici belli.* Lib. II des. *quam hoc bello mari pugnatum intelligunt;* praeit prooemium: *Vereor ne qui me putent - mari preliatos* (Augustae Vindeliciorum 1537). **2** (f. 53^v). ⟨De bello gallico libri I-II⟩. Lib. I inc. *Finito primo punico bello quod uiginti quatuor annos terra marique gestum ostendimus.* Lib. II des. *admodum pauca loca excedere iussi sunt* (l. cit.; est tertius liber operis quod inscribitur de bello punico libri I-III, sed in ms. nostro liber III de bello punico dividitur in duo cum titulo de bello gallico, cf. Bandini, Bibliotheca Laurentiana 2, col. 732, cod. XI). **3** (f. 80). Commentarium rerum graecarum. Inc. *Athenienses simul ac Mytilenam.* Des. *mirabili fortune conuersione deuenit* (Gronovii, Thesaur., Venetiis 1732, 6, coll. 3391-3417; praeit auctoris dedicatio Angelo Acciaiolo equiti florentino, quae inc. *Animaduerti nonnunquam, o Angele, te admirari solere* et des. *Dicemus igitur hinc sumto initio* (l. cit.).

Codex, qui convenit n. 472 antiqui indicis urbin., titulos praebet litteris maiusculis rubris, litteras initiales maximas aureas lineis coloribusque decoratas. In f. 1^v circulus cum titulo operis. In margine inferiore f. 2 tessera gentilicia F⟨riderici⟩ C⟨omitis⟩ posterius picta. Ff. 1^r, 113 vacua.
In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

467 (olim 683, cf. f. 1). Saec. XV, membran., mm. 256×190, ff. I. 56.

1 (f. 2). **Leonardi ⟨Bruni⟩** aretini commentarii de bello punico libri I-II. **2** (f. 38). De bello gallico libri I-II (cf. cod. superiorem).

Codex, qui convenit n. 475 antiqui indicis urbin., titulos habet minusculis rubris, sed tituli plerumque desunt, litteras initiales maximas auro et coloribus pictas. In f. 1^{v} circulus corona laurea ac floribus decoratus, in medio circulo tituli operum. In margine inferiore f. 2 tessera gentilicia cum litteris **FE**⟨dericus⟩ Urbini **DUX** manu posteriore addita. Ff. I, 1^{r}, 37^{v}, 56 vacua. Paginae rectae tegumenti posterioris: *Iste liber est mei Mathei sasferatensis...*

Tegumentum codicis aequale ex corio rubri coloris cum fibulis, quae nunc desunt.

468 (olim 682). Saec. XV, membran., mm. 269×163. ff. 139.

1 (f. 2). **Leonardi ⟨Bruni⟩** aretini commentarii de bello gothico libri I-IV. Lib. I inc. *Zenone romano principe.* Lib. IV des. *Narsen recepit, finisque fuit anni decimi octaui huius belli, finis;* praeit auctoris epist. ad Iulianum card. s. Angeli, quae inc. *Etsi longe mihi iocundius fuisset* et des. *plerisque incognitum est* (Basileae 1531, p. 513-591). **2** (f. 93). ⟨Rerum suo tempore gestarum⟩ (in ms. *De temporibus suis*). Inc. *Qui per Italiam homines excelluerunt etate mea et que conditio rerum.* Des. *Cum ingenti gloria et exal⟨t⟩atione ciuitatis* (Muratori, Script. rerum ital., 19, col. 913-942). **3** (f. 127). De studiis et litteris liber ad Baptistam de Malatestis. Inc. *Compulsus crebro rumore admirabilium uirtutum tuarum.* Des. *opinionem meam et currentem ut aiunt ad gloriam cohortari* (Argentinae 1521, cum titulo: de bonis studiis epistola).

Codex, qui convenit n. 473 antiqui indicis urbin., titulos praefert maiusculis rubris, initiales autem maximas aureas lineis et coloribus decoratas. In f. 1^{v} circulus auro et lineis caeruleis circumornatus una cum tribus circulis minoribus, in quibus tituli operum inscripti sunt. Folii 2 tres margines exornati auro, coloribus, avibus, geniis ac tessera gentilicia minore F⟨riderici⟩ Urbini C⟨omitis⟩, quae posterius addita est. Ff. 1^{r}, 139 vacua.

Tegumentum codicis aequale ex corio castanei coloris cum fibulis, quae nunc desunt.

469. Saec. XV, membran., mm. 264×180, ff. I. 82.

1 (f. 4). ⟨**Iacobi Gaietano** ordo romanus⟩ (Mabillon, Museum ital., Luteciae Parisiorum 1689, 2, p. 247-413); sed haec sunt adnotanda. [1] Ordo incipit a capite 11 et capita non eodem ordine sunt disposita atque in editis; caput 17 nonnihil discrepat; f. 11^{v} aliquantum vacuum sed nihil deest; [2] (f. 36^{r}) capita duo, quae desunt in ed. cit., I: *Qualiter dominus papa debet feria quinta in cena domini comunicare,* inc. *Notandum quod feria quinta in cena domini dominus papa duas hostias consacrare debet,* des. *de ipso sacrificio resumit et cooperitur utrumque syndone munda.* II: *De benedictione olei infirmorum et olei exorçiçati in consecratione crismatis,* inc. *Notandum est quod quinta feria in cena domini*

et oleum infirmorum benedicitur et conficitur crisma, des. *prout seriosius continetur in pontificali;* [3] (f. 37) capitis 91 verbis « Pontifex présbyterium largitur » adduntur alia: *Nam ueniunt episcopi cardinales presbyteri et diaconi cardinales et alii prelati singuli... - ad domos suas reuertuntur: Hec breuiter de comestione sufficiant;* [4] (f. 46ᵛ) caput 67 variat in fine: [5] (f. 50) capiti 84 nonnulla desunt, quae in ed. cit. habentur; [6] (f. 58) impositio galeri rubei Cardinali absenti (ed. Gattico, Acta selecta caeremonialia, 1753 Romae, p. 168); [7] (f. 58ᵛ-68) ‹de officio diaconi cardinalis in missis festivis papalibus, in vesperis et aliis festivitatibus etc., seu rubricae 133-143 libri caeremoniarum› inc. a verbis: *In primis pro suo indumento recipiat superpellicium, amictum* usque ad vv. *helemosinarius uero pape debet ire retro ipsum et pecuniam pauperibus spargere* (Gattico, l. cit., p. 142, lin. 4-156).

2 (f. 73ᵛ). Ordo rom. ecclesiae ad sepeliendum papam, episcopos, presbyteros et diaconos cardinales defunctos. Inc. *Et est sciendum quod ante officium funerationis regulariter cantatur missa pro defunctis*. Des. *Deinde redeant ad ecclesiam cantando septem psalmos penitentiales cum oratione Absolue domine... et a te quies beatitudo tuorum eternam uicem recipiat qui uiuis...*

3 (f. 76). Officium prioris domini cardinalis, seu rubricae 10-16 libri caeremoniarum; a vv. *In annuntiatione domini pape primo querit ab eo quo nomine uelit uocari* - usque ad vv. *ibidem dicitur militando* (ex hoc codice edidit Gattico, l. cit., p. 168-171; sed in f. 78 in spatio vacuo scriba adiecit rubricam 17, Gattico, l. cit., p. 172).

4 (f. 81). Petitio pallii per procuratorem et iuramentum eius. Inc. *Ego N. procurator et procuratoris nomine et per partem Rm̃i in Christo patris N. electi instanter*. Des. *in priuilegiis ab apostolica sede concessis.*

5 (ibid.). Petitio pallii per archiepiscopum in propria: *Ego N. electus ecclesie instanter... peto mihi traddi* (!) - *inconsulto Romano pontifice. Sic me deus adiuuet et hec sancta dei euangelia.*

Codex, qui convenit n. 435 antiqui indicis urbin., littera currenti transscriptus est. Tituli minusculis rubris, initiales litterae caeruleae ac rubrae alternae, praeter primam quae est aurea. In f. Iᵛ manu saec. XVIII: *Est caeremoniale Iacobi Gaetani editum a P. Mabillon.* In f. 1 index rubricarum imperfectus (in ms. *tabula in subsequentem ordinationem*): *Qualiter proceditur ad electionem summi pontificis per uiam scrutinii. — De militibus qui fuerint in presentia pape.* In f. 3ᵛ circulus auro ac floribus decoratus in circulo medio titulus. Margo dexter folii 4 floribus, frondibus ac lineis aureis ornatus; in margine inferiore tessera gentilicia cum litteris FE‹dericus› DUX. Zacagni in marginibus adnotavit quae non invenit apud Mabillon atque in folio 58 nomen suum apposuit. Descripsit hunc codicem Ehrensberger, Libri liturgici Biblioth. vaticanae, Friburgi-Brisgoviae 1897, p. 559. Ff. Iʳ, 2, 3ʳ, 81ᵛ, 82 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. X. de Zelada card. bibliothecarii.

470. An. 1487, (cf. f. 125), membran., mm. 328×224, ff. 125.

1 (f. 5). Liber caeremoniarum sanctae rom. ecc. (in ms.... *romane curie;* Gattico, Acta selecta caeremonialia, Romae 1753, 1, p. 9-156).

2. ⟨Rubricae selectae ex variis caeremonialibus⟩. [1] (f. 111). **De agnis cereis** (in ms. *Agnus Dei;* l. cit., p. 157-158). [2] (f. 113ᵛ). **Forma absolutionis** a peccatis... seu rubricae I-IV (l. cit., p. 159-161). [3] (f. 115). **De ordinatione diaconi cardinalis** promotus in cardinalem, existens subdiaconus et existens cardinalis (Mabillon, Museum ital., 2, p. 391-393; Gattico, l. cit., p. 199-200). [4] (f. 116ᵛ). **Modus** *tentus* tempore **Benedicti** in ingressu **Regis Navarrae** quando venit Perpinianum (Gattico, l. cit., p. 161-162). [5] (f. 117ᵛ). **Formula iuramenti praelatorum.** Inc. *Ego N. episcopus ab hac hora in antea fidelis.* Des. *hec sancta dei euangelia.* [6] (f. 118). **Modus** *tentus* in adventu domini **Ferdinandi** regis **Aragonum** ad Derthusiam etc. seu rubricae VI-VIII (l. cit., p. 162-165). [7] (f. 122ᵛ) **Rubricae** XIX et XVIII (Gattico, l. cit., p. 172-174). [8] (f. 124). Ordo consecrandi **Agnus Dei** secundum *modernos.* Inc. *Paretur aqua benedicta in uase capaci.* Des. *ad celestis patriae gregem reportaret. Qui tecum vivit et regnat...* Praeeunt (f. 1-4) rubricae totius codicis, quae saepe verbis differunt ab editis, in hoc autem indice praevio plures sunt quam in codice, quia adnexae sunt eis aliae rubricae quae respiciunt officiales S. R. Ecc. cardinalium (cf. l. cit., p. 273-278).

Codex littera currenti grandiuscula e codice antiquiore transscriptus *anno incarnationis dominicae MCCCCLXXXVII die XXVII de mense Januario apud Sanctum Petrum Romae: Sub pontificatu sanctissimi in christo patris et domini nostri domini Innocentii divina providentia Papa* (!) *VIII. anno sui pontificatus secundo;* infra autem: *Scriptum per me Sigismundum de Sigismundis fer*⟨etranum⟩; tandem inferius: *Pro Reuerendo in christo patre domino Celso de Mellinis cive Romano ac Episcopo feretrano.* Tituli minusculis rubris, initiales litterae tum aureae tum caeruleae lineis ornatae. Folii 5 margines eleganter ornant frondes, flores, fructus, genius, delphini; in margine inferiore duo angeli, quorum unus nunc foedatus, sustentant coronam lauream cum tessera gentilicia episcopali Celsi de Mellinis. In prima initiali duo amores monstrant tesseram gentiliciam urbinatum ducum posterius pictam. Descripsit hunc codicem Ehrensberger, Libri liturgici Biblioth. vaticanae, Friburgi-Brisgoviae 1897, p. 558). Folium 155 vacuum.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Clementis XIV.

471. Saec. XVI-XVII, chart., mm. 279×210, ff. 42.

Censura pro sacris Bibliis corrigendis ad emendationem exemplaris iuxta praescriptum Concilii Tridentini reformati et a Sixto V P. M. approbati. Inc. *In Genesim. Cap. 2, v. 4. Quando creatae sunt l. creata. V. 18. Faciamus eius adiutorium, l. ei. Cap. 5, V, 22. Et ambulauit Enoch cum deo. deleatur totum hoc.*

Des. cum emendationibus faciendis in Apocalypsim: *Cap. 22, V. 9, uerba libri huius l. uerba prophetiae libri. V. 14, stolas suas - ut sit. l. stolas in sanguine agni.*

Codex, littera currenti accurate exaratus, nullis ornamentis decoratur. F. 42 vacuum. In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Tosti card. bibliothecarii.

472 (olim 184, cf. f. I). Saec. XV, membran., mm. 287×215, ff. XII. 308.

S. **Thomae de Aquino** expositio in Hieremiam, opuscula genuina, dubia, supposititia et preces; **Alberti Magni** opuscula de intellectu et intelligibili, de quidditate et esse.

1. S. Thomae [1] (f. 1) expositio in Hieremiam. Inc. *Hic est fratrum amator et populi Israel... Verba ista sunt Oniae summi sacerdotis.* Des. *et ideo non sum confusus* (s. Thomae opp., Venetiis 1593, 13, f. 1-33, sed sine textu Hieremiae et in calce legitur litt. rubris: *Explicit postilla s. Thome de Aquino... usque ad capitulum XLII. Non finitum. Cuius quidem postille Auctoritates et Allegationes que ualde breuiate erant: extendi prout melius noui et potui Ego frater Leonardus s. Vberti De florencia minimus in dicto ordine fratrum predicatorum. Circa annum domini MCCCCLXX. De bono opere si quod est Gracias deo agens bonorum operum largitori. De omni autem errato et defectu ueniam humiliter petens. Amen;* cf. Bandini, Biblioth. Leopoldina, 2, col. 332). [2] (f. 101). De principiis naturae (in subscriptione *ad fratrem Silvestrum*). Inc. *Quoniam quidem quoddam potest esse licet non sit.* Des. *sunt principia omnium aliorum* (ed. cit., 17, opusc. 31, f. 207-209). [3] (f. 106). De instantibus. Inc. *Quoniam omnem durationem concomitatur instans.* Des. *a quo omnia bona sunt qui est deus benedictus* (l. cit., opusc. 36, f. 215-217ᵛ). [4] (f. 111ᵛ). De aeternitate mundi. Inc. *Supposito secundum fidem catholicam.* Des. *contrarie parti uidentur probabilitatem afferre* (l. cit., opusc. 27, f. 202ᵛ-203ᵛ). [5] (f. 114). De occultis operibus naturae ⟨ad quendam militem⟩. Inc. *Quoniam in quibusdam naturalibus corporibus.* Des. *ex principiis intrinsecis procedentes. Et hec de occultis operibus naturae dicta sufficiant* (l. cit., opusc. 34, f. 213-214). [6] (f. 117). De mixtione elementorum. Inc. *Dubium apud multos esse solet.* Des. *Saluatur enim uirtus eorum* (l. cit., opusc. 33, f. 212ᵛ-213). [7] (f. 118ᵛ). De natura luminis. Inc. *Considerandum est de natura luminis et de eius necessitate.* Des. *ad uisum immutationem* (l. cit., opusc. 51, f. 36). [8] (f. 120). De motu cordis ⟨ad magistrum Philippum⟩. Inc. *Quoniam omne quod mouetur necesse est habere motorem.* Des. *cor calescit et infrigidatur et hec de motu cordis dicta sufficiant* (l. cit., opusc. 35, f. 214-215). [9] (f. 122). De quatuor oppositis. Inc. *Quoniam quatuor sunt oppositiones.* Des. *in tribus generibus ut ibidem patet* (l. cit., opusc. 37, f. 217ᵛ-220ᵛ). [10] (f. 130). De fato. Inc. *Queritur de fato*

an sit. Des. *in loco quiete contemplationis bonorum* (l. cit., opusc. 28, f. 203r-206r). [11] (f. 137). De natura loci. Inc. *Ad sciendum naturam loci considerare oportet.* Des. *per diuersas formales rationes* (l. cit., opusc. 52, f. 36v-37). [12] (f. 140v). De tempore. Inc. *Sicut uult philosophus 2º methaphysice difficultas in cognoscendo.* Des. *de necessitate differunt ab inuicem* (l. cit., opusc. 44, f. 9v-11). [13] (f. 146r). De natura materiae (in subscr. *et dimensionibus interminatis*). Inc. *Postquam de principiis sermo habitus est.* Des. *in ea esse habent ut dicitur primo phisicorum* (l. cit., opusc. 32, f. 209r-212v). [14] (f. 157r). De potentiis animae. Inc. *Vt adiutorium homini collatum et progressum.* Des. *uoluntati subduntur ut uisum est* (l. cit., opusc. 43, f. 7-9v). [15] (f. 165r). De formarum pluralitate. Inc. *Quoniam sanctum est honorare ueritatem.* Des. *lectori fastidium generetur* (l. cit., opusc. 45, f. 11-13r). [16] (f. 175). ⟨De differentia verbi divini et humani⟩ (in ms. *de uerbo*). Inc. *Videamus quid sit hoc quod dicitur uerbum ad cuius intellectum sciendum est quod secundum philosophum.* Des. *et productio eius dicitur generatio* (l. cit., opusc. 13, f. 84-84v). [17] (f. 176r). De perfectione vitae spiritualis. Inc. *Quoniam quidam perfectionis ignari.* Des. *et homo exacuit faciem amici sui* (l. cit. opusc. 18, f. 114v-127). [18] (f. 209r). De erroribus graecorum. Inc. *Libellum ab excellentia uestra mihi exhibitum.* Des. *omnia ut credo reduci possunt. Et sic est finis* (l. cit., opusc. 1, f. 1-9v; sed in ms. praemittitur scholium de titulo huius opusculi. *Incipit tractatus... Quomodo uidelicit sint intelligenda ut soluentur quedam dicta patrum sanctorum doctorum... in quibus uidetur esse error et dubium circa fidem*). [19] (f. 231v). Expositio primae decretalis (in ms. *de articulis fidei et ecclesiae sacramentis*). Inc. *Saluator noster discipulos ad predicandum mittens.* Des. *Quia circa ea non fuit specialiter narratum* (!) (l. cit., opusc. 23, f. 195-198). [20] (f. 238). ⟨Subnectitur sine titulo expositio in secundam decretalem⟩. Inc. *Damnamus ergo et reprobamus etc. Exposita forma catholice fidei.* Des. *In infinitum distat et sic est finis* (l. cit., opusc. 24, f. 198r-199). [21] (f. 240r). De unitate intellectus contra Averroistas. Inc. *Sicut omnes homines naturaliter scire desiderant. Ita naturale desiderium.* Des. *uel potius eius ignorantie consuletur* (l. cit., opusc. 16, f. 97v-104v). [22] (f. 259). De sortibus ⟨ad dom. Iacobum de Burgo⟩. Inc. *Postulauit a me uestra dilectio.* Des. *uicio uanitatis non caret. Interim igitur nunc de sortibus dictum est* (l. cit., opusc. 25, f. 99r-202). [23] (f. 266). ⟨De iudiciis astrorum ad fratrem Reginaldum⟩ (in ms. *utrum liceat uti iudicio astrorum*). Inc. *Quia petisti a me ut tibi scriberem an liceret.* Des. *dependerit iudiciis astrorum* (l. cit., opusc. 26, f. 202-202v). [24] (f. 267). Ad fratrem Gerardum lectorem bisuntinum de sex articulis. Inc. *Carissimo sibi in Christo... Recepi uestras litteras quosdam articulos continentes.* Des. *orationum suffragia impendatis* (l. cit., opusc. 12, f. 83r-84). [25] (f. 268). Epistola de modo acqui-

rendi scientiam (in ms. *quomodo et qualiter sit studendum*). Inc. *Quod quesisti a me quomodo oporteat te incedere in thesauro scientie.* Des. *totis uirtutibus incumbe* (l. cit. opusc. 68, f. 111). [26] (f. 269). **De regimine iudaeorum** ad ducissam Brabantiae (in ms. *de quibusdam questionibus circa iudaeos...*). Inc. *Excellentie uestre recepi litteras.* Des. *per tempora longiora* (l. cit., opusc. 21, f. 192ᵛ-193ʳ; praeit tabula octo quastionum ⟨seu capita in epistolam⟩. Quaestio I. *Vtrum principi et domino ciuitatis liceat aliquid exigere a iudeis et precipue ab illis qui nihil habent nisi de usuris.* Quaestio VIII. *Vtrum Iudei cogi debeant portare signum ut a Christicolis discernantur.* [27] (f. 271ʳ). Responsio ad fratrem **Ioannem de Vercellis** (in ms. *Theutonicum*) generalem magistrum totius ordinis praedicatorum ad XLII (in ms. *XLIII*) articulos sibi ab eo missos. Inc. *Reuerendo... Paternitatis uestre litteras feria quarta ante pascha recepi.* Des. *praeter limites theologice facultatis sed ex uestra iniunctione factum est debitum quod proprii officio professio nullatenus requirebat* (l. cit., opusc. 10, f. 79-81; in ms. 43 articuli numerantur quia noni initium datur uti articulus 8). [28] *S. Thomae* **preces.** [a] (f. 276ʳ) pro **peccatorum remissione** (in ms. *Pro incipientibus*): *Ad te fontem misericordie* (Esser, D. Thomae monita et preces, Paderbornae 1890, p. 69), [b] (f. 277) pro obtinendis **virtutibus** (in ms. *de proficientibus pulchra ualde*): *O Deus omnia sciens principio et fine carens* (l. cit., p. 66), [c] (ibid.) de **perfectis**: *Concede mihi queso omnipotens et misericors deus que tibi placida* (!) *sunt* (l. cit., p. 63), [d] (f. 277ᵛ) de **gratiarum actione**: *Laudo glorifico benedico te deus* (l. cit., p. 68), [e] (f. 278) ad v. **Mariam**: *O beatissima et dulcissima uirgo mater dei pietate plenissima* (l. cit., p. 67), [f] (f. 278ᵛ) pro **contemplativis** *quam ipse intime contemplans dicebat: Te Deum totius consolationis inuoco qui nihil in nobis preter tua dona* (l. cit., p. 67), [g] (ibid.) oratio *quam dicebat quando se applicabat ad studium: Creator ineffabilis qui de thesauro sapientie tres Ierarchias annotasti* (l. cit., p. 60).

2. Alberti Magni [1] (f. 279) **de natura intellectus** libri I-II. Lib. I inc. *Sicut a principio huius operis diximus. Scientia de anima non satis complete habetur.* Lib. II des. *et prime philosophie egens inquisitione* (Alberti Magni opp., Lugduni 1651, 5, p. 239-262). [2] (f. 302). **De quidditate et esse.** Inc. *Necesse est considerare quid essentia, quid substantia, quid subiectum, quid res, quid ratio, quid natura.* Des. *natura fuerat insensata mediante actu fit sensata. Et sic patet quomodo.*

Codex, qui convenit n. 145 antiqui indicis urbin., binis columnis exaratus est. Tituli minusculis rubris, initiales maiores caeruleae ac rubrae alternae lineis, initiales maximae lineis et coloribus ornatae sunt. In ff. I-X index capitum cum eorum initiis. Folium 1 decorant flores ac tessera gentilicia minor Friderici Urbini ducis, quae aliquantum posterius picta est. Ff. I, II, 100ᵛ, 176ᵛ-178, 307, 308 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

473 (olim 48, cf. f. 4). Saec. XII, membran., mm. 285×197, ff. II. 216 (— f. 1-3, quae nunc desunt).

1 (f. 20). **Zachariae** chrysopolitani in unum ex quatuor sive de concordia evangelistarum libri I-II (M. 186, 11-620, deest tamen admonitio ad lectorem, M. l. cit., 39-40, quam habes in codicis f. 211ᵛ; in ff. autem 64-71 magna lacuna a vv. *ad septem beatitudines quae sunt in principio* ad verba *sanauit non pro sua fide*, M. l. cit., 157 C, lin. 7-182, C. lin. 13; in marginibus lemmata et correctiones manu librarii). Praeeunt (f. 4-11) loci evangeliorum cum numeris canonum eusebianorum in marginibus: *I. Liber generationis ihesu christi III-CCXXII: Amen amen dico tibi cum esses iunior X;* in summo margine addita est explanatio: *per signum rubeum de minio designatur ad quem canonum pertinet illud caput et per consequentiam apparet utrum euangelista fuerit solus in illo dicto uel habuerit socios. Sicut patet in carta XVII col. III.*

2 (f. 208ᵛ). Interpretatio nominum ⟨hebraicorum⟩ in evangelio. Inc. *Abraham pater uidens populum uel multitudinem uel pater multarum sabaudi gentium. Aram excelsus uel electus. Aminadab pater meus spontaneus uel uoluntarius. Abia pater meus iustus uel dominus uel patris mei abundantia uel pater meus urbanus.* Des. *Zebedeus memoria domini uel memor domini uel sacrificium uel donatus uel fluens iste* (partim tantum convenit cum s. Hieronymi opusculo de nominibus hebraicis, M. 23, 883-904 et cum s. Remigii Autissiodorensis interpretatione nominum hebraicorum in Bedae opp., Coloniae Agrippinae 1688, col. 371-480).

3 (f. 211ᵛ). Testimonia ex s. Remigio ⟨Autissiodorensi⟩ et s. Gregorio M. in evangelia. I. Remigius in Matthaeum cap. CCCLI: *Si anni recte computentur ab initio mundi usque ad passionem domini inuenimus* - usque ad vv. *ut non contaminarentur sed manducarent pascha.* II. Gregorius in homilia XXXIV (in ms. *XXXV*): *Scripturae testantur esse angelos, archangelos* usque ad vv. *per caritatem singulorum sunt* (M. 76, 1250, B-1255, D).

F. 213. Tabula in qua designantur evangelia per annum et stationes romanae. Inc. mutila... *1 de aduentu Erunt signa - Dom. X post oct. Pent. CXVII. Dixit ihesus ad quosdam;* manus saec. XV supplevit in textu nonnullos festos dies et nonnullas stationes, quae transactae erat a scriptore priore.

Codex, qui convenit n. 204 antiqui indicis urbin., binis columnis, et ut mihi videtur, in Gallia exaratus est. Tituli minusculis rubris, litterae initiales tum auro tum coloribus pictae sunt. In f. IIᵛ manu saec. XV: *Concordantiae quaedam euangelistarum ex alia bibliotheca.* Ff. I-IIʳ, 11ᵛ, 31ᵛ, 64-70 saec. XV addita ad textum restituendum, 215, 216 vacua. Ff. 12-19 ponenda post f. 198.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

474 (olim 391 et 50, cf. f. 1). Saec. XII, membran., mm. 276 × 189, ff. I. 156.

S. Pauli apostoli epistolae cum glossa ordinaria atque interlineari aliquantum decurtatis (in ms. *Ex commento super epistolas Ambr.*). [1] (f. 1) ad Romanos, [2] (f. 28ᵛ) ad Corinthios I, [3] (f. 56) ad Corinthios II, [4] (f. 74) ad Galatas, [5] (f. 82) ad Ephesios, [6] (f. 91ᵛ) ad Philippenses, [7] (f. 98) ad Colossenses, [8] (f. 104ᵛ) ad Thessalonicenses I, [9] (f. 110) ad Thessalonicenses II, [10] (f. 113ᵛ) ad Timotheum I, [11] (f. 121) ad Timotheum II, [12] (f. 126) ad Titum, [13] (f. 129) ad Philemonem (in ms. *ad Phylimennem*), [14] (f. 130ᵛ) ad Hebraeos. Sequuntur [1] (f. 152) Rabani Mauri (in ms. *s. Hieronymi*) praefatio in omnes epistolas: *Primum quaeritur quare post euangelia - et manentem substantiam* (M. 111, 1275-1278); [2] (ibid.) prologus: *Romani qui ex Iudaeis - ad concordiam cohortatur* (Biblia cum glossa interlin., Venetiis 1588, 6, f. 2-2ᵛ); [3] (f. 153) argumentum: *Romani sunt in partes* (M. 114, 469).

Ibid. Compendia nonnulla ex glossis in epist. ad Romanos. Inc. *Haec epistola non est ab ipso prius scripta sed ordinatione.* Des. *maledictum ut ea destruat.*

F. 153ᵛ. I. Sententiae, inter alias. *Quod differtur non aufertur: morbida ouis repellenda est a caulis.* II. Definitiones sacramenti, simoniae, virtutum, spei et fidei, prophetiae. III. Memoria commodati facti magistro Petro cuidam.

F. 154-156 manu saec. IX-X, duabus columnis, fragmenta duo libri II Maccabaeorum. I. ⟨multi⟩*tudo populi aduersus Lysimacum propter hoc maxime quod iam plurima uasa aurea ablata essent et factum est ob ho⟨c⟩ plene increscente populi iracundia - ut octoginta milia hominum triduo consumerentur et quadraginta milia hominum...* (Maccab. 2, IV, 39-V, 14). II... *iniuriam et ideo cupiebat habere cum eis pacem propter quod accusabatur ab amicis apud eupatorem filium antiochi - procurator regis et ...um grauiter* (Maccab. 2, X, 12-XI, 1. Differt haec versio ab editis a Sabbatier, Parisiis 1751 et a Peyron, M. T. Ciceronis orationum fragmenta inedita, Stuttgardiae et Tubingae 1824, p. 73-117).

Codex, qui convenit n. 18 antiqui indicis urbin., titulos praebet rubros, litteras initiales maximas coloribus variis illitas. In litteris initialibus f. 1 et f. 74 manu rudi imagines s. Pauli apostoli benedicentis. In margine inferiore folii 1 picta est posterius tessera gentilicia minor F⟨riderici⟩ Urbini C⟨omitis⟩. Ff. I, 155 vacua.
In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

475 (olim 1018, cf. f. 1). Saec. XV, membran., mm. 328 × 229, ff. II. 171.

Lactantii Firmiani institutionum compendium librorum VI et VII; **Guastis de Ludovici** epitome historiae naturalis Plinii; **Patricii Francisci** epitome librorum I-XVI Prisciani grammatici et epigramma.

1 (f. 7). Lactantii institutionum sexti et septimi libri epitome. Inc. vv. *Nam si iustitia est ueri dei cultus quid est tam iustum ad aequitatem tam pium ad*

honorem. Des. *uel premium immortalitatis adipisci* (ed. Brandt, Corpus script. eccl., Vindobonae 1890, 19, p. 730-761).

2 (f. 19). Ludovici de Guastis **epitome historiae naturalis Plinii, libri I-XXXVII.** Lib. I inc. *Mundum siue caelum sub quo clauduntur singula aeternum et ingenitum.* Lib. XXXVII des. capite de eliotropio: *Nascitur eliotropium quod ethiopes... et auctorem commendatum suscipiat;* praeit [1] (ibid.) epitomatoris epist. dedicationis ad illustrem principem Paulum ⟨Guinigi⟩ dominum Lucanum, quae inc. *Etsi compertum habeo, illustris Princeps Paule, tot in orbe terrarum librorum esse* et des. *quem per te tueri precor clementissime caesar;* sequitur [2] (f. 87) eiusdem altera epistola *ad prefatum illustrem Paulum: Cur tibi non nisi fama mihi paule illustris - diu precor seruent incolumem amen* (cf. Bandini, Biblioth. Leopoldina, 3, col. 123, ibi hanc posteriorem epistolam dedit).

3. Francisci Patricii [1] (f. 89) **Prisciani de octo partibus orationis librorum I-XVI compendium.** Inc. *Vox est aer tenuissimus ictus uel summe sensibile aurium.* Des. *Est autem tenui que candet lumine phirne.* [2] (f. 169^{r}). **Epigramma tetrastichon:** *Cum legeris nostri - nunc meminisse potes* (cf. Bandini, l. cit., 2, col. 155, ibi hoc epigramma editum est).

Codex, qui convenit n. 69 antiqui indicis urbin., titulos praebet minusculis rubris, qui interdum desunt, litteras initiales maximas aureas floribus ornatas. In ff. 1-4 tabula seu index capitum compendii historiae plinianae quae incipiunt: *Mundi aeternitas. Mundi forma* et desinunt: *De glossopetra. De elitropio.* In f. 6^{v} circulus quem decorant flores ac tres circuli minores in quibus tituli operum. Folii 7 margines ornamentum praebent florum, avium, amorum ac tesseram gentiliciam fridericianam. Ff. I, 17^{v}, 18, 87^{v}, 88, 170^{v}, 171 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

476. Saec. XVI ex. chart., mm. 260×200, ff. XIX. 331.

Manuale precum.

1 (f. 1). Officium b. Mariae v. **⟨pro diversitate temporum⟩ reformatum et Pii V iussu editum;** praeeunt [1] (f. V) ex Bulla... s. Pii V de recitatione officii b. Mariae v. a vv. *Ac ut fidelium voluntas* ad vv. *aut Graduales recitantibus conceduntur;* [2] (f. V^{v}) tabula litterarum dominicalium ab idibus octobris anni correctionis 1582 (detractis prius decem diebus) usque ad annum 1700 exclusive; [3] (ibid.) tabula epactarum; [4] (f. VI) de indictione; [5] (f. VI^{r}) de anno et eius partibus; [6] (ibid.) versus de mensibus: *Triginta aprilis - conscribe calendas;* [7] (ibid.) de numero nonarum et iduum singulorum mensium; [8] (f. VII) quando inchoatur adventus domini; [9] (ibid.) quatuor tempora; [10] (ibid.) nuptiae iuxta decretum Concilii Tridentini; [11] (f. VIII) kalendarium cum cyclo epactarum, gradibus festorum et litteris dominicalibus; [12] (f. XIV) manu anni 1583 ⟨tabula Loris italicis

pro matutino et vesperis recitandis in singulis anni mensibus⟩; [13] (f. XIV^{v}) tabula ad invenienda novilunia horis italicis ab anno 1587-1620; [14] (f. XV^{v}) tabula festorum mobilium ab anno 1587-1620; [15] (f. XVI) institutio christiana, nempe symbolum Apostolorum, oratio dominicalis, salutatio angelica, praecepta decalogi, sacramenta, virtutes theologicae, virtutes cardinales, dona Spiritus sancti, praecepta charitatis, praecepta ecclesiae, opera misericordiae spiritualia et temporalia, beatitudines, sensus corporis, peccata capitalia, quatuor novissima. 2 (f. 96). Officium defunctorum. 3 (f. 123). Psalmi graduales ⟨quinque priores⟩ cum precibus. 4 (f. 130). Septem psalmi poenitentiales cum litaniis, precibus atque orationibus. 5. Orationes et preces post litanias pro diversitate temporum, [1] (f. 143^{v}) ad poscenda suffragia sanctorum (ex orationibus ad diversa missalis romani), [2] (ibid.) pro ecclesia sancta Dei (ex orationibus feriae VI in Parasceve), [3] (f. 144) pro Papa (ex orationibus ad diversa), [4] (ibid.) pro omni gradu ecclesiae (ex iisdem), [5] (f. 144^{v}) pro quacunque necessitate (ex iisdem), [6] (ibid.) contra persecutores ecclesiae (ex iisdem), [7] (f. 145) ad implorandum auxilium contra infideles: *Pientissime Deus qui iniquitatem ad te conversorum,* [8] (f. 145^{v}) pro imperatore: *Deus regnorum omnium et christianorum maxime protector* (e sacramentario gelasiano n. 731 in Muratori, Liturgia rom. vetus), [9] (ibid.) pro rege (ex orationibus ad diversa), [10] (f. 146) pro cathecumenis (ex orationibus feriae VI in Parasceve), [11] (ibid.) ut cunctis mundum purget erroribus (ex eadem feria), [12] (f. 146^{v}) pro haereticis et schismaticis (ex eadem), [13] (ibid.) pro perfidis iudaeis (ex eadem), [14] (f. 147) pro paganis (ex eadem), [15] (ibid.) tempore belli (e missa), [16] (f. 147^{v}) contra paganos (e missa), [17] (ibid.) pro pace (e missa), [18] (f. 148) tempore famis et pestis (ex orationibus ad diversa), [19] (ibid.) ad pluviam petendam (ex iisdem), [20] (f. 148^{v}) ad serenitatem petendam (ex iisdem), [21] (ibid.) pro quacunque tribulatione (ex iisdem), [22] (f. 149) pro remissione peccatorum (ex iisdem), [23] (ibid.) pro tentatis et tribulatis (ex iisdem), [24] (f. 149^{v}) pro iter agentibus (e missa), [25] (ibid.) pro infirmis (e missa), [26] (f. 150) pro tribulatione peccatorum (e missa pro quacunque necessitate), [27] (ibid.) pro peccatis (e missa pro remissione peccatorum), [28] (ibid.) pro salute vivorum (ex orationibus ad diversa), [29] (f. 150^{v}) pro vivis atque defunctis (ex iisdem), [30] (f. 151) preces dicendae in principio congregationis, [31] (ibid.) in fine congregationis, [32] (f. 151^{v}) ad invocandam gratiam sancti Spiritus, sequentia: *Veni sancte spiritus* (Chevalier, Repert. hymn., Louvain 1897, n. 21242) cum orationibus: *Deus qui corda fidelium* et *Deus cui omne cor patet* (e missali), [33] (f. 152^{v}) pro devotis amicis (ex orationibus ad diversa), [34] (f. 153) pro inimicis (ex iisdem), [35] (ibid.) ad repellendas malas cogitationes (ex iisdem), [36] (ibid.) ad postulandam charitatem (ex iisdem), [37] (f. 153^{v}) ad postulandam patientiam (ex iisdem) [38] (ibid.) ad postulandam continentiam (ex iisdem), [39] (f. 154) *Te deum laudamus* (Chevalier,

l. cit., n. 20086), [40] (f. 155) hymnus: *Iesu nostra redemptio* (l. cit., n. 9582), [41] (f. 155') *Deus cuius misericordiae non est numerus* (e missa pro gratiarum actione). **6.** Hymni [1] (f. 156) *Conditor almae* (!) *siderum* (Chevalier, n. 3733), [2] (f. 156') *Christe redemptor omnium* (l. cit., n. 2960), [3] (f. 157) *Hostis herodes impie* (l. cit., n. 8073), [4] (f. 157') *Lucis creator optime* (l. cit., n. 10691), [5] (ibid.) *Immensae* (!) *coeli conditor* (l. cit., n. 8453), [6] (f. 158) *Telluris ingens conditor* (l. cit., n. 20268), [7] (f. 158') *Coeli deus sanctissime* (l. cit., n. 3484), [8] (f. 159) *Plasmator hominis deus* (l. cit., n. 14968), [9] (ibid.) *O Lux beata Trinitas* (l. cit., n. 13150), [10] (f. 159') *Audi benigne conditor* (l. cit., n. 1451), [11] (ibid.) *Ad preces nostras deitatis aures* (l. cit., n. 234), [12] (f. 160') *Vexilla regis prodeunt* (l. cit., n. 21481), [13] (f. 161) *Ad coenam agni prouidi* (l. cit., n. 110), [14] (f. 161') *Iesu nostra redemptio* (l. cit., n. 9582), [15] (ibid.) *Veni creator spiritus* (l. cit., n. 21204), [16] (f. 162) *O Lux beata Trinitas* (l. cit., n. 13150), [17] (f. 162') *Pange lingua gloriosi* (l. cit., n. 14467), [18] (f. 163) *Quodcumque Vinclis* (l. cit., n. 16918), [19] (ibid.) *Doctor egregie Paule* (l. cit., n. 4791), [20] (f. 163') *Ave maris stella* (l. cit., n. 1889), [21] (f. 164) *Vt queant laxis* (l. cit., n. 21039), [22] (f. 164') *Aurea luce et decore roseo* (l. cit., n. 1596), [23] (ibid.) *Lauda mater ecclesia* (l. cit., n. 10210), [24] (f. 165) *Petrus beatus catenarum laqueos* (l. cit., n. 14885), [25] (f. 165') *Quicumque christum quaeritis* (l. cit., n. 16557), [26] (ibid.) *Tibi Christe splendor patris* (l. cit, n. 20455), [27] (f. 166) *Christe redemptor omnium* (l. cit., n. 2959), [28] (f. 166') *Exultet coelum laudibus* (l. cit., n. 5832), [29] (f. 167) *Tristes erant apostoli* (l. cit., n. 20589), [30] (ibid.) *Deus tuorum militum* (l. cit., n. 4534), [31] (f. 167') *Sanctorum meritis inclyta gaudia* (l. cit., n. 18606), [32] (f. 168) *Rex gloriose martyrum* (l. cit., n. 17453), [33] (f. 168') *Iste confessor domini sacratus* (l. cit., n. 9136), [34] (f. 169) *Iesu corona Virginum* (l. cit., n. 9508), [35] (ibid.) *Huius obtentu Deus alme nostris* (l. cit., n. 8162), [36] (f. 169') *Vrbs beata Hierusalem dicta pacis uisio* (l. cit., n. 20918). **7** (f. 170). Orationes dominicales et feriales cum antiphonis et versiculis per annum (e breviario). Dominica prima Adventus inc. *Ne timeas Maria.* Des. cum oratione Dominicae XXIIII et ultimae post Pentecostem: *Excita quaesumus domine tuorum fidelium voluntates.* **8** (f. 209). Orationes propriae de sanctis cum suis antiphonis et versiculis (e breviario). Sancti sunt: in festo s. Andreae antiphona: *Cum pervenisset beatus Andreas* - pergunt antiphonae et orationes in festis sanctorum Nicolai ep., Ambrosii ep., conceptionis b. Mariae v., Damasi papae, Luciae v., Thomae apost., Nativitatis Domini, Stephani, Ioannis ap., Innocentium, Thomae cantuariensis, Silvestri papae, in Circumcisione, in Epiphania, ss. Hilarii, Felicis in Pincis, Pauli primi eremitae, Mauri abb., Marcelli papae, Antonii abb., cathedrae s. Petri, s. Pauli, Priscae, Fabiani et Sebastiani, Agnetis v., Vincentii et Anastasii, in conversione s. Pauli, comm. s. Petri, Ioannis Chrysostomi, Ignatii ep., purificationis b. Mariae v., s. Agathae v., cathe-

drae s. Petri, commemoratio s. Pauli, s. Mathiae ap., s. Thomae de Aquino, quadraginta martyrum, Gregorii papae, Ioseph, annunciationis b. Mariae v., s. Leonis papae, Sotheris et Caii, Georgii, Marci evang., Philippi et Iacobi, Athanasii ep., inventionis s. Crucis, Alexandri, Eventii, Theoduli ac Iuvenalis, Ioannis ante portam latinam, in apparitione s. Michaelis archang., Gregorii Nazianzeni, Barnabae ap., Basilii magni, in nativitate s. Ioannis Baptistae, Ioannis et Pauli, Leonis papae, Petri et Pauli, commemoratio s. Pauli et s. Petri, visitationis b. Mariae v., Processi et Martiniani, octavae Apostolorum, septem martyrum fratrum ac Ruffinae et Secundae, Anacleti papae, Bonaventurae, Mariae Magdalenae, Iacobi apost., Christophori, Nazarii, Celsi et Victoris, Marthae v., Felicis, Simplicii, Faustini et Beatricis, Petri ad vincula cum commemoratione s. Pauli, Machabaeorum, inventionis s. Stephani, Dominici, s. Mariae ad Nives, Transfigurationis, Sixti, Felicissimi et Agapiti, Cyriaci, Largi et Smaragdi, Laurentii, assumptionis b. Mariae v., Bernardi abb., octavae Assumptionis, Timothei, Hyppoliti et Simphoriani, Bartholomaei, Ludovici regis Franciae, Augustini, decollationis s. Ioannis, nativitatis b. Mariae v., Adriani, exaltationis s. Crucis, Nicomedis, Cornelii et Cypriani, Euphemiae, Luciae et Geminiani, Matthaei ap., Lini papae, Theclae v, Cosmae et Damiani, dedicationis Michaelis archang., Hieronymi presb., Francisci conf., Dionysii, Rustici et Eleutherii, omnium sanctorum, dedicationis basilicae Salvatoris, Theodori martyris, Martini ep., Mennae, Martini papae et m., dedicationis basilicae apost. Petri et Pauli, Caeciliae v., Clementis papae, Felicitatis m., Catherinae v. Des. cum oratione *Deus qui dedisti legem Moysi.* **9** (f. 253). ⟨Antiphonae et⟩ Orationes comunes de sanctis (e breviario) inc. in vigiliis Apostolorum: *Maiorem charitatem,* des. cum oratione in ipso die dedicationis ecclesiae: *Deus qui inuisibiliter omnia contines.* **10** (f. 261). Officium ⟨parvum⟩ s. Crucis ⟨hymni tantum antiphonae et orationes a matutino ad completorium⟩ ad matutinum hymnus: *Patris sapientia ueritas diuina* (Chevalier, l. cit., n. 14725, ubi etiam editiones huius officii laudat). Des. cum commendatione: *Has horas canonicas cum deuotione... mortis in agone* (l. cit., n. 7679). **11** (f. 268). Officium ⟨parvum⟩ s. Spiritus, uti in officio antecedenti; Hymnus: *Nobis sancti spiritus gratia sit data* (Chevalier, l. cit., n. 12022, ubi editiones huius officii laudat). Des. cum commendatione: *Has horas canonicas* (uti supra). **12.** Exercitium quotidianum (seu preces et precationes quotidianae) [1] (f. 273) pro mane inc. *Cum mane surgis muniens te signo sanctae crucis dic. In nomine patris... Benedicta sit sancta et indiuidua Trinitas...* Ave maria, credo, confiteor cum absolutione et precibus uti in hora prima breviarii, [2] (f. 275) precationes ad sonum salutationis angelicae, [3] (ibid.) ante inchoationem officii et post officium oratio: *Suscipe clementissime Deus precibus... officium seruitutis nostrae,* exeundo domum: *Vias tuas domine*

demonstra mihi, intrando in Ecclesiam: *Domine in uirtute diuae misericordiae tuae,* in inspersione aquae, [4] (f. 276) ad sacrosanctum Eucharistiae sacramentum: *Ave uerum corpus natum de Maria uirgine* (Chevalier, l. cit., n. 2174), [5] (ibid.) oratio ante missam: *Clementissime pater misericordiae et Deus totius consolationis,* [6] (f. 276ᵛ) benedictio mensae pro saecularibus et gratiarum actio post mensam, [7] (f. 277) cum vadis dormitum. In nomine patris etc., hymnus ad completorium: *Te lucis ante terminum* (Chevalier, l. cit., n. 20135) cum precibus, [8] (f. 278) oratio praeparatoria ante confessionem sacramentalem: *Conditor coeli et terrae Rex regum et dominus dominantium qui me de nihilo fecisti - et dignam satisfactionem omnium peccatorum meorum,* [9] (f. 279) oratio ante confessionem: *Suscipe confessionem meam - et contrito corde explicare. qui uiuis et regnas...* [10] (f. 280) oratio post confessionem: *Sit domine obsecro meritis B. semper Virginis - absolutum in coelo. Qui uiuis...* [11] (ibid.) ante sanctam Comunionem: *Ad mensam dulcissimi conuiuii tui - firmissima tuitio. Amen,* [12] (f. 281) alia oratio s. Thomae: *Omnipotens sempiterne Deus ecce accedo - perpetuo contemplari. Qui tecum...* [13] (f. 281ᵛ) oratio s. Thomae post communionem: *Gratias tibi ago Domine sancte - et felicitas perfecta,* [14] (f. 282ᵛ) alia oratio s. Bonaventurae: *Transfige dulcissime domine Iesu - et cor meum,* [15] (f. 283) alia oratio post comunionem: *Ineffabilem misericordiam, domine Iesu Christe, humiliter exoro - nullam timeat crudelitatem.* **13.** Orationes seu meditationes de passione Domini: [1] (f. 283ᵛ) oratio de singulis articulis passionis: *Deus qui pro redemptione mundi uoluisti nasci circumcidi - latronem tecum crucifixum. Qui cum patre...,* [2] (f. 284) alia oratio: *Domine Iesu Christe in cuius ditione cuncta sunt posita - in regno tuo sine fine gaudere. Qui cum Deo patre...,* [3] (f. 284ᵛ) ad vulnera Christi: *Rogo te domine Iesu per illa salutifera Vulnera tua - penetra potenti virtute. Qui uiuis...,* [4] (ibid.) meditationes piae de passione Christi: *Domine Iesu Chr..., adoro te in cruce pendentem et coronam spineam - ut tua mors sit uita mea,* [5] (f. 285ᵛ) de septem verbis, quae Christus in cruce pendens dixit, oratio: *Domine Iesu Christe fili Dei uiui qui in cruce pendens dixisti: Pater dimitte - iucundari, commorari per infinita saeculorum saecula,* [6] (f. 286) salutationes ad omnia membra Dilecti et sui ipsius ad eum commendatio: *Salue tremendum cunctis potestatibus caput domini Iesu Christi - inimicorum nostrorum uisibilium et inuisibilium nunc et in perpetuum. Amen,* [7] (f. 287) oratio ad b. virginem Mariam: *Obsecro te Domina sancta Maria... pietate plenissima - intercede pro me dulcissima Virgo Maria mater Dei et misericordiae,* [8] (f. 288ᵛ) alia oratio ad eandem et simul ad b. Ioannem evangelistam: *O intemerata et in eternum benedicta, singularis - benignissimus paradisus. Qui cum Deo patre,* [9] (f. 289ᵛ) planctus b. v. Mariae: *Stabat mater,* differt aliquantum a noto (Chevalier, l. cit., n. 19416) cum orationibus: *Interueniat pro nobis... et in hora mortis nostrae; O Domina*

mea sancta Maria me in tuam benedictam fidem...; *O Maria Dei genitrix et virgo gloriosa omnium desolatorum,* [10] (f. 291) oratio B. Gregorii papae quae habetur in fine explanationum septem psalmorum: *Bone Iesu uerbum patris,* [11] (f. 291ᵛ) oratio ad Iesum: *O bone Iesu, o piissime Iesu, o dulcissime Iesu - nomen tuum quod est Iesus,* [12] (f. 292) oratio b. Thomae de Aquino: *Concede mihi misericors Deus quae tibi placita sunt - in patria perfrui per gloriam. Qui v...* [13] (f. 293ᵛ) alia oratio s. Thomae ante studium: *Creator ineffabilis - egressum compleas,* [14] (ibid.) oratio in afflictione: *O dulcissime domine... uerus Deus qui de sinu summi patris - uerum me perducere digneris. Qui uiuis...* [15] (f. 296) psalmus in tribulatione: *Qui habitat in adiutorio altissimi,* sequitur oratio: *Deus qui contritorum non despicis gemitum - supplices tuos clementer exaudias. Per dominum...* **14** (f. 297). Symbolum Athanasii. **15** (f. 299). Itinerarium seu orationes pro iter agentibus, antiphona: *in uiam pacis,* psalmus: *Benedixit dominus deus Israel,* deinde preces et orationes: *Deus qui filios Israel per maris medium...*; *Deus qui Abraham puerum tuum de Vr Caldaeorum: Adesto quaesumus domine supplicationibus nostris...*; *Praesta quaesumus omnipotens Deus ut familia tua per uiam salutis.* **16.** Passiones domini nostri Iesu Christi ex evangeliis desumptae: [1] (f. 301) secundum Matthaeum, [2] (f. 308) secundum Marcum, [3] (f. 314) secundum Lucam, [4] (f. 320) secundum Ioannem.

Codex duabus columnis exscriptus est pessimo atramento, quod nunc chartam praesertim posteriorum foliorum corrosit. Tituli atque initiales maiores rubrae, initiales maximae rubrae cum ornamentis nigris calamo delineatis, in prima initiali quercus. In f. IV titulus, in f. 325 index, a tergo paginae anterioris tegumenti alia manu: *3 Feb. 1589* Ff. I-III, IVᵛ, VIIᵛ, XIX, 208ᵛ, 267ᵛ, 272ᵛ, 324ᵛ, 326 vacua. (Descripsit codicem Ehrensberger, Libri liturgici etc. p. 371).

Tegumentum ex corio viridi cum ornamentis atque insigni Francisci Mariae II a Ruvere Urbini ducis auro impressis.

477. Saec. XVI ex., membran., mm. 270×202, ff. IX. 90.

Officium parvum b. Mariae virginis per anni circulum; praeit (f. III-VIIIᵛ) kalendarium festorum, cum indiciis astronomicis, diebus hebdomadum litteris signatis (dominica cum litt. A rubra), gradibus festorum; inter sanctos litteris maiusculis *s. Augustinus.* [1] (f. 1). Officium a die post purificationem usque ad vesperas sabbati ante dominicam I adventus, hymnus: *Quem terra pontus aethera,* tres psalmi mutandi pro diversis diebus hebdomadis, tres lectiones; *In omnibus requiem quaesiui...* ad laudes hymnus: *O gloriosa domina* (Chevalier, Repert. hymnolog. n. 13042). Ad Horas et Completorium hymnus: *Memento salutis auctor quod nostri* (l. cit, n. 11446), ad Vesperas *Aue maris stella.* [2] (f. 31) Officium a vesperis Sabbati ante Dominicam I Adventus usque ad Vesperas

in vigilia nativitatis Domini. Omnia ut supra exceptis tribus lectionibus: *Missus est angelus Gabriel,* oratione et capitulis. [3] (f. 58) Officium a vesperis nativitatis Domini usque ad Purificationem, omnia ut supra, mutatis mutandis.

Duae schedulae chartaceae typis impressae in pagina recta tegumenti posterioris adglutinatae sunt: in superiore: *Il modo per uedere quando fa la luna* ann. 1583-1601; in inferiore: *tabula festorum mobilium,* ann. 1583-1601.

Codex littera currenti grandiuscula duabus columnis exscriptus cum litteris initialibus maioribus rubris et rubricis, litteris initialibus maximis pariter rubris tum frondibus tum quercu et aquila calamo ornatis (cf. Ehrensberger, l. cit., p. 333). Ff. I, IIv, IX, 87-90 vacua.
Tegumentum codicis aequale ex corio coloris castanei.

478 (olim 128, cf. f. 2). Saec. XV, membran., mm. 326 × 226, ff. I. 138.

Tabulae seu indices rerum et verborum in nonnullos auctores.

1 (f. 2). Index elementorum ordine digestus in s. Augustini lib. I-XXII de civitate Dei. Inc. *Aaron erranti populo ad ydolum fabricandum non consensit.* Des. *De zizaniis quae in iudicio igni tradentur lib. 20, cap. 5. b;* praeit monitum seu prooemium: *Ut de infrascripta tabula noticiam pleniorem habere ualeas - impediat quominus in libro suo quod legit inueniat.* Sequuntur (f. 77) capitum initia eiusdem operis (in ms. *capitula*).

2 (f. 81). Index in Lactantii Firmiani libros divinarum institutionum, de ira Dei, de opificio. Inc. *Ab alio expectes alteri quod feceris 3. 16. b.* Des. *Zeis zeon 1. XI. b.*; praeit monitum: *Tabula super septem libris institutionum diuinarum - Facile tamen est inuentis addere et commissa* (!) *supplere poterit inspectio et continencia rubricarum.*

3 (f. 92r). Index in F⟨rancisci⟩ P⟨etrarchae⟩ libros de re⟨mediis utriusque fortunae⟩. Inc. *Accidia et quae sunt accidiae causae. d. 10. 7 per totum.* Des. *Vxor impudica d. 20. per totum.*

4 (f. 99r). Parvus index verborum. Inc. *Agilitas corporis 6. Ager fertilis 57. Alchimia 110. Alee ludus 26.* Des. *Vindicta de inimicis 100. Victoria 102.*

5 (f. 100). Indices rerum et nominum in memorabilia Valerii ⟨Maximi⟩. Inc. *Abstinencia. Bone namque ualetudinis; L*⟨ibr⟩*o 2 c*⟨apitul⟩*o 1,* § *28.* Des. *Zaleucus sibi eruit oculum et filio alium ut lex seruaretur. l. 6. t. 5,* § *14.*

6 (f. 116). Index ⟨in eadem⟩. Inc. *Abstinencia libro 2 capitulo primo in parte. Abstinencia libro 4 capitulo 3 per totum.* Des. *Vite humane condiciones l. 9. cap. 12 in principio.*

7 (f. 119) Index in ⟨Boethii libros de consolatione philosophiae⟩. Inc. *Aduersitas prius prodest homini quam prosperitas multiplici ratione, lib. 2, cap. 2. q. pro toto.* Des. *Persequucio tyrannorum quibus paruipenditur l. 1. cap. 7. b.*

8 (f. 121). **Index in Salomonis libros.** Inc. *Amicis esse dandum cum possumus. Nulla mora ducendum eos. Prov. c. 3.* Des. *Veterum patrum immensa laus, ecclesiasticus capitulo 44°.*

9 (f. 130). **Index brevis in s. Augustini libros de civitate Dei.** Inc. *Aborigenes genus hominum agreste sine legibus sine imperio liberum atque solutum, libro 3. cap. 9.* Des. *Ytalia principio fuit uocata saturnia, libro 2, cap. 9.*

Codex, qui convenit n. 58 antiqui indicis urbinatis, binis columnis exscriptus est ac titulos praefert rubros, initiales autem maiores caeruleas ac rubras alternas lineis ornatas. In f. 2ᵛ index contentorum litteris maiusculis ac duabus columnis librarii manu. Folii 2 margines lineis aureis, frondibus et coloribus sunt decorati: in parte inferiore tessera gentilicia maior Friderici Urbini ducis. Ff. I, 1ʳ, 138 vacua.
In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

479 (olim 140, cf. f. 1). Saec. XIV-XV, chart., mm. 278×205, ff. 275.

(F. 4ᵛ). **S. Isidori** hispalensis episc. etymologiarum libri I-XX (M. 82, 9-728); praeunt ¹ (f. 1) index librorum: *De grammatica et partibus eius - siue de instrumentis equorum;* ² (f. 2) epistolae 8. 3-6 s. Isidori et s. Braulionis (M. vol. 80).

Codex littera currenti extra Italiam exaratus videtur. Tituli atque initiales maiores rubra. F. 2 ornatum est frondibus et auro; in marginibus lemmata manu saec. XV. In f. 275 librarii precatio: *Finito libro sit laus et gloria Christo / Explicit hoc totum fac Christe rex mihi notum.* Recensuit hunc codicem Arevalus, Prolegomena isidoriana (M. **81**, col. 894-895).
Codex coopertus est pergamena alba saec. XVI-XVII.

480 (olim 56, cf. f. 1). Saec. XIV in., membran., mm. 287×200, ff. 183.

Olivi Petri Ioannis ordinis minorum opera aliquot; **s. Bonaventurae** epistolae duae; **Digna** (de) **Hugonis** ordinis minorum libellus de finibus paupertatis; quaestiones aliquot.

1. Petri Ioannis ⟨Olivi⟩ ¹ (f. 1ᵛ) postilla in Ecclesiastem. Inc. « Vanitas vanitatum » *Hic incipit tractatus qui quatuor habet principales partes.* Des. *ipsa bona ibi adducentur ut eterna gloria remunerentur in secula seculorum;* praeit praefatio seu postilla in titulum Ecclesiastis, quae inc. *Ad prelibandum in summa aliqua de libro ecclesiastis tria uel quatuor sunt prenotanda. Primo scilicet de materia huius libri* et des. *cum se ecclesiastes uel cum se dauid.* Post clausulam librarii: *Finito libro sit laus et gloria christo... et quicunque diligit nomen domini ihesu sit benedictus. Amen,* ᵃ (f. 20ᵛ) scholium seu quaestio: *Quomodo autem diligere christum sit melius quam offerre sacrificium et quid sit quod Matthaei IX dicitur - exterior actus pietatis ad christum qui est ex genere suo moralis et per hoc patet ad obiecta. Benedictum sit nomen domini ihesu Amen;* ᵇ (ibid.) *Istud*

quod sequitur debet poni circa finem folii praecedentis ad tale signum, idest nonnulla quae librarius in exscribendo opere transegerat. [2] (f. 22). Postilla in Iob. Inc. *Numquit nosti ordinem celi et pones thronum eius in terra, Iob. XXXVIII. Inter cetera quae in diuinis libris sunt potissime attendenda.* Des. *quam nobis parare dignetur filius dei qui pro nobis passus et mortuus in regno glorie cum patre et spiritu regnat in saecula...*

2 (f. 106). Hugonis de Digna libellus de finibus paupertatis iuxta votum minorum rationis examine utcumque declarandis. Inc. *Inferius exarata collatiuncula regulam non arguit quin potius ex regula uel ex eo quod euidentius existit.* Des. *in principio. Amodo et usque in sempiternum. Amen. Hec igitur libasse sufficiat de finibus paupertatis... a fratre hugone de digna de ordine minorum qui fuit uerissime frater minor. Benedictus sit qui canit eum. Amen.*

3 (f. 107^v). S. Bonaventurae epistolae I-II ad quendam provincialem ministrum et provinciales et custodes (epist. officiales 2. 1, in s. Bonaventurae opp. omnia ad claras aquas (Quaracchi) prope Florentiam 1898, 8, p. 470-471 et 468-469).

4. Petri Ioannis Olivi [1] (f. 109) super regulam fratrum minorum. Inc. *Quamuis ex hiis quae in quaestionibus seu tractatibus de perfectione euangelica pro modulo intelligencie mihi date sunt tradita.* Des. *in plena obseruantia euangelii tui ad gloriam et laudem summe et indiuidue ac beatissime trinitatis in secula* (impressa est expositio haec in libro, Firmamentum trium ordinum s. Francisci, Venetiis 1513, f. 106^a bis-124^b, sub titulo: Tractatus sive expositio super regulam s. Francisci secundum divinum Doctorem fratrem Petrum Ioannis). [2] (f. 122). Expositio in Dionysii de angelica hierarchia. Inc. *Venerabilis et electe Dei minister quem mihi pupillo pro uirtuali ac speciali tutela.* Des. *et hoc est quod in parte illa intendit. Post hoc igitur ad librum de ierarchia ecclesiastica transeundum.*

5 (f. 165^v). ⟨Quaestiones septem cum responsionibus de rationibus realibus et aliis rebus⟩. Incipiunt: *Quaeritur utrum sint in aliquo diuersae rationes reales nullam habentes intra se differentiam realem.* Desinunt: *et de potentiis anime et sic de multis consimilibus. Quilibet igitur eligat quod sibi utilius pro fide uidetur.*

6 (f. 168). Petri Ioannis Olivi in cantica canticorum. Inc. *In speculo breui et apto contueri uolentibus continentiam cantici canticorum occurrit sompnium prepositi pincernarum.* Des. *quas qui bibit non sitiet in aeternum. Amen. Benedictus sit christus Ihesus cum sanctissimo patre suo et spiritu sancto Amen. Benedicta sit passio domini ihesu et beata uirgo et tota curia celestis. Et qui hec scripsit et qui composuit sint benedicti a christo. Amen. Finito libro sit laus et gloria Xpisto. Amen.*

Codex littera currenti ac binis columnis in Anglia exscriptus esse videtur. Tituli, fortasse marginibus excisis, desunt, praeterquam in f. 106 ubi rubris litt. scripti sunt; sed manus saec. XVI, quae etiam in f. 183ᵛ parvum indicem operum Petri Ioannis Olivi, titulos in frontibus atque in operum clausulis adiecit. Descripsit hunc codicem Ehrle, *Olivis Leben und Schriften* in *Archiv für Litteratur und Kirchengesch. des Mittelalters, Dritter Band*, Berlin 1887, p. 482, nota 4; meminerunt autem huius codicis editores opp. s. Bonaventurae, l. cit., p. LXXIV et LXXV. Ff. 21ᵛ, 167ᵛ vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

481 (olim 85, cf. f. 1). Saec. XV, membran., mm. 273 × 181, ff. I. 139.

S. Ephraem Syri sermones I-XX Ambrosio ⟨Traversari⟩ interprete. [1] (f. 4ʳ). De paenitentia ⟨et hora novissima⟩. Inc. *Dilectissimi nihil sancte charitatis*. Des. *uiuifico spiritu nunc et semper* (Sermones b. Ephraem edessenae ecclesiae diaconi, fratre Ambrosio eremita camaldulensi interprete, in sacra eremo s. Mariae de Ruah in agro patavino, 1585, f. 1-14ᵛ); praeit (f. 2) interpretis dedicatio ad Cosmum Medicem: *Peregrinum nuper offendi e Syria, ut aiebant, profectum ad nos - iam enim tecum illum relinquo. Vale* (l. cit., f. Xʳ-XII). [2] (f. 20). De iudicio et resurrectione et caritate et compunctione. Inc. *Venite fratres mei omnes*. Des. *trahatur in eternam vitam* (l. cit., f. 14ᵛ-20). [3] (f. 27). De iudicio et resurrectione. Inc. *Venite fratres mei; audite me pusillum*. Des. *portauerit, gloria deo* (l. cit., f. 20-22). [4] (f. 29). De vita et exercitatione monastica. Inc. *Dolor me in uerba compellit*. Des. *benedictus in secula. Amen.* (l. cit., f. 22-41ʳ). [5] (f. 52). De vita monastica. Inc. *Venite dilectissimi venite patres ac fratres*. Des. *renouauit nos in secula...* (l. cit., f. 42-46). [6] (F. 57ʳ). Quod non oporteat ridere sed flere ac lugere. Inc. *Initium peruersionis animae monachi*. Des. *illuminet quoniam ipsi est gloria...* (l. cit., f. 46ʳ-50). [7] (f. 61). Ad animam negligentem. Inc. *Anima quaeso ne concidas*. Des. *per gratiam christi. Amen*. (l. cit., f. 50-51ᵛ). [8] (f. 63). Ad monachos de quibusdam sanctis patribus qui tempore illo requieverant. Inc. *Cor meum doleo*. Des. *uanissimi seculi* (l. cit., f. 51ʳ-54). [9] (f. 66). De armatura monachi. Inc. *Qualem armaturam sibi debet acquirere*. Des. *secundum opus suum. Cui... soli est gloria...* (l. cit., f. 54ʳ-65ʳ). [10] (f. 68ʳ). De paenitentia. Inc. *Dominus qui de alto*. Des. *placuerunt tibi. Quoniam tua est gloria...* (l. cit., f. 65ʳ-69ʳ). [11] (f. 83ʳ). De secundo domini adventu. Inc. *Accedite Filii lucis*. Des. *nomen tuum: patris et filii...* (l. cit., f. 69ʳ-72ᵛ). [12] (f. 86). Admonitio de timore Dei. Inc. *Attende tibi ipse dilectissime*. Des. *irreprehensibilem uitam cui...* (l. cit., f. 72ʳ-75). [13] (f. 89ʳ). De angustia qua premitur anima cum ex pugna contra se hostis infirmior sit. Inc. *Anima angustiis pressa*. Des. *quietis ac luminis gratia domini et saluatoris...* (l. cit., f. 75-79). [14] (f. 93ᵛ). De compunctione ⟨cordis⟩. Inc. *Indultor bono-*

rum omnium fons. Des. *fieri merear in secula...* (l. cit., f. 79-82). [15] (f. 97ʳ). De passione Domini Salvatoris. Inc. *Loqui timeo et narrationem plenam.* Des. *saluare dignatus est. Qui cum* (l. cit., f. 82ᵛ-85). [16] (f. 101). Ad eos qui Filii naturam scrutari volunt. Inc. *Rex celestis: immortalis dominus.* Des. *excellentissimam potestatem in secula...* (l. cit., f. 86-90ᵛ). [17] (f. 105ʳ). De factis antichristi. (in ms. *de Antichristo*). Inc. *Quomodo peccator ego plenusque delictis.* Des. *inenarrabili gaudio in secula...* (l. cit., f. 90ʳ-97ʳ). [18] (f. 113ᵛ). De virginitate. Inc. *De uirginitate et sanctificatione animae.* Des. *ihesu christo sit gloria in secula...* (l. cit., f. 97ᵛ-101). [19] (f. 117ʳ). De laudibus martyrum. Inc. *Insipiens, inperitus, rudis.* Des. *benedictione perfrui. Gratia et misericordia...* (l. cit., f. 101-104ᵛ). [20] (f. 122). Laudatio sanctissimi Ioseph patriarchae. Inc. *Deus Abraham... deus magne atque mirabilis.* Des. *referamus gloriam patri...* (l. cit., (f. 104ᵛ-116).

Codex, qui convenit n. 123 antiqui indicis urbinatis, titulos praefert litteris tum maiusculis tum minusculis rubris, litteras initiales maximas aureas venusta varietate flosculis et coloribus ornatas. In f. 1ᵛ pictura tabularis s. Ephraem Syri ante crucifixi imaginem orantis, aureis lineis ac lapidibus pretiosis pictis decorata. Folii 2 tres margines eadem manu ac stylo ornati quibus folium 1; in parte inferiore circulus ad excipiendam emptoris tesseram gentiliciam. In prima initiali parva s. Ephraem librum gestantis imago. In f. 4ᵛ alterum ornamentum eiusdem pictoris manu. Ff. I, 1ʳ, 136ᵛ-139 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

482 (olim 84, cf. f. 1). Saec. XV, membran., mm. 302×210, ff. I. 153.

F. 3. **S. Cyrilli** archiep. alexandrini thesaurus de sancta et consubstantiali Trinitate libri I-XIV, Georgio Trapezuntio interprete. Lib. I inc. *Si Arriani nos aggrediantur interrogantes utrum unum sit quod ingenitum est.* Lib. XIV des. *suscepto spiritu sancto dei templa efficiuntur ut isti temere contendunt deus non est;* praevio s. Cyrilli prologo, qui inc. *Ad maximos labores tua caritas, frater Nemesine, hortatur* et des. *non paruam putamus utilitatem legentibus futuram* (opp., Parisiis 1572, p. 215-350). Praeit interpretis dedicatio ad Alfonsum Aragonum utriusque Siciliae regem: *Beati Cyrilli thesauros a graeco sermone in latinum serenitatis tuae iussu traduxi – corporis dico et spiritus tibi sit allaturus.*

Codex, qui convenit n. 122 antiqui indicis urbin., titulos praefert rubros, initiales maiores caeruleas, initiales maximas aureas coloribus ac lineis decoratas. In f. 1ᵛ circulus permagnus corona laurea ac floribus circumornatus in quo titulus operis. In margine inferiore folii 2 ornamentum cum floribus ac tessera gentilicia minore F⟨riderici⟩ Urbini C⟨omitis⟩ paulo recentius adiecta. Ff. I, 1ʳ, 153 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

483 (olim. 627). Saec. XV, membran., mm. 282×193, ff. I. 197.

F. 2[v]. **Pauli Orosii** presbyteri hispani historiarum libri I-VIII cum praefatione ad Aurelium Augustinum (in ms.... *contra accusatores temporum christianorum;* M. 31, 663-1174); praeit (f. 1) ex Gennadii libro de viris illustribus caput 40 (ed. Richardson, Leipzig 1896, p. 76).

Codex, qui convenit n. 393 antiqui indicis urbin., titulos praefert minusculos rubros, primo excepto, initiales maiores caeruleas, initiales maximas aureas lineis et coloribus ornatas. In f. 1[v] circulus corona laurea, fructibus, frondibus floribusque decoratus in quo titulus operis. Folii 2 tres margines coloribus picti cum frondibus, floribus, avibus et geniis; in parte inferiore aquila nigra sustentat tesseram gentiliciam minorem Friderici Urbini ducis. Ff. I, 1[r], 195-197 vacua.

Tegumentum codicis aequale ex corio castanei coloris.

484 (olim 122, cf. f. 1). Saec. XV, membran., mm. 280×175, ff. I. 153.

S. Augustini opera aliquot; **Alcuini** de dialectica; liber supputationum b. Augustini (?) ad contemplativae vitae amatores.

1. S. Augustini. [1] (f. 2). Retractationum libri I-II (M. 32, 585-636). [2] (f. 63[v]). Dialogus quaestionum I-LXV ad Orosium presbyterum (M. 40, appendix, 733-752). [3] (f. 85). Epistola 164 (in ms. *ad Eubodium episcopum liber de inferis;* M. 33). [4] (f. 92[v]). De cura pro mortuis gerenda ad Paulinum (M. 40, 591-610).

2 (f. 107). ⟨Albini seu Alcuini de dialectica⟩ (in ms. *s. Augustini iponensis episcopi;* a vv. *Quia mentionem philosophiae* ad vv. *Socrates non disputat;* M. 101, 951-976).

3. *Liber supputationum* b. Augustini *de diuinis scripturis collectus ad eorum presertim utilitatem qui contemplatiuae uitae sunt amatores*, partes I-III. [1] (f. 127). Pars I « *Psalmus*, *Deus misereatur nostri* » inc. *Te deum patrem ingenitum te spiritum sanctum paraclitum... summa trinitas uirtus una et indiscreta maiestas,* des. *cum sine fine et uisio et laudatio ut tu cum illo et ille tecum in comunione sancti spiritus eternaliter ac sempiternaliter uiuis et regnas deus per omnia...* [2] (f. 132). Pars II, *de christi amore et de illa superna ierusalem « psalmus, Eructauit »* inc. *Spes mea christe deus hominum tu dulcis et amator,* des. *et ubi ego sum illic et minister meus erit. Et iterum qui diligit me diligetur a patre meo et ego diligam eum et manifestabo me ei.* [3] (f. 138). Pars III, *ut mens deuota ad a⟨l⟩tiorem contemplationis gradum ascendat « Psalmus: Benedic anima mea dominum... »* inc. *Laudemus deum quem laudant angeli adorant dominationes tremunt potestates... Iungamus uoces nostras uocibus angelorum,* des. *te decet ymnus tibi debetur honor uirtus et fortitudo deo nostro in secula...* Sequuntur preces [a] (f. 144[v]). *Humilis peccatoris confessio et indigni laudatoris,* inc. *Ignosce domine ignosce pie*

ignosce peccatis meis, des. *Beati qui ambulant in domo tua domine in secula seculorum laudabunt te.* [b] (f. 145). *Preces ardentis desiderii ut fidelis anima solum Christum possit amare « Psalmus Confitemini »* incipiunt: *Ihesu nostra redemptio amor et desiderium deus de deo adesto mihi,* desinunt: *intercedente et orante et imperante gloriosa genitrice tua domina mea cum omnibus sanctis. Amen.* [c] (f. 147ᵛ). *Qualiter uir desideriorum et celestium contemplator gemit quotidie dicens se ibi non esse ubi dilectum suum mercatur sicut scriptum est cupio dissolui et cet. « Psalmus Iubilate deo »* inc. *Christe domine uerbum patris qui uenisti in hunc mundum peccatores saluos facere rogo... emenda uitam meam,* des. *da mihi effectum petitionis et desiderii mei precibus et meritis omnium sanctorum.* [d] (f. 149ᵛ). *Hic optat ardore nimio mens pia datorem omnium bonorum dominum, humiliter rogat ut diuine gratie fulta presidio huius constante* (!) *ualente agere...* inc. *Ihesu domine yhesu pie yhesu bone qui mori dignatus es propter peccata nostra,* des. *tota caritate amplexatus sum toto amore inhesi, ipsum laudo benedico atque adoro qui uiuit et regnat...*

Codex, qui convenit n. 56 antiqui indicis urbin., titulos praebet rubros, initiales maiores caeruleas, initiales maximas aureas floribus decoratas. In f. 1ᵛ circulus magnus floribus ornatus cui circumstant quinque circuli minores cum titulis operum. In f. 2 ornamentum una cum floribus ac tessera gentilicia Friderici Urbini ducis posterius addita. Ff. I, 1ʳ, 153 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

485 (olim 74, cf. f. 1ᵛ). Saec. XV, membran., mm. 314×199, ff. I. 160.

SS. Basilii, Gregorii Nysseni et Nemesii emeseni aliqua.

1 (f. 2). S. Basilii homiliae I-IX in Hexaemeron, Rufino interprete (M. Patr. gr. 29, 5-207).

2 (f. 64ᵛ). S. Gregorii Nysseni de opificio hominis, Dionysio Exiguo interprete (de editionibus cf. Fabricius-Harles, Biblioth. gr., 9, p. 102); praeeunt [1] (f. 62) Dionysii Exigui epist. ad Eugenium presbyterum (ed. Mabillon, Vetera Analecta, Parisiis 1723, p. 39). [2] (f. 62ᵛ) s. Gregorii Nysseni praefatio ad fratrem suum Petrum (Mabillon, l. cit.).

3 (f. 106ᵛ). ⟨Nemesii emeseni episc. (in ms. *Gregorii Nyseni*) de natura hominis, Burgundione pisano interprete⟩. Inc. *Hominem ex anima intellectuali et corpore optime constructum.* Des. *non propter utilitatem illorum abstulerunt* (Gregorii Nysseni opp., Argentorati, 1512; cf. M., Patr. gr. 40, 490); praeit Burgundionis interpretis epist. ad Fridericum ⟨Barbarossa an. 1155⟩ (Martene-Durand, Veterum scriptorum collectio, Parisiis 1724, 1, p. 827).

Codex, qui convenit n. 109 antiqui indicis urbinatis, titulos praefert rubros, initiales maiores caeruleas, initiales maximas aureas lineis et coloribus decoratas. In f. 1ᵛ

magnus circulus ornatus floribus in quo imperfectus titulus contentorum in codice. Folii 2 tres margines coloribus picti una cum bestiis, floribus ac tessera gentilicia fridericiana minore. Ff. I, 1^r, 61^v, 156 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

486 (olim 62, cf. f. 1). Saec. XV, membran., mm. 273 × 195, ff. III. 140.

Pseudo Ignatii et **s. Polycarpi** epistolae; **Antonii** abbatis epistolae, Valerio de Sarasio interprete; **s. Hermae** pastor; **Sixti** enchiridion, Rufino interprete.

1 (f. 1). ⟨Pseudo⟩ Ignatii epistolae I-XII (Funk, opera patrum apost., Tubingae 1881, 2, p. 55-213; praeunt [1] (f. II) ex s. Hieronymi de viris illustribus capita 16 et 88 (ed. Richardson, Leipzig 1896); sequitur [2] (f. 43) Heronis laus s. Ignatii (Funk, l. cit., p. 214).

2 (f. 43^v). S. Polycarpi epistolae ad Philippenses (Funk, op. cit., Tubingae 1887, 1, p. 267-281).

3 (f. 47^v). Antonii abbatis epistolae I-VII ⟨interprete Valerio de Sarasio⟩ (M. Patr. gr. 40, 977-1000); sequitur (f. 69) ex s. Hieronymi de viris illustribus caput 88 (ed. cit.).

4 (f. 69^v). S. Hermae Pastor (Funk, l. cit, p. 335-563).

5 (f. 130^v). Sixti sive Xyxti sive Sexti enchiridion, interprete Rufino (Mullach, Fragmenta philosophorum graec., Didot 1883, 1, p. 523-531; in ms. additur in fine sententia: *Immunde autem anime nil audeas de deo dicere;* praeeunt s. Hieronymi et s. Augustini testimonia de libello sententiarum Sixti philosophi.

Codex, in indice urbin. antiquo n. 121 signatus, titulos, initiales atque ornamenta praebet uti codex superior, ab iisdem enim scriba ac rubricatore exaratus ac pictus est. In f. III^v circulus alia manu floribus ornatus, quem circumdant quatuor circuli minores cum titulis operum. In f. 1 ornamentum auro pictum cum floribus ac tessera gentilicia fridericiana.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

487 (olim 707, cf. f. 2). Saec. XV, membran., mm. 360 × 225, ff. II. 252.

Roderici Sancii ⟨de Arevalo⟩ episcopi palentini historia hispanica ab adventu Herculis ad tempora Henrici IV ⟨1469⟩ libri seu partes I-IV (Schott, Hispania illustrata, Francofurti 1603, 1, p. 121-246); praeit tabula rerum memorabilium seu index capitum, quae iterantur in textu suo quaeque loco.

Codex, qui convenit n. 425 antiqui indicis urbin., exaratus est a Friderico Veterano, qui in f. 250 haec adiecit: *MDXXIIII die IIII Septembris hunc librum aperui et cum eum inuenissem manu mea iamdiu exaratum uiuente Illustrissimo Duce Federico*

hic me subscripsi et lachrimas ac infinita suspiria innouaui non aliter quam si Dux ipse eodem die decessisset et ob memoriam tantarum lachrimarum nouique doloris hic me subscripsi ut in aliis codicibus obseruaui in hac bibliotheca constitutis. Federicus Veteranus manu propria. Tituli rubri, initiales tam maiores quam maximae aureae coloribus floribusque decoratae sunt. In f. 1^v circulus auro, floribus, avibus ornatus, in quo titulus operis. Folii 20 margines ornati sunt auro, floribus, fructibus, geniis, insignibus ac tessera gentilicia Friderici ducis manu ipsius Veterani (cf. codd. 420, 423); in prima initiali Roderici Sancii sedentis vestibus episcopalibus induti imago et fortasse ab eodem picta est colorum splendore sed imperita arte. Ff. I, II, 1^r, 18^v, 19, 250^v-252 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VIII et Fr. Laur. Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

488 (olim 66, cf. f. 2). An. 1473, (cf. f. 137^v), membran., mm. 328×210, ff. I. 179.

Origenis periarchon; **s. Pamphili** m. apologia, **Rufini** epilogus.

1 (f. 3). Origenis periarchon libri I-IV, Rufino aquileiensi interprete, praeeunte prologo interpretis (M. Patr. gr. 11, 111-412, B. 11, quia abrumpitur sub finem vv. *quod et propheta dicit reminiscentur*).

2 (f. 139). S. Pamphili martyris apologia pro Origene, praeeunte Rufini interpretis praefatione (M. Patr. gr. 17, 539-616).

3 (f. 172). Rufini epilogus in apologiam s. Pamphili martyris ad Macarium seu de adulteratione librorum Origenis (M. l. cit., 616-632).

Codicem, cui numerus 120 in antiquo indice urbin. obtigit, *Petrus de Traiecto scripsit MCCCCLIII. XXVIIII Iunii,* uti monet in subscriptione f. 137^v. Tituli maiusculis rubris, initiales maximae aureae lineis et coloribus ornatae sunt. In f. 1^v circulus floribus ac tessera gentilicia Friderici Urbini ducis decoratus in quo tituli operum. In f. 2 ornamentum tripertitum pictum auro cum avibus, floribus ac tessera gentilicia fridericiana nunc aliquantum evanida. Ff. I, 1^r, 178, 179 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

489. Saec. XVI, chart., mm. 325×225, ff. 94.

Memorie della vita di Francesco Maria ⟨I Urbini ducis⟩. Incipiunt mutilae initio a captivitate ducis Francisci Mariae... *favore al Marchese mantuano dis*⟨e⟩ *che non senza iusta querela di esso Francesco che non auesse in suo adiuto il ponte passato cum grauissimo incharicho ne fu notato.* Desinunt cum obsidione Faventiae vv.: ⟨Francesco Maria⟩ *per non perder tempo ne la impresa la memoria in altro pensiero riuolgeua. Occurriuali nel discurso donar il guasto alli frumenti arbori etc....*

Codex littera currenti scriptus nullo ornamento distinguitur.

Coopertus fuit pergamena alba saec. XVI-XVII.

490. Saec. XVI, chart., mm. 312 × 210, ff. 271 (— ff. 55, enumeratio enim incipit a f. 56).

⟨Urbani de **Urbanis** commentarii de Francisco M.^{a} I et ducibus urbinatibus libri I-IX⟩. Lib. I inc. *Ogni animato che si troua quagiu sotto il corso del Cielo desidera per naturale istinto la lunghezza del uiuer suo.* Abrumpitur lib. IX vix inceptus: *se spinse a san Landeccio pur Luogho d'Arimino dentro accettato senza contrasto con la prossima norma del uicino esempio.*

Codex videtur scriptus eadem manu auctoris, uti multae liturae atque emendationes suadent. De hoc auctore cf. Grossi, *Uomini illustri di Urbino*, Urbino 1819, p. 120.
In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

491 (olim 690, cf. f. 1). Saec. XV, membran., mm., 333 × 225, ff. 166.

Poggii ⟨Bracciolini⟩ historia florentina ab origine urbis usque ad an. 1455 libri I-VIII; praeit **I a c o b i P o g g i i** filii praefatio ad Fridericum feretranum Urbini principem (Muratori, Script. rerum ital., 20, p. 191-434).

Codex, quem scripsit *G*⟨undisalvus⟩ *Hispanus* (cf. f. 163^{v}), convenit cum numero 476 antiqui indicis urbinatis. Initiales maximae sunt argenteae coloribus, floribus ac frondibus aureis ornatae. In f. II^{v} tabula cum imagine equestri Friderici Urbini ducis; in summa tabula ad maris oram urbs, fortasse Volaterra, perita manu picta et infra Friderici effigiem Victoriae sedentis imago. In f. 1 ornatissimo floribus, fructibus, candelabris, bestiis, insignibus ac tesseris gentiliciis F⟨riderici⟩ D⟨ucis⟩ aedes sacra; in f. 4^{v} urbis Florentiae topographia cum nonnullis aedificiis auro pictis; in f. 5 alterum ornamentum. Ff. I, II^{r}, 164-166 vacua.
In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VIII ac Fr. Laur. Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

492 (olim 1254). An. 1615 (cf. f. VI^{r}), chart., mm. 310 × 209, ff. X. 435.

F. 1. **Sebastiani Maccii** durantini de portu pisaurensi libri I-II. Lib. I inc. *Veteres urbium conditores in eligendis nouo populo ad incolendum sedibus eam locorum ac regionum rationem prudentissimo iudicio secuti sunt.* Lib. II des. *et Reipublicae Christianae incremento et suis subditis saluti in perpetuum existat.* Praeeunt [1] (f. I) titulus operis: *Sebastiani Macci... libri II. In quibus uera ac perfecta portuum faciendorum atque conseruandorum Idaea rationibus et exemplis demonstratur. Adduntur et multa de uetustate ac nobilitate Vrbis Pisauri, quae haud amplius in lucem hactenus edita aut animaduersa fuerunt;* [2] (f. II) auctoris epistola Francisco a Ruvere Urbini duci VI: *Portum, serenissime Princeps, post longam ac laboriosam nauigationem aliquando tandem attigi - uitam traducere perpetuo possint. Dat. Pisauri VIII Idus Ianuarias MDCXV;* [3] (f. VIII) index capitum; libri I capita I-XX, incipiunt: *Portus fuisse ab antiquis institutos propter ciuitatum durationem...* cap. II. *De Pisauro eiusque deliciis et commodis;* libri II

capita I-XXX; cap. I: *Franciscus Maria Dux consultat de Portu Pisaurensi, et nouum facere decernit*; cap. XXX. *Inscriptiones aliorum.*

Codicem *manu auctoris exaratum* esse affirmat auctor ipse in f. 435. Inter ff. 422-423 inserta est pagina typis impressa, in qua aere incisa est tessera gentilicia Fr. Mariae II urbini ducis: infra inscriptio: *Francisco Mariae - Et felicitas aeterna MDCXIIII;* inferius epigramma: *Natura obstupuit timuit Neptunus et omneis - robur erit. Pisauri apud Hieronymum Concordiam Superiorum permissu. 1614.* F. VII vacuum.

Tegumentum ex corio rosaceo cum ornamentis, tesseris gentiliciis duabus Fr. Mariae Urbini ducis VI et titulo operis auro impressis.

493. An. 1620 (cf. f. 233v), chart., mm. 348×236, sed a f. 147, mm. 360×243, f. 233 (+ ff. 176 a, b).

Genealogiae familiarum nobilium Castiliae et regum Navarrae, lingua hispanica.

1. F. 1. *Prymera parte De los linases illustres de la Corona de Castylla, Sacados Para la Libreria del Serenissimo señor Franzisco Maria de la rouere Ducque de Urbino.* Libri I caput I, *Casa de Padylla adelantados de Castylla,* inc. *Los padillos son muy antisguos Caballeros.* Lib. I vigintiquinque familiis constans des. cum genealogia *de los Duques de Altamura* vv. *Cabrera y ribera;* f. 149, lib. II viginti et una familia constat; caput I *Sarmientos sa Marta Condes de Salinas...* inc. *Los de Sarmiento proseden de la Casa de Villamayor,* ultimum caput, *Casa de Aro,* des. vv. *Don Diego Lopez de Aro fue marque del Carpio por mez del rey d. Felipe.*

2 (f. 226). *Genealojia de los Reyes de Nabarra.* Inc. *Hame parejido en esta secunda parte.* Des. *Duque de Borgona y milan Conde De Flandes.* In marginibus signantur fontes et libri impressi e quibus desumptae sunt hae genealogiae.

Codex littera currenti scriptus nullis ornamentis distinguitur; olim in duo volumina dispertitus postea cum in unum volumen compactus novis numeris distinctus est in summis foliis. Plura folia vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Tosti card. bibliothecarii.

494. Saec. XVI-XVII, chart., mm. 340×238, ff. 110.

Iacobi de Voragine archiep. ianuensis, ord. praedicatorum, chronica de civitate Ianuensi ab origine urbis usque ad an. 1297, partes I-XII (Muratori, Script. rerum ital., 9, p. 5-56). Sequitur (f. 103) tabula in chronica ordine elementorum: *Auaritia fuit causa edificationis prime Ciuitatis - Zelotipiam non debet mulier habere de uiro suo. Exemplum de Gorgia magno philosopho lib. 8o cap. 3.*

Codex, littera currenti scriptus nullis ornamentis distinguitur. In f. 109 librarii manu: *Sicut naviganti dulcis est Portus, Ita scriptori ultimus versus.* Ff. 101v, 102, 109v, 110 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Tosti card. bibliothecarii.

495 (olim 982). Saec. XVI, chart., mm. 345×236 ff. XXV. 271 (+ ff. 164 a-f).

Cafari de Caschifellone, continuatorum et **Barth. Senarega** annales ianuenses; tabulae consulum, magistratuum et familiarum ianuensium.

1 (f. 1). Cafari ianuensis et continuatorum annales ianuenses ab an. 1099-1294 (Pertz, Monumenta Germ. hist., Scriptores, 18, p. 11-356; deest tantum in fine subscriptio notarii; praeeunt [1] (f. II) tabula seu index codicis; [2] (f. IIv) tabulae elementorum ordine consulum communium (cf. Olivieri, *Atti della Società ligure di Storia patria*, vol. I, fasc. III, Genova 1860, p. 1 et seqq.); [3] (f. V) *consules Placitorum;* [4] (f. VIII) *Consules pro Iusticiis...*; [5] (f. VIIIv) *Illorum qui Potestates appellabantur* ⟨ordine chronologico⟩; [6] (f. IXv) *capitaneorum;* [7] (ibid.) *octo nobilium Ellectorum...* ⟨ordine alphabetico⟩; [8] (f. XIv) *Rerum omnium optime gestarum Maleque et aduersas* (!); [9] (f. XIX) ⟨nonnullae observationes notabilium latine vel italice⟩, inc. *Anno 1161 dicit preterea unum de sociis scilicet Obertum Spinolam*, des. *Anno 1148 illi de portu mauritio fusis precibus* ⟨ad⟩ *pedes consulum et nobilium Ciuitatis uenerunt;* [10] (f. XXIV) *Copia dell'Istrumento della pace fra Genouesi e Pisani 1188* (Olivieri, *Atti della Società ligure di Storia patria,* l. cit., p. 368); [11] (ibid.) *tabula illorum ciuium a quibus XXVIII familiae quibus An. 1528 Rempublicam mandato XII Reformatorum administrari debent* (!) *originem habuere* ⟨an 1100-1245⟩ *et primo,* inc. *Cattanea familia,* des. *De Centuriona familia Promontoria, Pinella et Salua in hoc uolumine non adsunt uiros nominatos* (!). Acta quae recensentur in foliis I-XXIV reperiuntur eodem ordine disposita in codice n. 2, quem descripsit Olivieri in *Carte e cronache manoscritte per la storia genovese,* Genova 1895, p. 4-5.

2 (f. 165). Bartholomaei Senarega commentaria de rebus ianuensibus ab an. 1488-1514 (Muratori, Script. rer. ital., 24, col. 513-634: in fronte tituli notula: *Hoc titulo insignitum reperi librum hunc Ianuae in scripto codice apud Iacobum Philippum Seminum eiusdem urbis bibliopolam. Zacagnius.*

Codex littera currenti scriptus est duabus manibus, prima exaravit ff. 1-164, secunda ff. 165-270; nullis ornamentis distinguitur. Ff. II, XXV, 164 a-f., 270v, 271 vacua.
In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Tosti card. bibliothecarii.

496 (olim 768). Saec. XV, membran., mm. 347×235, ff. II. 206.

Bartholomaei Fatii de rebus gestis ab Alfonso I neapolitanorum rege usque ad obitum Nicolai V papae an. 1455, commentariorum libri I-X (Burman, Thesaurus antiq. et hist., Lugduni 1723, 9, parte III, p. 1-188).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 417 signatur, titulos praefert rubros, litteras maximas aureas lineis et coloribus ornatas. Folii 1 margines lineis, coloribus, bestiis ac tessera gentilicia Friderici Urbini ducis decorati sunt, in his ornamentis Friderici Vete-

rani alluminatoris imperiti manum agnoscere mihi videor, cf. eiusdem ornamenta in codd. 419-420. In littera initiali Alfonsi Aragonum regis neapolitani imago picta est alia manu peritiore: sed nunc haec imago est aliquantum foedata. Ff. I, II, 205, 206 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Innocentii XI ac Fr. Laur. Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

497-498. Saec. XV in., chartacei.

Polydori Vergilii urbinatis anglicae historiae libri.

I. (**497**) mm. 300×237, ff. 309.

F. 7. Anglicae historiae libri I-XV (in ms. *I-XIII*, quia VII etiam VIII et VIII IX-X editionum comprehendit). Lib. I inc. *Britannia omnis quae hodie Anglia appellatur insula est in Oceano contra gallicum littus, dividitur in quatuor partes quarum unam incolunt Angeli, alteram Scoti, aliam Walli, quartam Cornubienses.* Lib. XV (*XIII* in ms.) des. *sicuti etiam multi claruerunt militari disciplina de quibus transeunter supra meminimus* (verbis et divisione librorum differt ab ed. Basileae 1536); praeeunt [1] (f. 2) M. Antonii Vergilii Battiferri auctoris pronepotis epistola donationis voluminum Francisco Mariae II Urbini duci, quae inc. *Decreueram cum primum reperii uolumina haec Anglicae historiae Polydori Vergilii manu ipsius Auctoris conscripta* et des. *et Federicum principem diu incolumes seruare precor. Urbini. Nonis Septembris MDCXIII;* [2] (f. 4) auctoris epistola dedicationis ad Henricum VIII regem, quae inc. *Rex Henrice praestantissime. Commune semper cunctis mortalibus suae fragilitatis sibi consciis studium fuit estque continenter commentandi sese* et des. *per quae uel publicis uel priuatis rebus consulatur. Amen.*

Codicem littera currenti cum multis emendationibus manu ipsius auctoris fuisse conscriptum perperam putavit auctoris pronepos, nam quid contra affirmet Veteranus vide in subscriptione codicis sequentis. In f. 1 aedificii frons una cum tessera gentilicia atque insigni Francisci Mariae II a Ruvere calamo delineata. In fronte titulus: *Polydori Vergilii / Vrbinatis / Anglicae Historiae / Autographa / Francisco Mariae II / Vrbini duci VI / A. M. Antonio Auctoris pronepote / D. D.* In ornamentis sententiae: *Proficit umbra. Virtutis honos uer agit perpetuum.*

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Tosti card. bibliothecarii.

II. (**498**) in duas partes divisum, mm. 358×265, ff. 143 et 144-298.

Polydori Vergilii historiae anglicae libri. 1 (f. 1) libri XVI-XXII (in ms. *XIV-XX*). Lib. XIV inc. *Proceres cognita regis Ioannis morte.* Lib. XX des. *ac eius gloria illustrissimus* (l. cit., p. 288-459, sed post ultima verba editionis adduntur: *Item pius atque catholicus aequi iustique amator qui suas semper uictorias Deo dumtaxat acceptas referebat*, sequuntur duae lineae quae calami ductibus deletae sunt); praeit monitum M. Antonii Vergilii de Battiferris auctoris

pronepotis: *Principium huius libri... impressis est in initium libri XVI - et magnum iudicii prudentiam ostendere quisque nouerit.* 2 (f. 147^v). Libri XXIII-XXVI (in ms. *XXI-XXIIII*). Lib. XXIII diversimode ab edito inc. *Angli principes post immaturam Henrici regis mortem et si magna de spe ceciderunt... tamen magnis animis res tam transmarinas quam domesticas curare student. Nam cum primum Humfredus Glocestrensis in Angliam reuertitur;* f. 190, lib. XXIV; f. 214^v, lib. XXV; f. 235^v, lib. XXVI differt in fine ab edito et des. *Quod sane uitium* ⟨avaritia⟩ *cum in priuato homine malum sit... in Principe uero pessimum habetur utpote quod nocet: quando fidem iustitiam ac probitatem peruertit quibus respublica regenda est* (l. cit., p. 460-617, lin. 12). 3 (f. 275). Lib. XXVII (in ms. *XXV*). Inc. *In superioribus huius operis uoluminibus satis abunde explicauimus quemadmodum in Ricardo rege eius appellationis secundo omnis regum uirilis stirps defecerat ac non multo post,* loquitur de electione Henrici VIII et de eius pugnis cum rege Scotiae Iacobo IV usque ad mortem huius et des. *Corpus postea deportatur ad coenobium monachorum ordinis Cartusiensium... ibique diu inhumatum seruatur propterea quod Iacobus in rumpendo foedere, uti supra exposuimus, excomunicationem incurrerat;* in margine sinistro additum est: *quando de corpore humando constiterit tunc reliqua addentur.*

Codex littera currenti cum multis lituris, emendationibus, additamentis in interpolatis foliis eadem manu scriptus est qua codex superior. In f. 298^v: *Ego federicus Ludovici Veterani urbinatis scripsi totum opus:* et reapse Veterani manus est alioquin nota ex multis codicibus et manuscriptis. Neque improbabile putandum Veterano scriba usum fuisse Vergilium in hac alia, quam parabat, sui operis recensione. Idem librarius ibidem haec monita inscripsit: *yehsus. Memoriale monialibus sanctae Clarae de Urbino uti bene conseruent istud opus tempore bellorum etc. quibus sedatis opus ipsum reddiderunt. Ideo etc.* Infra: *Hic alligati sunt quinternii uiginti uni scripti Historiae Anglicae scriptae pro Rege Angliae: Item quinternii quinque de exemplari dictae historiae. Rogo ut bene conseruentur simul cum aliis. In Coenobio uenerandarum monialium sanctae Clarae de Urbino quousque bella deo fauente cessabunt.* Inferius: *P. Quinterno quintodecimo et ultimo signato per littera P. Deo gratias. Amen.* Ff. 297, 298^r vacua.

In tegumenti dorsis tesserae gentiliciae Pii IX et A. Tosti card. bibliothecarii.

499-500. Saec. XVII in., chartacei, mm. 277 × 204.

I. (**499**) ff. II. 343.

Varie compositioni in Theologia del Sig. **Nicolò di Vito Gozzi,** *Gentil' huomo Raguseo Dottore in Theologia, et Filosofia, et nell'Accademia degl'Insensati di Perugia detto l'occulto; Dedicate da Vito suo figliuolo al serenissimo signor Francesco Maria Duca d'Urbino. L'anno 1611 li 28 d'Aprile.*

1 (f. 1). *Lettioni* ⟨I-X⟩ *sopra il Quarto delle Sentenze lette nel Domo di Ragusa... del 1601 de Gennaro.* Lectio I inc. *Doppo che il Maestro delle Sentenze*

hebbe dimostrato e ragionato con uarii e diuersi mezzi i profondi misterij della santa Trinità. Lectio X des. *Item in qual parte dell' anima nostra il carattere si imprima e quali sacramenti imprimono il carattere.* **2** (f. 102). *Lettioni quatuordeci sopra il Capo Primo dell'Euangelio di san Giouanni... fatte nel Domo di Ragusa... e cominciate la prima Domenica di Decembre del 1601 e finite doppo la Pasqua della Resurretione del 1602.* Lectio I inc. *Sogliono quelli, li quali si mettono esspuor* (!) *le sacre lettere manifestar prima l'Auttor di quelle.* Lectio XIV des. *questo è la nostra uera scienza, hor concludiamo in questa lettione cinque cose che habbiamo uisto etc.* **3** (f. 235). *Lettioni* ⟨I-XII⟩ *sopra il Cap. V di Paulo Apostolo ad Romanos fatte da... 1603.* Lectio I inc. *Iustificati autem ex fide... La Ebrea antica Religione ordinata dal grande Iddio per amastramento* (!) *e culto del popolo d'Israel.* Lectio XII des. *il quale con la sua singolar potenza ha disfatto il Regno loro, e stabilito in eternum il Regno di giustizia e di uita. Amen.*

Codex littera currenti scriptus nullis oruamentis distinguitur. In f. I^r^ titulus alia manu; in f. II^v^ index operum primi tomi manu librarii. Ff. I^v^, II^r^, 101^v^ vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et Io. Bapt. Pitra card. bibliothecarii.

II. (**500**) ff. IV. 266.

Idem titulus qui in codice superiore. **1** (f. 1). *Sopra il Capo 2° in Genesi uerso 8 De Paradiso* ⟨Lectiones I-X⟩. Lectio I inc. *Siccome la maestà di Dio prima uolse crear con la sua infinita sapienza tutto il Mondo, et li suoi Animali irragioneuoli e finalmente l'homo.* Lectio X des. *pena peccati est, et suplicium nominatur, e vedi il Belarmino Tomo Terzo,* fol. 213. *Hor concludiamo quanto nella presente lettione habbiamo detto, e prima.* **2** (f. 88). *Le tredeci Lettioni de Vsuris.* Lectio I inc. *La ingordigia humana del Denaro l' appetito grande del guadagno la uitiosa cortesia di imprestare.* Lectio XIII des. *che non son tuoi ma di ciascuna. Hor concludiamo quanto nella presente lettione habbiamo demostrato, e prima.* **3** (f. 195). *Lettioni* ⟨I-II⟩ *de Indulgentiis.* Lectio I inc. *La legge antica per occasione del peccato nostro e stata ministra d'ira diuina della Morte nostra.* Lectio II des. *quo Basilicas illas deuotius uisitauit. Hor concludiamo la nostra presente lettione nella quale habbiamo detto, e prima.* **4** (f. 214). *Lettione unica della Esscomunicatione.* Inc. *Doppo che habbiamo uisto la materia della Indulgenza con la quale il misericordioso Dio si dimostra nella sua Santa Chiesa pietoso.* Des. *e molti altri Dottori. Hora è tempo di concluder quanto nella presente Lettione habbiamo detto, e prima.* Infra: *Nota perche la presente lettione non lessi, perche così li fu imposto dal Rettor et Minor Consiglio, per caggion che quel anno erano amazzati due frati Agostani* (!) *et un frate:* deinde alia manu: *per*

ordine del senato. **5** (f. 224). *Lettioni* ⟨I-II⟩ *de partu Virginis.* Lectio I inc. *Del gran celeste parto qual fece una uerginella ebrea del figlio di Dio nella Cità di Betlem.* Lectio II des. *oue tutte le perfettioni et dignità in Lei si conseruano. Hor concludiamo quanto etc.* **6** (f. 239). *Le tre Lettioni contro li Ebrei.* Lectio I inc. *Hauendo preueduto Esaia Profeta la ostinatione della incredulità Vostra miei diletti fratelli Ebrei, si lamenta di uoi dalla parte di Dio nel capo primo della incredulità uostra.* Lectio III des. *e tanti potentissimi Re et Imperatori del Mondo si sono inchinati e Dio ui conserui per essempio delli ostinati.*

Codex eadem manu scriptus qua codex superior eidemque duci dono datus. In f. III titulus, in f. IV^{v} parvus index operum manu librarii. Ff. I, II, III, IV^{r} 263^{v}-266 vacua.

Codex coopertus pergamena alba codicis aequali.

APPENDIX

AD DESCRIPTIONEM PICTURARUM

1.

Biblia. Vetus Testamentum.

1 (f. 1[r]). Pagina picta. Septem coronis laureis auro pictis insunt in margine superiore Iesu Christi caput radians, utrinque duo angeli adorantes, in marginibus dextero et sinistro inter duo candelabra, puerulis ac tesseris gentiliciis Friderici ducis ornata, quatuor prophetarum imagines clypeatae; in margine inferiore duo angeli manu sustentant tesseram gentiliciam Friderici Urbini ducis, manu lancem igne ardentem super eam elevatam sustinent.

2 (f. 2). Pagina picta. Circuli octo auro picti, in tribus imagines clypeatae Moysis, David, Salomonis, in quinque aliis circulis dextrorsum sinistrorsum et infra quatuor insignia ac tessera gentilicia Friderici ducis: candelabra quatuor cum fructibus, ornamenta florum, avium, cervorum, quibus interdum puelli insident.

3 (ibid.). In initiali F s. Hieronymus sedens ad tabulam scriptoriam tradit monacho (Ambrosio) genuflexo epistolam; in umbra litterae initialis camporum prospectus.

4 (f. 4[v]). In initiali D s. Hieronymus sedens epistolam tradit tabellario; in umbra regionum prospectus.

5 (f. 6[v]). Genesis. Pagina picta auro et coloribus; in marginibus insignia quatuor ac tesserae tres Friderici ducis, candelabra et puelli duo, in media pagina pannus sericus viridis cum titulo litteris aureis capitalibus.

6 (f. 7). Pagina picta. In septem circulis imagunculae; [1] Deus Evam e costa Adami dormientis format; [2] in paradiso terrestri Adam et Eva a serpente ad peccatum illecti; [3] Adam et Eva ab angelo flammeo colore suffuso expelluntur e paradiso; [4] Adam terram ligone submovet adstante Eva, quae e colo stamen ducit, ad eius pedes pueruli Cain et Abel ludunt, in umbra Deus loquitur protoparentibus; [5] Cain super altare offert frumenti spicas, Abel agnum, sursum Deus; [6] Cain

Abelem humi supinum occidit; [7] Caino vel Lamech venatum eunti cum filio inter arborum ramos apparet caput hominis.

7 (ibid.). In initiali I septem circuli, in quibus [1] Deus sedens creat caelum et terram assistentibus seraphim; [2] Deus sedens genibus sustinet mundum vacuum; [3] Deus sedet, in mundo apparent mare et arida; [4] Deus sedens ad caelum respicit e quo sol et luna collucent; [5] Dei sedentis pedibus apparent animalia; [6] Deus incurvus benedicit Adamo iam plasmato; [7] Deus sedens assistentibus duobus angelis requiescit ab opere; hinc inde hagiographorum duodecim imagines clypeatae.

8 (f. 27). Exodus. Tabula. Ingressus filiorum Israel in Aegyptum cum camelis et sarcinis. In marginibus sex circuli cum imagunculis; [1] Pharao hebraeos laboribus subicit; [2] hebraei aedificium construunt; [3] Pharao sedens in throno praecipit duabus mulieribus genibus flexis occisionem masculorum Israel; [4] soror Moysem parvulum in cista aquae innante moerens prospicit; [5] filia Pharaonis comitantibus ancillis puerulum invenit; [6] eadem parvulum matri tradit.

9 (f. 43). Leviticus. Tabula cum pictura sacrificii ab Aaron confecti; dextrorsum Moyses alloquitur hebraeis; in umbra Moyses in summo monte genua flectit ante Dei conspectum.

10 (f. 55v). Numeri. Tabula cum castris Hebraeorum et ante tentorium Moyses tribuum ductores alloquitur; in umbra tentoria alia.

11 (f. 72). Deuteronomium. Tabula. Moyses tabulas legis ferens alloquitur omnem Israel trans Iordanem in solitudine campestri; in umbra Deus praecepta dat Moysi, populo ad radices montis orante.

12 (f. 86v). Initialis F, s. Hieronymus in papyro genibus imposito scribit.

13 (f. 87v). Liber Iosue. Tabula. Iosue equo insidens comitantibus ducibus Israel; in umbra Deus in gloria sua veniens loquitur ad Iosue genua flectentem.

14 (f. 97v). Liber Iudicum. Tabula. Expugnatam Hierusalem filii Iuda incendio tradunt.

15 (f. 108). Liber Ruth. Tabula. Elimelech e Bethlehem peregrinatur cum uxore Noemi ac duobus liberis (Mahalon et Chelion), asinus prope pascit; in umbra dextrorsum Elimelech cum suis iam pervenit in regionem moabitidem, inferius Ruth socrum suam in patriam revertentem comitatur; sinistrorsum Ruth socrum suam non vult a se abire, inferius Ruth colligit spicas; in umbra urbes.

16 (f. 109v). Initialis V, imago clypeata regis globum sinistra et sceptrum dextera gerentis.

17 (f. 110v). Regum liber I. Tabula in duas partes divisa; in sinistra Elcana partem sacrificii in lance dat Annae ploranti, quam Phenenna quinque filiis comitantibus prospicit; in dextera Anna ante sacerdotem Heli genibus flexis precatur.

18 (f. 125). Regum lib. II. Tabula. David in throno sedens adolescenti praecipit ut irruens occidat amalecitam, in umbra amalecita occisum Saulem despoliat.

19 (f. 138). Regum lib. III. Tabula. Davidi in lectulo recumbenti adstat Abisag sunamites; ad oram lectuli Bersabea cum puero (Salomone), Nathan propheta cubiculum ingreditur.

20 (f. 152ᵛ). Regum lib. IV. Tabula in duas partes divisa, in sinistra Ochoziae in lectulo recumbenti multis adstantibus Elias propheta praedicit mortem imminentem; in dextera imagines minoris moduli; [1] Ochozias cadens e caenaculo; [2] angelus ad Eliam alloquitur; [3] nuntii regis consultant Beelzebub deum Accaron; [4] Elias occurrit nuntiis regis; [5] Elia orante ignis descendit e caelo et devorat principem quinquagenarium cum suis militibus: infra tabulam tres pueri ludunt cum cane.

21 (f. 166). Initialis Q, dimidia imago s. Hieronymi cum alio sancto fortasse Domnione.

22 (f. 166ᵛ). S. Hieronymi dimidia imago.

23 (f. 167). Paralipomenon lib. I. Tabula. Adam, Eva, Cain, Abel, Mathusalem (?), Noe, Abraham, Moyses, David, Salomon, et plurimi alii, quorum genealogiae in libro Paralipomenon describuntur; in umbra turris babelica. In ornamenti quatuor taeniis nomen (pictoris?) I. M., ter in unaquaque taenia scriptum.

24 (f. 179). Paralipomenon lib. II. Tabula in duas partes divisa. In dextera Salomon in throno fastigiato aulicis assistentibus, in sinistra Salomon ad altare aeneum ad radices Tabor sacrificia offert, populo orante; in umbra Deus apparet Salomoni (dicens: postula quid vis), Salomon equo vectus ab excelso monte Gabaon descendit in Hierusalem, pastor (David?) cum grege.

25 (f. 195). Oratio Manasse. Initialis D, Manasse rex orans.

26 (f. 195ᵛ). Initialis V, Esdrae orantis caput radii e caelo tangunt.

27 (f. 196ᵛ). Esdrae lib. I. Tabula. Rex Cyrus in templo reddit vasa templi Salomonis; in umbra dextrorsum aedificatio muri Hierusalem, sinistrorsum filii Israel ascendunt ad aedificandum templum.

28 (f. 201). Neemiae liber. Tabula. In media tabula Artaxerses, comitante regina, stans epistolam consignat Neemiae, dextrorsum Neemias pincerna Artaxersi regi et reginae et aliis sedentibus in convivio ministrat, sinistrorsum viri Iuda veniunt ad Neemiam: infra tabulam puer ludit cum cane.

29 (f. 207). Esdrae liber III. Iosias cum levitis ante arcam sanctam super altari positam sacrificium offert, utrinque populo orante; in umbra dextrorsum pastor custodit oves, sinistrorsum bubulcus armenta.

30 (f. 213). Initialis M, dimidia imago s. Hieronymi, qui episcopis (Chromatio et Heliodoro) librum tradit.

31 (f. 213v). Liber Tobiae. Tabula. Angelus loquitur ad Saram, dum Tobias Raguelem amplexatur, Saram camelo vectam, ducente iuvene, Tobias et Raphael sequuntur; in umbra angelo duce Tobias ambulat, piscem apprehendit, exenterat. In circulis marginum [1] Tobias aliis vitulo aureo sacrificantibus seorsum Deum precatur; [2] Tobias cum uxore Anna et filiolo; [3] Tobias coram Salmanasar rege; [4] Tobias Gabelo in carcere detento dat pecuniam quam e crumena trahit.

32 (f. 217v). Initialis A cum dimidia imagine s. Hieronymi librum gerentis.

33 (f. 218). Liber Iudith. Tabula. Iudith Olopherni caput obtruncatum ancillae tradit; Olophernes in lectulo sub tentorio, duo milites in ingressu somno gravati; dextrorsum castra Olophernis, sinistrorsum Iudith et ancilla abeunt.

34 (f. 223v). In initiali L s. Hieronymus Paulae et Eustochio librum tradit.

35 (ibid.). In altera initiali R, Esther imago clypeata.

36 (f. 224). Liber Esther. Tabula. Esther ascendit gradus throni regis Assueri assistentibus aulicis; in umbra sinistrorsum convivium nuptiarum, dextrorsum eunuchi et puellae sistunt se coram Esther. In margine sinistro circuli tres; [1] Mardocheus ad fores regiae sedens accipit ab Atach epistolam; [2] Esther in convivio cum rege et Aman; [3] Aman suspensus laqueo cum multis aliis: infra tabulam pictam pumilio humi sedens canem ad saltationis spectaculum exhibendum excitat.

37 (f. 229). Initialis L, Iob dolentis imago clypeata.

38 (f. ibid.). Initialis R, s. Hieronymi librum monstrantis imago clypeata.

39 (f. 229v). Initialis S cum s. Hieronymi imagine clypeata.

40 (ibid.). Initialis I, Iob imaguncula plagis referti humi sedentis.

41 (f. 230). Liber Iob. Tabula. Deo in throno sedenti cum cherubim et seraphim adstant inferius dextrorsum Iob capite nimbo ornato librum monstrans cum inscriptione *uir dolens* et sinistrorsum Sathan; in angulis superiorioribus picturae duo circuli, [1] daemon prosternit vento vehementi domum filiorum Iob; [2] tres amici Eliphaz, Baldad, Sophar Iob visitant.

2.

Bibliorum pars II.

1 (f. 1v). Pagina picta. In circulis septem imagines clypeatae sex hagiographorum et dimidia imago s. Hieronymi habitu monachali induti librum scripturarum evolventis, ad eius pedes leonis caput; ornant insuper paginam candelabra quatuor, angeli, puelli, flores, aves ac tessera gentilicia Friderici Urbini ducis pyris fumantibus circumornata (insigne urbinatum ducum).

2 (f. 2). Psalterium. Initialis S, s. Hieronymus fere nudus in crypta Bethlehem ante Crucifixi imaginem lapide pectus sanguine manans sibi tundit, a tergo leonis caput.

3 (ibid.). Initialis P, s. Hieronymi imago clypeata.

4 (ibid.). Margines ornati sexdecim circulis, in quibus imagines clypeatae sex hagiographorum, octo insignia ac binae tesserae gentiliciae Friderici Urbini ducis: spatia inter circulos ornata sunt floribus, lapidibus pretiosis, avibus, angelis ac puerulis.

5 (f. 2ᵛ). Initialis Q, dimidia imago sancti cuiusdam capite nimbo ornato (Origenis?), responsiones enim quae scriptae sunt in hac pagina e dictis Origenis in psalterium desumptas esse affirmat inscriptio.

6 (f. 3). Initialis C, s. Hieronymi alloquentis dimidia imago.

7 (ibid.). Initialis D, s. Damasi papae imago clypeata.

8 (f. 3ᵛ). Initialis B, S. Hieronymi evolventis papyrum imago clypeata.

9 (ibid.). Initialis Q, s. Hieronymi dimidia imago Paulam et Eustochium alloquentis.

10 (f. 4). Initialis D, Davidis dimidia imago una cum quatuor viris quos elegit ad psalmos faciendos seu canendos.

11 (f. 4ᵛ). Initialis P, s. Hieronymi imago clypeata alloquentis Paulam et Eustochium.

12 (f. 5). Psalterium. Tabula. Deus sedet in nubibus assistentibus seraphim, ad eius pedes columba (Spiritus Sanctus); infra David orans, psalterium humi iacet; in umbra tria consilia impiorum, seu latronum caedes et facinora ter repraesentantur: in margine inferiore paginae circulus, in quo vir armatus sedens in throno dextera arcum et sagittam, sinistra crumenam et pugionem monstrat, utrinque viri armati adstant, ad demonstrationem primi versiculi psalmi « Beatus vir qui non abiit in concilio impiorum etc. ».

13 (f. 9). Psalmus 26: « Deus illuminatio mea etc. ». Initialis D, David indicem dexterum sublevat ad caelum, sinistro oculum tangit.

14 (f. 11ᵛ). Psalmus 38: « Dixi, custodiam vias meas etc. ». Initialis D, imago clypeata Davidis librum legentis.

15 (f. 16). Psalmus 68: « Salvum fac me Deus quoniam intraverunt aquae etc. ». Initialis S, Davidis dimidia imago orantis in undis.

16 (f. 19). Psalmus 80: « Exultate Deo adiutori nostro etc. ». Initialis E, imagines clypeatae quatuor virorum, alter buccina et tympano, alter psalterio, duo voce canunt.

17 (f. 22). Psalmus 97: « Cantate domino canticum novum etc. ». Initialis C, imagines clypeatae duorum canentium.

18 (f. 24ᵛ). Psalmus 109: « Dixit dominus domino meo etc. ». Initialis D, Christi dimidia imago, qui dextera benedicit, sinistra librum apertum monstrat in quo A et Ω.

19 (f. 25). Psalmus 115: « Credidi propter quod locutus sum etc. ». Initialis C, caput humanum corona laurea ornatum.

20 (f. 30ᵛ). Initialis I, s. Hieronymi dimidia imago episcopis (Chromatio et Heliodoro) folium epistolae monstrantis.

21 (ibid.). Initialis T, Salomonis imago clypeata pontificali habitu induti (Ecclesiastes) cum globo et sceptro.

22 (f. 31ᵛ). Parabolae Salomonis. Tabula. Iudicium Salomonis in throno sedentis, in margine superiore puellorum saltatio, in marg. inferiore circulus cum imagine clypeata Salomonis iuvenili aetate librum gerentis, spatia inter margines ornata sunt puerulis, floribus, sertis, avibus, insignibus Friderici Urbini ducis.

23 (f. 39ᵛ). Initialis M, s. Hieronymi legentis in libro imago clypeata.

24 (f. 40). Ecclesiastes liber. Initialis V, Salomonis alloquentis imago clypeata.

25 (f. 42ᵛ) Cantica Canticorum. Initialis O, Christus inter nubes cum libro, in quo A et Ω, apparet Salomoni oranti ad templi fores; in umbra urbs et campi.

26 (f. 44ᵛ). Initialis L, s. Hieronymi scribentis in libro imago clypeata.

27 (ibid.). Sapientiae liber. Tabella. Christum crucem portantem et Calvarium ascendentem sequuntur s. Ioannes, Maria virgo et altera Maria.

28 (f. 50ᵛ). Ecclesiasticus. Initialis O, Salomonis cum libro imago clypeata, Deus pater in caelo assistentibus cherubim.

29 (f. 67). Oratio Salomonis. Initialis E, Salomonis orantis imago.

30 (f. 68). Prophetia Isaiae. Tabula. Isaiae caput serra lignea in duas partes duo carnifices secant, assistente rege Manasse et asseclis, angelus e caelo super caput Isaiae aliquid (balsamum?) infundit.

31 (f. 89). Prophetia Ieremiae. Tabula. Ieremias genibus flexis in conspectu Dei digito os eius tangentis; dextrorsum « omnes cognationes regnorum aquilonis (nempe bellatores pedites et equites) ponentes solium suum in introitu portarum Hierusalem », infra picturam circulus cum Ieremia in cogitatione defixo.

32 (f. 113ᵛ). Lamentationes. Initialis Q cum imagine clypeata Ieremiae prophetae plorantis.

33 (f. 115ᵛ). Initialis L, imagines clypeatae duorum senum, forte Ieremiae cum epistola et Baruch.

34 (ibid.). Prophetia Baruch. Imago clypeata prophetae ad tabulam scriptoriam in membrana scribentis.

35 (f. 118ᵛ). Initialis E, imagines clypeatae duae, forte Ezechiel et Ioachim rex in captivitatem ducti.

36 (f. 119). Prophetia Ezechielis. Tabula. Ezechieli prope flumen oranti inter nubes vento agitatas apparent quatuor animalia (evangelistarum signa); in circulo picturae inferiore Ezechielis papyrum evolventis imago clypeata, sursum aquila; in umbra cervi et armenta ad potum fluminis.

37 (f. 140ᵛ). Initialis D, s. Hieronymi imago clypeata librum legentis.

38 (f. 141ᵛ). Tabula. Susanna a militibus ducitur ad patibulum, senioribus asseclis, puer Daniel seniorem improperat, in umbra supplicium accusatorum; in margine sinistro circulus, duo seniores Susannam se lavantem conspiciunt.

39 (f. 150ᵛ). Initialis N, s. Hieronymi alloquentis imago clypeata.

40 (ibid.). Initialis R cum imaginibus clypeatis Paulae et Eustochii.

41 (f. 151ᵛ). Prophetia Osee. Tabula in duas partes divisa, dextrorsum Deus Osee oranti praecipit ut assumat sibi uxorem; sinistrorsum in templo nuptiarum solemnia Osee cum Gomer; in margine duo circuli, in altero Gomer in lecto enixa Iezrahelem, quem mulieres lavant, sinistrorsum Deus loquitur Osee oranti; in altero circulo Iezrahel circumciditur.

42 (f. 155). Prophetia Ioel. Tabella. Ioel sub tecto frondeo quasi pronuntians in conspectu trium virorum illa prophetiae verba: « Expergescimini ebrii et flete etc. ».

43 (f. 156ᵛ). Prophetia Amos. Tabella. Urbs cui ignis iniectus est.

44 (f. 159). Initialis I, imago clypeata Esau cum arcu et sagitta.

45 (ibid.). Initialis V, Abdias propheta auriculam digito monstrat, (cf. prima prophetiae verba: « Auditum audivimus a domino »).

46 (f. 159ᵛ). Initialis I, Ionas in ore ceti orans.

47 (f. 160). Prophetia Ionae. Tabella. Cetus super maris ripam Ionam iam eiecit.

48 (f. 161). Prophetia Michaeae. Tabella. Michaeas propheta altari se suffulcit, idolorum fragmenta ex altari collapsa humi iacent.

49 (f. 163). Initialis O, Nahum prophetae orantis imago; in umbra urbs Ninive in ruinam procumbit (Nahum III, 1).

50 (f. 164). Initialis Q, s. Hieronymi (?) librum gerentis imago clypeata.

51 (f. 164ᵛ). Initialis A, Habacuc prophetae, manibus ad pectus decussatis, imago clypeata.

52 (f. 165). Initialis O, Habacuc dimidia imago, manibus ad caelum elevatis.

53 (f. 165ᵛ). Initialis T, Sophoniae imago clypeata; in umbra capra.

54 (f. 166). Initialis I, imago clypeata Iosiae regis cum sceptro et globo.

55 (ibid.) Sophoniae prophetia. Initialis V, Sophoniae dimidia imago, qui in speculo suam imaginem respicit, sinistram vertit ad portam in qua duo pisces sunt delineati.

56 (f. 167). Initialis Y, Ieremiae prophetae imago clypeata.

57 (f. 167ᵛ). Initialis A, Aggaei semen spargentis in lacrymis imago clypeata.

58 (ibid.). Initialis I, Aggaeus templi formam manu sinistra sustentans et ad illud instaurandum hortans.

59 (f. 168ᵛ). Initialis Z, prophetae Zachariae imago clypeata.

60 (ibid.) Prophetia Zachariae. Tabula. Iesus asello vectus procedit ovans, duo pueri sternunt vestes in via, in prospectu Hierusalem.

61 (f. 172ᵛ). Initialis D, s. Hieronymi imago clypeata, e caelo duae tabulae legis cadunt.

62 (ibid.). Initialis M, Malachiae alis praediti imago clypeata, (Malachias, ut notum est, interpretatur angelus).

63 (f. 173). Initialis O, Malachias manu sinistra sustinet staterae pondus.

64 (f. 174ᵛ). Machabaeorum lib. I. Tabula. Antiochus rex cum aulicis, fratres Machabaei quinque manibus ad terga ligatis orant, mater flexis genibus filium arbori colligatum hortatur ad gloriam passionis, alter Machabaeus nudus flagellis agitur ad martyrium, infra picturam circulus cum Iudae (?) Machabaei imagine (Machab. 1, II, 7).

65 (f. 189). Lib. II. Tabella. Iudas (?) Machabaeus precatur.

Novum Testamentum.

66 (f. 199). Initialis P, s. Lucae iuvenili aetate scribentis ad tabulam imago.

67 (f. 199ᵛ) Initialis S, s. Hieronymi librum sinistra ferentis imago clypeata.

68 (f. 200). Initialis M, s. Matthaei scribentis imago clypeata, prope angelus.

69 (f. 201). S. Matthaei evangelium. Tabula. Solemnia nuptiarum s. Ioseph cum Maria v., sacerdos eorum manus coniungit, assistentibus angelis et hominibus; in circulo marginali magorum adoratio in crypta Bethlehem, inter columnas textus Abrahami sacrificium et s. Matthaeus evangelii librum monstrans, prope angelus.

70 (f. 215). S. Marci evangelium. Tabula. Ioannes baptizat turbas in Iordane; dextrorsum Christus nudis pedibus in undas progreditur; in margine inferiore circulus, Christus a Ioanne baptizatur duobus angelis adstantibus.

71 (f. 224). S. Lucae evangelium. Tabula. Zachariae ad altare thurificanti assistente populo angelus apparet; in marg. inferioris circulo, nativitas s. Ioannis Baptistae, ad pedes lectuli Zacharias in pugillari scribit; in margine superiore duo circuli, in altero b. Maria virgo orans, in altero angelus Gabriel nuntium afferens.

72 (f. 238ᵛ). Initialis H, s. Ioannes evangelista sinistra librum, dextera vas sustinet e quo serpens exilit, prope est aquila.

73 (f. 239). S. Ioannis evangelium. Tabula. Iesus Christus infans inter bovem et asinum a matre et Ioseph adoratur, adstant Ioannes Baptista puerili aetate et duo pastores, sursum angeli exultant; in marg. inferiore circulus cum s. Ioanne evangelista, prope aquila.

74 (f. 248^{v}). Initialis P, s. Hieronymi imago clypeata.

75 (f. 249). Initialis R, s. Hieronymi cum libro imago clypeata.

76 (f. 250). S. Pauli apost. epistolae. Ad Romanos. Tabula. S. Paulum equestri habitu indutum et humi supinum sublevant commilitones, Christus e caelo apparet assistentibus cherubim, in umbra urbs Damascus; in marg. inferiore circulus cum imagine clypeata s. Pauli ensem et librum gerentis.

77 (f. 255^{v}). Ad Corinthios I. Initialis P, s. Pauli et Sostenis imagines clypeatae.

78 (f. 261). Initialis P, s. Hieronymi imago clypeata.

79 (ibid.). Ad Corinthios II. Initialis P, s. Pauli cum ense et libro imago clypeata, a tergo Timothei caput.

80 (f. 265). Ad Galatas. Initialis P, s. Pauli imago clypeata dextra ensem stringit, sinistra alloquitur.

81 (f. 267). Ad Ephesios. Initialis P, s. Pauli cum ense et libro imago clypeata.

82 (f. 269). Ad Philippenses. Initialis P, s. Pauli in carcere scribentis imago clypeata.

83 (f. 270^{v}). Ad Colossenses. Initialis P, s. Pauli clypeata imago, qui ensi, mucrone deiecto, brachio dextro innititur et sinistra librum gerit; dextrorsum caput Timothei.

84 (f. 272). Initialis G, s. Hieronymi alloquentis imago clypeata.

85 (ibid.). Ad Thessalonicenses I. Initialis P, s. Paulus cum ense et libro, post eum capita Silvani et Timothei episcopi.

86 (f. 273^{v}). Ad Thessalonicenses II. Initialis P, s. Pauli cum ense et libro imago clypeata, post eum sanctus, fortasse s. Silvanus, librum sinistra gerens.

87 (f. 274^{v}). Ad Timotheum I. Initialis P, s. Paulus cum ense et libro, dextrorsum Timotheus episcopus.

88 (f. 276). Ad Timotheum II. Initialis P, s. Paulus cum ense et libro.

89 (f. 277). Ad Titum. Initialis P, s. Paulus cum ense et libro.

90 (f. 278). Ad Philemonem. Initialis P, s. Paulus in carcere scribens.

91 (f. 282^{v}). In acta apostolorum prologus. Tabella. S. Lucas scribens in tabula ante se posita, in eius sinistra caput bovis.

92 (f. 283). Acta apostolorum. Tabula. Pentecostes, utrinque multitudo populi conterrita convenit ad caenaculum, unus pulsat ad ostium, sursum Maria v. et apostoli igneas flammas excipiunt, in umbra aedificia varia.

93 (f. 297). Initialis N, s. Hieronymus librum monstrat.

94 (297^{v}). S. Iacobi epist. Initialis I, s. Iacobi calamum stringentis imago clypeata.

95 (f. 299). S. Petri epist. I. Initialis P, s. Petrus cum clave et libro.

96 (f. 300^{v}). Epist. II. Initialis S, s. Petrus in tabula ante se posita scribens.

97 (f. 301^{v}). S. Ioannis epist. I. Initialis Q, s. Ioannes adloquens, post eum aquila.

98 (f. 303). Epist. II cum praefatione, in ambabus initialibus, A et S, s. Ioannes.

99 (ibid.). Epist. III cum argumento, in initiali G s. Ioannes cum aquila, in initiali S s. Ioannes sine aquila.

100 (f. 303^{v}). S. Iudae epist., initialis I, s. Iudas librum ante pectus gestans.

101 (f. 304^{v}). Apocalypsis, Pagina picta. Viginti quatuor seniores et quatuor animalia mystica inter septem candelabra Deo in throno inter caelestes spiritus sedenti coronas offerunt. In marg. inf. circulus, Christus Ioanni praecipit ut scribat septem ecclesiis, quae in umbra repraesentantur per septem aedificia: in margine superiore duo circuli, in altero Agnus cum quatuor symbolicis animalibus, deorsum assident seniores amicti stolis albis; in altero quatuor angeli quatuor ventos frenant: in margine sinistro circulus cum s. Ioanne et aquila.

De harum picturarum auctoribus fuse disseruit Hermanin, *La Bibbia latina di Federico di Urbino*, in ephemeride *L'Arte*, an. 1, fasc. VI-IX, Roma, Danesi 1898, p. 256 sqq. Hoc in universum affirmari potest picturas cod. **1**, ff. 55^{v}, 179, 195^{v}, 207, 217^{v}, 223^{v} et cod. **2**, ff. 2, 2^{v}, 11^{v}, 31^{v}, 44^{v}, 50^{v}, 160, 168^{v}, 174^{v}, 189, 283 ex officina Attavantis florentini prodiisse, uti earum pingendi ars demonstrat, caeteras deberi quatuor aliis pictoribus scholae florentinae, saec. XV, adhuc incertis.

6.

Evangelia Iannotio Manetti interprete.

1 (f. 2). In circulis quatuor inter alia ornamenta imagines trium evangelistarum et effigies Iannotii Manetti; in initiali L imago s. Matthaei scribentis in libro genibus superposito.

2 (f. 33). Initialis I, s. Marci imago dextera calamum, sinistra librum clausum gerens, dextrorsum caput leonis.

3 (f. 53). Initialis Q, s. Lucas librum clausum monstrans, dextrorsum bovis caput.

4 (f. 88^{v}). Initialis I, s. Ioannes virili aetate digito dextro monstrat librum clausum, quem in sinistra gerit, sinistrorsum aquilae caput.

5 (f. 114). Initialis P, s. Paulus ensem in dextera et librum apertum in sinistra gerens.

Picturae non bonae artis italicae saec. XV confectae nunc sunt aliquantum foedatae.

7.

Biblia. Vetus Testamentum.

1 (f. 1). Prologus. Initialis F, s. Hieronymus scribens in libro pluteo imposito.

2 (f. 3^v). Genesis. Octo circuli, in septem opera dierum creationis, in octavo circulo inferiore Crucifixus adstantibus Maria et Ioanne.

3 (f. 20). Exodus. Initialis H, Moyses, cui adloquitur Deus.

4 (f. 33^v). Leviticus. Initialis V, Moyses cum tabulis legis, cui alloquitur Deus.

5 (f. 42^v). Numeri. Initialis L, Deus Moysi praecipit, Moyses tabulas gerens alloquitur virgam tendens super capita trium israelitarum.

6 (f. 55^v). Deutoronomium. Initialis H, Deus Moysi alloquitur.

7 (f. 67^v). Iosue. Initialis E, carnifex gladio percutit hominem genuflexum idolo pateram offerentem.

8 (f. 75^v). Liber Iudicum. Initialis P, Iudas in throno sedens coronatur a duobus filiis Israel.

9 (f. 84). Ruth. Aedificium trium tabulatorum, in inferiore Ruth defert spicas, e medio Booz et Noemi eam respiciunt, in superiore tabulato turris.

10 (f. 86). Lib. I regum. Initialis F, Amalacita (?) Saulem (?) occidit, Samson portas Gazae defert (?).

11 (f. 97). Lib. II. Initialis F, David in throno sedens pueris duobus alloquitur.

12 (f. 106^v). Lib. III. Initialis C, Ochoziae regi in lecto strato propheta Elias nuntiat « de lectulo super quem ascendisti non descendes ».

13 (f. 117^v). Lib. IIII. Initialis P, Artaxerses in throno sedens cum alio epistolam consignat Neemiae pincernae genuflexo ante se.

14 (f. 128). Paralipomenon lib. I. Initialis A, vir stans sermonem habet ad quinque israelitas.

15 (f. 138). Paralipomenon lib. II. Initialis C, Salomon in throno sedens duos israelitas alloquitur.

16 (f. 150^v). Esdrae lib. I. Initialis I, aedicula quatuor contignationum, in prima Esdras, in secunda rex Cyrus praecipit constructionem templi et muri Hierusalem: in tertia duo caementarii muros Hierusalem aedificant, in quarta turris.

17 (f. 154). Neemiae lib. seu II Esdrae. Initialis V, Neemias e pergamena extensa legit prophetiam, quam Deus ex alto apparens dictat.

18 (f. 159). Lib. III Esdrae. Initialis E, Iosias rex in lectulo puero ac puella adstantibus.

19 (f. 164). Tobiae liber. Initialis T, Tobias excaecatur, sub tecto hirundinis pars posterior.

20 (f. 167v). Lib. Iudith. Initialis A, Iudith Holoferni caput obtruncat adstante ancilla.

21 (f. 172). Esther. Initialis I, aedicula quatuor contignationum; in prima vir (Aman) laqueo suspensus; in secunda Esther extra aedificium Assuero, sedenti in aedificio, loquitur, in tertia et quarta turris.

22 (f. 177). Lib. Iob. Initialis V, Iob in sterquilinio, cui uxor loquitur, adstante homine.

23 (f. 185). Liber psalmorum. Initialis B in duas partes divisa, in superiore rex David psalterii chordas pulsat, in inferiore David puer cum baculo funda lapides inicit in gigantem Goliath.

24 (f. 188). In initiali psalmi « Dominus illuminatio mea » David sedens digito monstrat oculos suos, quorum illuminatio dominus est, qui e caelo apparet.

25 (f. 190). In initiali psalmi « Dixi custodiam... ut non delinquam in lingua mea » David sedens digito linguam innuit, Deus e caelo apparet.

26 (f. 192). In initiali psalmi « Dixit insipiens » ante David sedentem stat insipiens alba veste indutus, clavam manu sinistra gerens.

27 (f. 194). In initialis psalmi « Salvum me fac quoniam intraverunt aquae usque ad animam meam » inferiore parte David rex inter aquas, in parte superiore Deus pater mundum sinistra gerit, dextera benedicit.

28 (f. 196v). In initiali psalmi « Sumite psalmum et date tympanum » David duobus malleis tundit tria tintinnabula suspensa.

29 (f. 198v). In initiali psalmi « Cantate domino canticum novum » duo monachi psallentes.

30 (f. 200v). In initiali psalmi « Dixit dominus domino meo sede etc. ». Christus sedet ad dexteram Patris, Spiritus Sanctus columbae specie inter eos.

31 (f. 206). Parabolae. Initialis P, Salomon sedens cum libro aperto super genubus puero ante eum sedenti parabolas enodat.

32 (f. 213). Ecclesiastes. Initialis V, Salomon sedet, ante eum iuvencula cum florum fasciculo (sponsa), ad pedes iuvenis dormiens (sponsus).

33 (f. 215v). Cantica Canticorum. Initialis O, Salomon capite coronato ecclesiae formam dextera sustentat. (Pictoris oscitatione picturae ff. 213 et 215v sedes commutarunt).

34 (f. 217). Sapientia. Initialis D, Salomon sedens et sinistra sceptrum gerens duos viros alloquitur.

35 (f. 222v). Ecclesiasticus. Initialis O, Salomon sedens sinistra ensem erectum sustentat, cui sistit se mulier (Sapientia).

36 (f. 236v). Isaiae prophetia. Initialis V, duo viri secant caput Isaiae prophetae genuflexi.

37 (f. 253v). Ieremiae prophetia. Initialis V, vir genuflexus (Ieremias) a duobus carnificibus saxis contunditur.

38 (f. 273v). Lamentationes. Initialis Q, Ieremias in prospectu turris Hierusalem sedet tristis.

39 (f. 275v). Baruch prophetia. Initialis E, Baruch in pergamena super pluteo expansa scribit, Deo dictante.

40 (f. 278). Ezechielis prophetia. Initialis E, Ezechiel dormiens in visione videt quatuor animalia, hominem, leonem, aquilam, vitulum, in caelis apparentia.

41 (f. 296v). Danielis prophetia. Initialis A, Daniel in fossa capita duorum leonum manibus demulcet.

42 (f. 304). Osee prophetia. Initialis V, Oseas mulieris Gomer manum stringit, e caelo Deo imperante.

43 (f. 306v). Ioel prophetia. Initialis V, e pergamena expansa Ioel prophetiam legit ad duos filios Israel.

44 (f. 307v). Amos prophetiae prologus. In initiali O aquila.

45 (f. 308). Amos prophetia. Initialis V, Amos fructus et frondes colligit ex arbore, ad eius pedes grex.

46 (f. 310). Abdiae prophetia. Initialis V, prophetiam a Deo dictatam legit Abdias e pergamena expansa, assistente israelita, dextrorsum turris.

47 (f. 310v). Ionae prophetia. Initialis E, Ionas a ceto evomitur, desuper Deus dextera benedicit, sinistra globum sustentat.

48 (f. 311). Michaeae prophetia. Initialis V, Michaeas in pergamena expansa legit prophetiam, assistente israelita, dextrorsum aedificium.

49 (f. 312v). Nahum prophetia. Initialis O, Nahum in eo est ut scribat in volumine expanso prophetiam a Deo dictatam.

50 (f. 314). Habacuc prophetia. Initialis O, Habacuc stans et sustentans poculum vini et tres panes, quae angelus ei tradidit.

51 (f. 315). Sophoniae prophetia. Initialis V, Sophonias legit e pergamena prophetiam duobus israelitis.

52 (f. 316). Aggaei prophetia. Initialis I, turricula duabus contignationibus constans, in inferiore Aggaeus propheta pergamenam sinistra sustinet; in superiore fastigium.

53 (f. 316ᵛ). Zachariae prophetia. Initialis I, turricula duabus contignationibus constans, in inferiore propheta Zacharias sedens cum pergamena angelum loquentem auscultat, in superiore fastigium.

54 (f. 319ᵛ). Malachiae prophetia. Initialis O, Malachias stans cogitat verba quae Deus dictavit, sinistra pergamenam gerit.

55 (f. 321). Lib. I Machabaeorum. Initialis E, Antiochus rex sedit; carnifex truncat caput iuvenis Machabaei genuflexi manibus sustentantis munus sacrum.

56 (f. 332). Lib. II. Regi sedenti tabellarius genuflexus alio comitante tradit epistolam obsignatam.

Novum Testamentum.

57 (f. 340ᵛ). S. Matthaei evangelium. In prologi initiali M angelus scribit in libro pluteo (lectorio) superposito.

58 (ibid.). Initialis L, infra s. Ioseph dormiens; superius, altera super alteram, quatuor imagines sedentes, Iesus, Maria, David, Salomon.

59 (f. 351). S. Marci evangelium. Initialis I, aedicula duobus tabulatis constans, in inferiore s. Marcus scribens in libro super pluteo expanso; in superiore turris; infra aediculam cuniculus.

60 (f. 358). S. Lucae evangelium. Initialis F, Zacharias altare thurificat, assistente israelita.

61 (f. 369). S. Ioannis evangelium. Initialis I, aedicula tribus tabulatis constans, in inferiore aquila ungulis arripit pergamenam: in secundo s. Ioannes scribens evangelium in libro extenso super pluteo, in summo turris.

62 (f. 377ᵛ). S. Pauli apostoli epistolae. Ad Romanos. Initialis P, Saulus recipit epistolam obsignatam a principe sacerdotum sedente.

63 (f. 382). Ad Corinthios I. Initialis P, iudaei duo saxa impellunt in Stephanum levitam genuflexum; in summo caelo imago clypeata Iesu Christi.

64 (f. 386). Ad Corinthios II. Initialis P, Saulus ex equo deicitur, Deo apparente e caelo.

65 (f. 388). Ad Galatas. Initialis P, Saulo dormienti adstant Ananias et levita.

66 (f. 390). Ad Ephesios. Saulus introducitur Damascum a viro et levita.

67 (f. 391). Ad Philippenses. Initialis P, Saulus in lectulo sublevatus cibum et potum recipit ab Anania, ministrante levita.

68 (f. 392). Ad Colossenses. Initialis P, Saulus lectulo stratus recipit visum ab Anania, assistente levita.

69 (f. 393). Ad Thessalonicenses. Initialis P, Saulus baptizatur ab Anania, assistente levita.

70 (f. 394). Ad Thessalonicenses II. Initialis P, s. Paulus crucem sinistra sustinens loquitur duobus iudaeis; in initiali A (argumenti) simia fidibus canit.

71 (f. 394ᵛ). Ad Timotheum I. Initialis P, s. Paulus a iudice coronato capite damnatur.

72 (f. 395ᵛ). Ad Timotheum II, Initialis P, s. Paulus per sportam e muro Damasci demittitur a discipulo, prope s. Paulum iudaeus.

73 (f. 396ᵛ). Ad Titum. Initialis P, s. Paulus ad duos iudaeos concionatur.

74 (ibid.). Ad Philemonem. Initialis P, s. Paulus genibus flexis et oculis orario colligatis decollatur.

75 (f. 397). Ad Hebraeos. Initialis M, s. Paulus, dextrorsum mulier (synagoga?)

76 (f. 400). Actus apostolorum. Initialis P, s. Lucas scribens in libro expanso super pluteo.

77 (f. 410ᵛ). S. Iacobi epist. Initialis I, turricula leoni superposita cum b. Iacobo apostolo, qui librum sinistra sustinet.

78 (f. 411ᵛ). Epist. I s. Petri. Initialis P, s. Petrus capite deorsum verso cruci affigitur a duobus carnificibus.

79 (f. 412ᵛ). Epist. II s. Petri. Initialis S in duas partes divisa, in inferiore s. Petrus sedens alloquitur duos iudaeos sedentes in sinistra; in superiore Deus pater cum globo, dextrorsum Filius, sinistrorsum Spiritus Sanctus angeli specie.

80 (f. 413). Epist. I s. Ioannis. Initialis Q, s. Ioannes scribens in libro pluteo superposito.

81 (f. 414). Epist II. Initialis S, s. Ioannes stans librum evangelii sinistra pallio contecta sustinet, ad pedes eius puer genuflexus, Deus in caelo apparet.

82 (f. 414ᵛ). Epist. III. Initialis S, s. Ioannes senior benedicens, comitante discipulo.

83 (ibid.). Epist. s. Iudae. Initialis I, in turricula s. Iudas sinistra pallio obtecta librum evangeliorum sustinet, dextera alloquitur.

84 (f. 415). Apocalypsis. Initialis A, s. Ioannes scribens in libro pluteo imposito; circum in recessu septem turres (ecclesiae, quibus s. Ioannes apocalypsim inscribit).

Picturae mediocri arte gallica saec. XIV confectae sunt.

11.

Commentaria in Evangelia, in Actus apostolorum et in Apocalypsim lingua gallica.

1 (f. 2). Quatuor circuli cum quatuor evangelistis alis praeditis: s. Matthaeus capite hominis, s. Marcus capite leonis taeniam ante pectus gerit in qua: *ecce*

mitto angelum, s. Lucas capite vituli, s. Ioannes capite aquilae cum taenia e inscriptione: *In principio erat verbum.*

2 (ibid.). Initialis P cum effigie interpretis (?) Gotefridi Pinchegni (de Picquigny).

3 (f. 4). Initialis M, s. Matthaeus sedens.

4 (f. 5v). Tabella. S. Ioseph domum intrans Mariam virginem praegnantem invenit.

5 (f. 7). Tabella. Angelus Iosephum admonet: « noli timere accipere Mariam coniugem tuam ».

6 (f. 8v). Tabella. Tres reges magi stant ante regem Herodem sedentem.

7 (f. 13v). Tabella. Tres magi flexis genibus offerunt dona Iesu infanti, qui sedet super genua b. Mariae Virginis, omnes capitibus aureis nimbis decoratis.

8 (f. 14). Tabella. Angelus admonet Iosephum in lectulo stratum « surge et accipe puerum et fuge etc. ».

9 (f. 14v). Tabella. Carnifex sistit Herodi sedenti informe corpusculum infantis occisi.

10 (f. 15). Tabella. Maria cum Iesu insidentes asino fugiunt in Aegyptum, eos pedibus sequitur Ioseph.

11 (f. 19). Tabella. S. Ioannes tunica et pallio indutus Iesum Christum baptizat.

12 (ibid.). Tabella. Diabolus tunica caerulea et pallio rubro indutus Iesu Christo lapidem praesentat.

13 (f. 20). Tabella. Diabolus nudus Iesum stantem super pinnaculo templi iterum tentat.

14 (f. 21v). Tabella. Diabolus nudus Iesum stantem super monte excelso tertio tentat, sinistrorsum aedificium.

15 (f. 23). Tabella. Iesus Petrum et Andream in navicula stantes vocat.

16 (ibid.). Tabella. Iesus Iacobum et Ioannem in littore sedentes vocat.

17 (f. 25v). Tabella. Iesus in colle stans ad tres discipulos sedentes sermonem habet (de beatitudinibus).

18 (f. 48). Tabella. Iesus comitante discipulo centurionem alloquitur.

19 (f. 48v). Tabella. Iesus comitante discipulo socrum Simonis in lectulo degentem curat.

20 (ibid.). Tabella. Iesus comitante discipulo quatuor parvulos adstantes alloquitur.

21 (f. 50). Tabella. Iesus comitantibus discipulis dormit in navi, orta procella.

22 (f. 50v). Tabella. Iesus sedat procellam, tribus discipulis consedentibus in navi.

23 (f. 51). Tabella. Iesu in littore stanti, assistentibus duobus discipulis e navi, occurrunt duo viri (habentes daemonia).

24 (f. 52). Tabella. Iesus comitante discipulo daemonibus imperat; porcus nunc est atramento pessumdatus.

25 (f. 52^v). Tabella. Iesus, duobus baiulis assistentibus, paralitico sedenti in lectulo benedicit.

26 (f. 53). Tabella. Paraliticus, praecipiente Iesu, lectulo humero sinistro imposito, intrat domum.

27 (f. 53^v). Tabella. Iesus vocat Matthaeum sedentem ad telonium.

28 (f. 54). Tabella. Iesus comitante discipulo duobus pharisaeis respondet.

29 (f. 55). Tabella. Iesum, comitante discipulo, miles (centurio) flexis genibus adorat; post militem mulier stat.

30 (f. 55^v). Tabella. Iesus comitante discipulo mulieri (sanguinis fluxum patienti) verba facit.

31 (f. 56). Tabella. Iesus, comitantibus discipulis, sublevat manum puellae a morte excitatae.

32 (f. 56^v). Tabella. Duo (caeci) ad Iesum accedunt, post Iesum discipulus.

33 (ibid.). Tabella. Iesus comitante discipulo tres (mutos) alloquitur.

34 (f. 57^v). Tabella. Iesus stans sermonem habet ad octo discipulos sedentes dextera eis benedicens.

35 (f. 60^v). Tabella. Duo (ex discipulis Ioannis) veniunt ad Iesum.

36 (f. 63). Tabella. Iesus comitante discipulo manum aridam infirmi humi sedentis curat.

37 (f. 63^v). Tabella. Iesus comitante discipulo virum humi sedentem (daemoniacum caecum et mutum) curat.

38 (f. 66). Tabella. Iesus comitante discipulo turbis sermonem convertit; (de parabola seminantis).

39 (f. 67). Tabella. Iesus disserit cum tribus discipulis; (de parabola zizaniorum).

40 (f. 70^v). Tabella. Herodes ad convivium sedet, duobus assidentibus ac filia Herodiadis saltante.

41 (ibid.). Tabella. Spiculator amputat caput Ioannis Baptistae.

42 (ibid.). Tabella. Filia affert Herodiadi in disco caput Ioannis Baptistae.

43 (f. 71). Tabella. Iesus discipulis assistentibus benedicit mensae ad quam tres viri sedent; (multiplicatio panum et piscium).

44 (f. 72^v). Tabella. Iesus stans in littore duos discipulos sedentes in navicula procella agitata confortat.

45 (f. 73). Tabella. Petrus fluctibus paene mersus a Iesu in littore stanti auxilium petit, duobus discipulis e navicula prospicientibus.

46 (ibid). Tabella. Petrus Iesum in littore stantem adorat, duobus discipulis e navicula prospicientibus.

47 (f. 76). Tabella. Iesus duobus discipulis adstantibus alloquitur Petrum; (promittit claves regni caelorum).

48 (ibid.). Tabella. Iesus Petro et alio discipulo verba faciens; (passionem suam praedicit).

49 (f. 77). Tabella. Iesus Petro, Iacobo et Ioanni in monte excelso apparet albis vestibus indutus.

50 (ibid.). Tabella. Duo viri stantes (Moyses et Elias?).

51 (f. 78ᵛ). Tabella. Iesus cum duobus sedet; sursum angelus (vox) et caput (nubes? « vox de nube audita est etc. »).

52 (ibid.). Tabella. Tres discipuli incurvi et conterriti, Iesus in monte stat.

53 (ibid.). Tabella. Moyses et Elias loquentes cum Iesu.

54 (f. 79). Tabella. Homo (pater lunatici) genibus flexis Iesum precatur, adstantibus duobus.

55 (ibid.). Tabella. Iesus lunatico benedicit duobus comitantibus.

56 (f. 80ᵛ). Tabella. Duo disciputi ante Iesu conspectum puerum statuunt.

57 (f. 81ᵛ). Tabella. Petrus, collega assistente, Iesu quaestionem movet; (quoties peccabit in me frater meus et dimittam ei?).

58 (f. 82ᵛ). Tabella. Pharisaei Iesu quaestionem proponunt; (utrum liceat homini dimittere uxorem).

59 (f. 88). Tabella. Iesus comitante discipulo duos caecos illuminat.

60 (f. 89). Tabella. Iesus mittit duos discipulos; (in castellum ad adducendam asinam et pullum).

61 (ibid.). Tabella. Iesum asina vectum duo discipuli sequuntur.

62 (f. 89ᵛ). Duo pueri hebraeorum sternunt vestimenta in via ante Iesum asina vectum, discipulus eum pedibus sequitur.

63 (f. 90). Porticus sex arcubus fulta. Iesus comitante discipulo in medio stans arrepto funiculo duos nummularios et tres ementes e templi (Hierusalem) porticu eicit.

64 (f. 91). Tabella. Iesus comitantibus discipulis ficulneam infructuosam arefacit.

65 (f. 91ᵛ). Tabella. Iesus sedens ad principem sacerdotum et seniorem populi sermonem convertit.

66 (f. 96). Tabella. Iesus a duobus doctoribus tentatur super magno legis mandato, post Iesum alter doctor.

67 (f. 99ᵛ). Tabella. Sedentem Iesum in monte Oliveti tres discipuli adorantes interrogant; (de adventu filii hominis).

In s. **Marci** evangelium.

68 (f. 125). Initialis L, s. Marcus sedens librum evangeliorum monstrat, sursum dimidia imago leonis.

In s. **Lucae** evangelium.

69 (f. 158). Initialis L, s. Lucas sedet librum evangeliorum evolvens, sursum dimidia vituli imago librum ungulis sustinentis.

70 (f. 159). Initialis D, Davidis regis imago clypeata.

71 (f. 159ᵛ). Tabella. Herodes rex sedens in pulvinari sceptrum sinistra gerit.

72 (f. 160). Templum tribus arcubus fultum; in medio templo Zachariae thurificanti altare linteamine albo stratum apparet angelus: dextrorsum sub arcu populus.

73 (f. 160ᵛ). Tabella. Zacharias e templo exiens signa populo sedenti, ut mutus, facit.

74 (f. 161ᵛ). Tabella. Domus Nazareth.

75 (ibid.). Tabella. Angelus Mariam alloquitur.

76 (ibid.). In margine inferiore huius paginae flexis genibus orat adolescentulus, (fortasse possessor Ferrantinus Malatesta), sinistrorsum tessera gentilicia evanida.

77 (f. 165). Tabella. Maria v. Elisabeth amplexatur.

78 (f. 166ᵛ). Aedificium tribus arcubus fultum, Zacharias in aula sedens scribit in pugillari nomen Ioannis, in duabus aulis assident sacerdotes et populus; sub aularum lacunaribus tabulae cum vasibus.

79 (f. 167ᵛ). Tabella. B. Virgo Maria in lectulo, retro s. Ioseph assidet; puer Iesus manibus sustentatur sanctae mulieris, ut nimbus demonstrat (sancta Elisabeth), adolescentula assidet.

80 (f. 168). Tabella. Angelus loquitur ad duos pastores, dextrorsum aedificia.

81 (f. 168ᵛ). Tabella. Duo pastores visitant in lectulo repositum infantem Iesum; in umbra asinus et bos.

82 (ibid.). Tabella. Maria Virgo infantem Iesum super genibus sustinet, minister accedit cum cultro ad circumcisionem.

83 (f. 169). Tabella. Maria et Ioseph ad altare Symeoni sacerdoti infantem Iesum sistunt.

84 (f. 170). Tabella. Maria et Ioseph cum puero Iesu in templo Hierusalem, dextrorsum altaris mensa.

85 (ibid.). Tabella. Iesus et Maria ad portam templi clausi; (requirentes Iesum).

86 (f. 170ᵛ). Aedificium quinque arcubus fultum. Iesus in cathedra sedens, assistentibus hinc inde Maria v. et Ioseph, disputat cum septem doctoribus sedentibus in scamno ad eius pedes.

87 (f. 172). Aedificium duabus aulis constans, in altera s. Ioannes Baptista, in altera publicanus et miles.

88 (f. 173). Tabella. Iesus sedens in synagoga, tribus iudaeis assidentibus, legit in libro; (factam de se Isaiae prophetiam).

89 (f. 175). Tabella. Petrus in littore maris, rete et navigio relictis, genuflexus ante Iesum.

90 (f. 183ᵛ). Tabella. Iesus assistente discipulo, dextrorsum puer e ferculo sublevatus (filius unicus viduae) sinistrorsum puer (centurionis).

91 (f. 184). Tabella. Discipuli tres interrogant Iesum; (an esset qui venturus erat).

92 (f. 185ᵛ). Aula magna aedificii. Iesus sedens cum tribus aliis ad convivium (in domo Simonis pharisaei) a peccatrice muliere inungitur.

93 (f. 199). Tabella. Martha de Maria sorore cum Iesu sedente ad tabulam conqueritur.

94 (f. 203). Aedificium. Mulier stans in porticu, duobus sedentibus, Iesu verba convertit: (Beatus venter qui te portavit).

95 (f. 223). Aedificium. Dives sedens a villico adstante quaerit rationem villicationis.

96 (f. 228ᵛ). Tabella. Lazarus mendicus est in sinu Abrahae sedentis, assistentibus duobus angelis; dextrorsum dives Epulo inferni flammis circumdatus; sinistrorsum tres pueri cum florum ramis.

97 (f. 238ᵛ). Tabella. Leprosus genibus provolutus Iesu agit gratias, tres alii tergis versis abeunt.

98 (f. 242). Tabella. Iesus quatuor comitantibus perambulat, Zachaeus ex arbore eum prospicit.

In s. Ioannis evangelium.

99 (f. 269ᵛ). Tabella. S. Ioannes evangelista iuvenili facie in cathedra sedet.

100 (f. 282ᵛ). Tabella. Ioannes Baptista duobus Pharisaeis respondit legens e papyro: (Ego vox clamantis in deserto).

101 (f. 283). Tabella. Ioannes videt Iesum venientem ad se.

102 (f. 284). Tabella. Andreas adducit Simonem fratrem ad Iesum qui eos interrogat.

103 (f. 284ᵛ). Tabella. Petrus, comitante Andrea, loquitur cum Iesu.

104 (ibid.). Tabella. Iesus in via invenit Philippum.

105 (f. 285). Tabella. Philippus et Nathanael se Iesu sistunt, dextrorsum aedificium.

106 (f. 285v). Tabella. Iesus sedens benedicit mensae nuptiali, prope Maria virgo Iesum hortatur, vir et mulier (sponsus et sponsa) dextrorsum assident; minister infundit aquam in duabus hydriis.

107 (f. 288). Porticus tribus arcubus fulta. Iesus in arcu medio flagellum stringens dextera eicit nummularium, sinistra quatuor ementes.

108 (f. 289). Tabella. Nicodemus comitante iuvene Iesum alloquitur.

109 (f. 290). Tabella. Tres discipuli s. Ioanni Baptistae quaestionem proponunt (de baptismo).

110 (f. 292). Tabella. Iesus stans ad puteum loquitur cum Samaritana.

111 (f. 294v). Tabella. Tres discipuli redeuntes Iesum compellant.

112 (f. 295). Tabella. Iesus sedet, Samaritana tergo verso abit; dextrorsum aedificium (Samaria).

113 (f. 296). Tabella. Tres samaritani adducuntur a muliere ad Iesum.

114 (f. 297). Tabella. Regulus flexis genibus rogat Iesum.

115 (ibid.). Tabella. Regulo occurrunt duo famuli.

116 (f. 298v). Tabella. Angelus bacillo tangit aquas probaticae piscinae.

117 (ibid.). Tabella. Paraliticus in lectulo supinus.

118 (f. 299). Tabella. Iesus, duobus famulis assistentibus, paraliticum alloquitur, qui stragulis humero sinistro impositis abit.

119 (ibid.). Tabella. Iesus, discipulo ac duobus famulis praesentibus, e templo exiens paraliticum hortatur.

120 (f. 301v). Tabella. Iesus capsellam panum et piscium a Philippo recipit; dextrorsum duo e turba sedent.

121 (f. 302) Tabella. Iesus cum discipulo (Philippo) ac duobus aliis e turba sedet ad mensam.

122 (f. 302v). Tabella. Iesus sedens panem manu sustinet; pisces humi iacent, duo e turba assident.

123 (f. 303). Tabella. Duo homines e turba sedentes Iesu stanti sermonem convertunt; (hic est vere propheta).

124 (f. 304). Tabella. Iesus super mare ad discipulos quatuor sedentes in navicula vento agitata ambulat.

125 (304v). Tabella. Iesus assistente discipulo tres homines illis exprobrat verbis: Quaeritis me non quia vidistis signa sed quia manducastis ex panibus.

126 (f. 306v). Tabella. Iesus duos discipulos, duobus hominibus e turba abeuntibus, interrogat; (nunquid et vos vultis abire).

127 (f. 307). Tabella. Iesus tribus discipulis verba facit; (meum tempus nondum advenit).

128 (f. 309v). Tabella. Iudas ducit milites ac turbam ad comprehendendum Iesum.

129 (f. 311). Tabella. Duo homines Iesu sistunt mulierem (adulteram).

130 (ibid.). Tabella. Iesus, adultera ac duobus praesentibus, inclinatus scribit in terra.

131 (ibid.). Tabella. Iesus verba edens: qui sine peccato est primus in illam lapidem mittat; duo in adulteram lapides impingere minantur.

132 (f. 311v). Tabella. Iesus iterum se inclinans scribit in terra, adultera abeunte.

133 (f. 312). Tabella. Iesus cum discipulo (?) loquitur: ego vado et me quaeretis.

134 (f. 315v). Tabella. In Iesum e templo exeuntem duo pharisaei iniiciunt lapides.

135 (f. 316). Tabella. Iesus caeci oculos digito tangit.

136 (f. 316v). Tabella. Caecus lavat oculos in natatoria Siloe.

137 (f. 317). Tabella. Tres pharisaei caecum interrogant.

138 (f. 318). Tabella. Duo pharisaei rursus caecum interrogant.

139 (f. 319). Tabella. Iesus cum caeco loquitur; (Tu credis in filium Dei).

140 (f. 321v). Tabella. Famulus epistolam Iesu tradit; (de Lazaro infirmo).

141 (f. 322v). Tabella. Martha genibus flexis cum Iesu conqueritur; (si fuisses hic frater meus non fuisset mortuus).

142 (f. 323). Tabella. Magdalena ad pedes Iesu provoluta, famulo assistente.

143 (f. 324v). Tabella. Iesus, discipulis ac duabus mulieribus (Magdalena et Martha) comitantibus, Lazarum e sepulchro sublevatum alloquitur, famulus operculum e monumento abstulit, turbae nasos vestibus obturant.

144 (f. 325). Tabella. Iesus sedens ad mensam, septem discipulis et Lazaro assidentibus, a Magdalena ad pedes provoluta ungitur.

145 (f. 326). Tabella. Iesus asello vectus, discipulo comitante, Hierusalem ingreditur, pueri duo sternunt vestimenta sua.

146 (f. 326v). Tabella. Iesu oranti in monte angelus verba profert (ego te clarificabo); in summo monte calix.

147 (f. 327v). Tabella. Iesus inclinatus lavat pedes Petri renuentis, aliis discipulis sibi pedes excalceantibus.

148 (f. 328v). Tabella. Ad mensam rotundam sedet Iesus cum duodecim.

149 (f. 329). Tabella. Iesus ad mensam rectagonam sedens cum quinque discipulis Iudae ad dexteram sedenti porrigit panem intinctum.

150 (f. 335). Tabella. Iesus ad montis radices flexis genibus orat; in summo monte calix.

151 (f. 337). Tabella. Iesum Iudaei comprehendunt, dum Iudas eum osculatur.

152 (ibid.). Tabella. Iesus genibus flexis sanat auriculam famuli, quatuor militibus utrinque stantibus.

153 (f. 337ᵛ). Tabella. Iesus a tribuno ducitur ad Annam pontificem sedentem; sinistrorsum Petrus calefacit se.

154 (f. 338ᵛ). Tres iudaei Iesum accusatum sistunt Pilato sedenti pro tribunali.

155 (ibid.). Tabella. Pilatus Iesum compellat.

156 (f. 339ᵛ). Tabella. Iesus a duobus carnificibus flagellis caeditur.

157 (ibid.) Tabella. Iesus flagellatus in conspectum Pilati sedentis pro tribunali a duobus iudaeis ducitur.

158 (f. 340ᵛ). Tabella. Iesus crucem humero dextero portans ducitur a tribus carnificibus; Maria et Ioannes eum sequuntur.

159 (f. 341ᵛ). Tabula. Iesus Christus inter duos latrones crucifigitur, infra crucem dextrorsum milites, sinistrorsum Maria animo deficiens cadit, sustentante Ioanne ac duabus piis mulieribus; alia mulier genibus flexis ad pedes crucis; duo carnifices fustibus frangunt crura latronum; miles lancea aperit latus Iesu.

160 (f. 343). Tabella. Iesus e cruce a discipulis duobus deponitur inter brachia matris, adstantibus Iosepho ab Arimathea ac duabus mulieribus.

161 (ibid.). Tabella. Iesum in sepulchro stratum amplectitur mater, quatuor discipulis et muliere adstantibus.

162 (f. 343ᵛ). Tabella. Vir (Ioseph ab Arimathaea?) cum duobus asseclis (Gamaliele et Nicodemo?) loquitur cum duobus sacerdotibus (Anna et Caipha?).

163 (f. 344). Tabella. Iesus in infernum descensus pede daemonem calcans tollit virum (Adam?), post illum tres alii iusti expectantes.

164 (f. 345). Tabella. Maria Magdalena ad monumentum prospicit angelum sedentem ad caput sarcophagi ac lilium gerentem.

165 (ibid.). Tabella. Maria Magdalena genuflexa ad pedes Iesu sinistra lilium gerentis.

166 (f. 345ᵛ). Tabella. Iesus apparet discipulis sedentibus in cubiculo; in umbra domus.

In actus apostolorum.

167 (f. 348). Initialis F, s. Lucas sedens librum evangeliorume genibus sublevat.

168 (f. 350). Tabella. Iesus a duobus angelis rapitur in caelum, quinque discipulis genibus flexis intuentibus.

169 (f. 350^{r}). Tabella. S. Petrus alloquitur tres viros variae nationis.

170 (f. 351^{v}). Tabella. Discipuli congregati sedentes (expectantes Spiritum S.).

171 (f. 352). Tabella. S. Petrus stans sermonem habet ad quatuor viros variae nationis.

172 (f. 353^{r}). Tabella. S. Petrus, comitante s. Ioanne, claudum in lectulo iacentem sublevare parat.

173 (f. 354^{r}). Tabella. S. Petrus tres viros variae nationis alloquitur.

174 (f. 356). Tabella. S. Petrus duobus apostolis asseclis Ananiae et Sapphirae in terra pronis maledicit.

175 (f. 356^{v}). Tabella. Angelus educit e carcere s. Petrum, post angelum duo apostoli.

176 (f. 357). Tabella. Duo principes sacerdotum interrogant s. Petrum et alium apostolum; in umbra tribunal.

177 (f. 357^{r}). Tabella. Duo apostoli ad columnam ligati flagellantur a duobus carnificibus.

178 (f. 358^{r}). Tabella. S. Stephanus levita in conspectu duorum principum sacerdotum.

179 (f. 360^{r}). Aedes rotunda. S. Stephano oranti apparet Iesus crucifixus; in summa aede tres cruces.

180 (f. 361). Tabella. S. Stephani orantis tergo duo iudaei saxa impingunt.

181 (ibid.). Tabella. Apostolus sedens (Iacobus filius Alphaei) a duobus apostolis, stantibus ac dexteris impositis, consecratur (episcopus Hierosolymorum), hic inde duo alii apostoli adstant.

182 (f. 362^{r}). Tabella. Apostolus (Philippus) baptizat hominem (eunuchum reginae Candacis).

183 (ibid.). Tabella. Saulus pronus in via Damasci.

184 (ibid.). Tabella. Saulus una cum tribus aliis subit portam urbis (Damasci).

185 (f. 363^{r}). Tabella. Saulus in conspectu Ananiae manus ei imponentis.

186 (f. 364). Tabella. Saulus in sporta e muris urbis (Damasci) emissus.

187 (f. 364^{r}). Tabella. Apostolus (s. Petrus) sanat hominem in grabato iacentem (Aeneam paraliticum).

188 (f. 365). Tabella. S. Petrus manus imponit mulieri (Tabithae) lectulo recumbenti (e morte excitatae).

189 (f. 366). Tabella. S. Petro Iesus apparet; duo viri a tergo s. Petri.

190 (f. 366^{r}). Tabella. Vir (Cornelius centurio) cum assecla flexis genibus in conspectu s. Petri.

191 (f. 367). Tabella. Apostolus (s. Petrus) baptizat hominem nudum genibus flexum, huius tergo tres alii flexis genibus adhuc vestibus induti.

192 (f. 371^{v}). Tabella. Homo (Petronius) in conspectu duorum virorum sedentium (Agrippae et Herodis?).

193 (f. 372^{v}). Tabella. Duo martyres (s. Iacobus et carceris custos) gladio feriuntur.

194 (ibid.). Tabella. S. Petrus ab angelo carcere educitur, excubitor ad portam sedit.

195 (f. 373). Tabella. Angelus s. Petrum ducit, dextrorsum carcer.

196 (ibid.). Tabella. S. Petrus ad portam domus (Mariae matris Ioannis); puella (Rhode) exiit ad interrogandum eum quis esset.

197 (f. 373^{v}). Tabella. S. Petrus cum tribus apostolis colloquitur (narrans quomodo Deus eum e carcere liberavit).

198 (ibid.). Tabella. Duo milites in conspectu praesidis (Herodis) in throno sedentis.

199 (f. 374). Tabella. Praeses (Herodes) in throno sedens cum duobus viris (Tyrio et Sidonio) loquitur; noctua seu bubo capiti Herodis innititur (imminentis mortis praesagium).

200 (f. 375). Tabella. Duo apostoli (s. Paulus et Barnabas) accedunt muris urbis (Paphi).

201 (ibid.). Tabella. Apostolus (s. Paulus) manu silentium indicit multis adstantibus (in synagoga Antiochiae?).

202 (f. 376). Tabella. Duobus apostolis (s. Paulo et Barnabae) exeuntibus e porta urbis (Antiochiae) famulus impingit lapidem; famuli pectori est pictum scutum gentilicium (tres baltei rubri in arvo viridi).

203 (f. 376^{v}). Tabella. Duos apostolos (s. Paulum et Barnabam) tres milites lapidibus urbe (Iconio) expellunt.

204 (ibid.). Tabella. Apostolus (s. Paulus) in lecto iacentem (claudum) sanat, quinque adstantibus.

205 (f. 377). Tabella. Apostolus (s. Paulus) a famulo trahitur extra portam urbis (Lystrae).

206 (f. 378). Tabella. Apostolus (s. Petrus?) e suggestu concionatur viris ac mulieribus congregatis in scabellis sedentibus.

207 (ibid.). Tabella. Apostolus (s. Iacobus) stans verba facit viris ac mulieribus in scabellis sedentibus.

208 (f. 380^{v}). Tabella. Apostolus (s. Paulus) puellae incitatae benedicit (eiciens ex ea spiritum pythonem).

209 (f. 381). Tabella. Apostolos duos (s. Paulum et Barnabam) columnae porticus ligatos duo carnifices virgis caedunt.

210 (ibid.). Tabella. Tres viri (custos carceris et duo alii) genibus flexis

ab apostolo (s. Paulo) aliquid quaerunt, a tergo apostoli duo discipuli (Silas et Timotheus ?)

211 (f. 385^{v}). Tabella. Apostolus (s. Paulus) e suggestu concionem habens populo sedenti manus imponit iuveni ad vitam revocato (Eutichio); dextrorsum iuvenis (Eutichius) e fenestra cadens.

212 (f. 387^{v}). Tabella. Apostolus (s. Paulus) a duobus equitibus (tribunis) eripitur e manibus duorum iudaeorum extra portam urbis (Hierusalem).

213 (f. 389). Tabella. Apostolus (s. Paulus) se excusat summo sacerdoti pro tribunali sedenti (vocasse eum parietem dealbatum); apparitor manum sublevat contra s. Paulum, ad dexteram praesidis alter sacerdos.

214 (f. 390^{v}). Tabella. Apostolus (s. Paulus) accusatur coram praeside (Felice) ab homine (Tertullo); ad dexteram praesidis assecla.

215 (f. 395). Tabella. S. Paulum vipera mordet (in insula Melita), gubernatore insulae ac duobus militibus adstantibus.

216 (f. 395^{v}). Tabella. Apostolum (s. Paulum) apparitor sistit praesidi (Neroni?) in cathedra sedenti.

217 (f. 396^{v}). Apocalypsis. Prologus. Initialis cum imagine s. Ioannis virili aetate et mitra caput ornati, sedentis et librum legentis: in multis initialibus maioribus huius libri imago clypeata s. Ioannis iuvenili aetate.

218 (f. 397). Tabula. S. Ioannes iuvenili aetate scribens in libro; a tergo vir barbatus imponit manus super caput scribentis; in recessu repraesentatur terra per quadrupedes et arbores, mare per undas; sursum sinistrorsum septem candelabra aurea, dextrorsum septem stellae.

219 (f. 405). Tabula. Iesus Christus in throno sedens, in circuitu throni XXX tres seniores, in angulis tabulae quatuor evangelistae cum capitibus symbolicis; in media tabula, a sinistra Iesu Christi tres lampades ardentes, a dextera quatuor, infra lampades: *sanctus, sanctus.*

220 (f. 412^{v}). Multae imagines in marginibus et inter duas columnas textus: in margine dextro superiore arca dei; in mediis textus columnis aedificium; infra mulier sedens capite coronato, sol in manibus et luna sub pedibus eius, inferius apostoli; in margine dextro medio magnus draco tria capita habens se elevat usque ad arcam, in convoluta cauda draconis tres pueri (costellationes?); in margine inferiore mulier dextera benedicens, duobus patribus cardinalibus comitantibus, e templo exit.

221 (f. 422). Tabula in duas partes divisa. In superiore Christus in throno sedens angelis circumdatus iudicium ponit; quatuor angeli tubis cecinunt ad quatuor partes terrae: ad dexteram Iesu Christi b. Virgo Maria et apostolus (?) stantes; ad sinistram duo alii apostoli (?). In parte inferiore dextrorsum s. Petrus

in portam (novae Hierusalem) introducit cardinalem et alios viros sanctos; sinistrorsum animae impiorum flammis devorantur.

222 (f. 424ᵛ). Initialis I cum imagine iuvenis (interpretis operis), qui flexis genibus librum offert virgini Mariae sedenti in cathedra cum infante Iesu super genibus.

Picturae mediocri arte italica confectae sunt saec. XIV.

12.

Liber **Iob, epistolae catholicae, Apocalypsis, Actus apostolorum.**

1 (f. 3). Lib. Iob. Initialis V, Iob incurvus dexteram protendit ad uxorem stantem in conspectu.

2 (f. 95ᵛ). Epist. catholicae. Initialis I, s. Iacobus stans et librum dextera gerens suspicit angelum inspirantem sibi verba divina.

3 (f. 105). S. Petri epistola I. Initialis P, s. Petrus stans dextera benedicit, sinistra florem (margaritam?) monstrat, capite gerit parvam mitram rubram, in qua crux alba.

4 (f. 115). Epist. II. Initialis P, s. Petrus dextera librum sinistra clavem umero applicitam gerit.

5 (f. 121ᵛ). S. Ioannis epistolae. Initialis Q, s. Ioannes in libro lectorio imposito scribens.

6 (f. 132). Initialis S, s. Ioannes stans digito monstrat epistolam quam sinistra pallio tecta sustentat.

7 (f. 133). Initialis S, s. Ioannes stans epistolam dextera pallio tecta sustentat, sinistra extensa eam innuit.

8 (f. 134). S. Iudae epist. Initialis I, s. Iudas stans digito monstrat epistolam quam sinistra pallio tecta sustentat.

9 (f. 139). Apocalypsis. Initialis A, s. Ioannes scribens in libro lectorio imposito, in recessu septem turriculae, dextrorsum bestiae caput.

10 (f. 173). Actus apostolorum. Initialis P, Iesus in caelum fere ascensus prospicientibus apostolis.

Picturae sunt mediocri arte et manu gallica confectae saec. XIV.

14.

Nicolai de Lyra postillae in Pentateuchum et in libros Iosue, Iudicum et Ruth.

1 (f. 20). Arcae delineatio lineis rubris expressa.

2 (f. 20ᵛ). Arcae sanctae alia delineatio lineis rubris expressa.

3 (f. 107). Propitiatorii arca cum Cherubim secundum rabi Salomonem.

4 (ibid.). Arca Propitiatorii et Cherubim secundum alios doctores.

5 (f. 108). Mensa propositionis cum panibus et thure superposito in vasis duobus secundum rabi Salomonem.

6 (ibid.). Mensa propositionis cum panibus et thure superposito in vasis duobus secundum alios doctores.

7 (f. 108v). Candelabrum secundum rabi Salomonem.

8 (ibid.). Candelabrum secundum alios doctores.

9 (f. 110). Cortinae quinque.

10 (ibid.). Saga cilicia.

11 (ibid.). Duae tabulae simul iunctae superius per uncinum.

12 (ibid.). Bases quibus infiguntur tabulae.

13 (f. 111). Viginti tabulae claudentes unum latus tabernaculi secundum longitudinem suam, quae est XXX cubitorum.

14 (f. 111v). Altare holocausti secundum latinos.

15 (ibid.). Altare holocausti secundum hebraeos.

16 (f. 116v). Summus sacerdos.

17 (f. 117). Vas ansatum (amphora) ad aquam effundendam in manus.

18 (f. 125). Castra Israel quadrata et rectangulari forma lineis designata.

Schola italica, saec. XV.

15.

Delineationes aedificiorum manu italica saec. XV, in glossis in Ezechielem et Danielem, eaedem sunt quas habes in ed. Nicolai de Lyra (Biblia cum glossa interlin. etc., Venetiis 1588, 4).

22.

Nicolai de Lyra et **Hugonis** de **s. Charo** postillae in varios Bibliorum libros.

Lib. III regum. Figurae rudissime delineatae in ff. 48, 48v, 49, 49v, 50, 51 eaedem sunt quas habes in ed. Nicolai de Lyra, Biblia cum glossa interlin. etc., Venetiis 1588, 2, in ff. 133, 138, 140, 140v, 142v.

Delineamenta rudissima manu italica saec. XIV.

38.

S. Hilarii pictaviensis episc. opera.

Imagines quarum mentionem feci in descriptione f. 1 huius codicis videntur imagines ss. evangelistarum Marci, Lucae et Ioannis, nullum tamen insigne proprium exhibent.

58.

Lactantii opera.

Bestiae pictae in ornamentis.

1 (f. 1). Margines quatuor variis coloribus, frondibus, lineis, avibus, papilionibus ac duobus circulis. In altero duo puelli sustinent coronam lauream in qua tessera gentilicia urbinas, in altero tres anates in nemoris rivulo natantes; in initiali M lepus currens.

2 (f. 31ᵛ). Lepus currens.

3 (f. 96ᵛ). Cerva cubans, catena collo inserta.

4 (f. 133). Simia quiescens et papilio.

5 (f. 164ᵛ). Canis leporarius rixans cum fele.

6 (f. 202ᵛ). Cervae duae cubantes.

Rudi manu italica saec. XV (manu Friderici Veterani? cf. codd. 419-420, ff. 288ᵛ. 423-425. 452. 477. 497?).

96.

S. Gregorii M. libri Moralium, seu expositio in Iob.

1 (f. 2). Initialis R, s. Gregorii papae imago clypeata ad tabulam scribentis, Deus e caelo assistentibus seraphim ei benedicit.

2 (ibid.). In marginibus circuli novem, quatuor cum tessera gentilicia ac tribus insignibus Friderici Urbini ducis, quinque alii circuli continent imagunculas de historia Iob. [1] Deus loquitur cum Satan (de Iob), in umbra campus flammis deflagrans (infernum); [2] Iob sedenti adstat adolescentulus (nuntius?); [3] Iob iunctis manibus Deo in caelo apparenti oculos intendit, muliere et quatuor adolescentibus adstantibus (uxore et filiis), in umbra campus cum armentis; [4] Satan vespertilionis specie radios sanguineos (plagas) in Iob impellit; Iob in sterquilinio iacenti tres (amici compatientes) assident.

Picturae satis eleganti arte italica saec. XV.

110.

Missale Mathiae Corvini regis Hungariae.

1 (f. 1). Proprium de tempore. Tabula. Rex David orans, hinc inde binae turres, in dextera s. Sebastianus columnae ligatus, in sinistra duo milites tela in eum iaciunt, sursum Deus pater, in recessu camporum prospectus. In marginibus auro, gemmis, pueruli, bestiis (cervis, simia) avibus ornatis quatuor circuli,

[1] David (?) meditans, [2] numi Mathiae regis et [3] Beatricis reginae Hungariae capitibus coronatis, [4] tessera gentilicia eiusdem regis.

2 (f. 8^{v}). Initialis P, Maria virgo adorat Iesum infantem, adstante angelo, in spelunca; a tergo bos et asinus; margines ornati auro, floribus, duabus cornucopiis cum fructibus.

3 (f. 10^{v}). Tabella. S. Ioannis capiti carnifex cochleari effundit oleum fervens; margines superior et inferior ornati lineis aureis ac floribus.

4 (f. 13^{v}). Initialis E, tres magi adorant puerum Iesum in sinu matris sedentem; margines ornati lineis aureis, floribus ac tessera gentilicia Mathiae regis.

5 (f. 81^{v}). Initialis E, ante canticum Exultet, sacerdos immittit cereum in fontem baptismalem; margines ornati auro, floribus, cornucopiis cum fructibus.

6 (f. 104^{v}). Canon. Tabula. Christus crucifixus, assistente populo et militibus in conspectu urbis (Budapestini?) virgini Mariae animo deficienti assistunt Ioannes (?) ac tres piae mulieres; margines ornati auro, gemmis, geniis, bestiis (leone, cervis), insigni (corvo) ac tessera gentilicia Mathiae regis.

7 (f. 105). Tabella. Iesu Christi dimidiata imago in sepulchro plagis vulnerati cum fasciculo calami silvestris et flagello subter brachiis; margines ornati auro, frondibus, fructibus, geniis, avibus, delphinis et quatuor circulis, in quibus imagines clypeatae [1] Mathiae regis, [2] Beatricis, [3] prophetae, [4] ac tessera gentilicia eiusdem regis.

8 (f. 108). Initialis R, Christus e sepulchro resurrexit, a tergo capita duorum militum; margines ornati auro, frondibus, avibus, cornucopiis cum fructibus ac tessera gentilicia Mathiae regis.

9 (f. 118). Initialis V, dimidia imago inferior Iesu Christi ad caelum ascendentis, prospicientibus Maria virgine et apostolis; margines ornati sunt auro ac frondibus.

10 (f. 121). Initialis S, Maria virgo assidentibus apostolis recipit Spiritum sanctum, columbae specie sursum apparentem; margines ornati sunt auro, frondibus, floribus et avibus; in corona laurea a duobus geniis sustentata lacunaris delineatio.

11 (f. 127). Initialis B, Deus pater manibus sustentat Crucifixum, inter patrem et filium Spiritus sanctus columbae specie; margines ornati sunt auro, frondibus et capite humano.

12 (f. 128^{v}). Initialis C, sacerdos superpelliceo indutus tribus pueris distribuit e patena hostiam sanctam.

13 (f. 149). Festivitates sanctorum. Initialis D, Iesus e littore alloquitur Petrum et Andream in navicula; margines ornati sunt nigro colore, frondibus, avibus ac tessera gentilicia Mathiae regis.

14 (f. 154). Initialis D, Maria virgo et Ioseph puerum Iesum pulvino sedentem sustinent; margines ornati sunt auro, floribus ac lineis.

15 (f. 158). Initialis V, angelus taeniam manu dextera sustinens cum inscriptione *Ave Maria* virginem genuflexam alloquitur; in marginibus superiore et inferiore globuli aurei et frondes.

16 (f. 160). Initialis N, crux recens offossa a viro sublevatur, margines ornati sunt floribus et globulis aureis.

17 (f. 168). Initialis G, Maria virgo Elisabeth amplectitur; margines ornati sunt frondibus, lineis et globulis aureis.

18 (f. 176). Initialis G, Maria virgo in caelum ascendit sanctis comitantibus, duobus marginibus insunt frondes et globuli aurei.

19 (f. 197). Initialis S, s. Anna in lectulo Mariam virginem enixa, assistente vetula; in marginibus flores et globuli aurei.

20 (f. 180'). Initialis N, crux sublevata in colle; in marginibus flores et globuli aurei.

21 (f. 186). Initialis C, omnes sancti, ante reliquos s. Petrus clavem dextera gerens ante pectus; in marginibus flores et globuli aurei.

22 (f. 188'). Comune sanctorum. Tabella. Apostolus sedens in sedili lapideo, sinistra librum dextera crucem sustinens; margines ornati sunt auro, coloribus et quercuum truncis; in margine inferiore corona laurea cum tessera gentilicia Mathiae regis.

23 (f. 212). Initialis N, crux in summo monte; margines ornati sunt lineis, floribus et globulis aureis.

24 (f. 212'). Initialis R, propheta Isaias sedet librum in sinu gerens, in capite prophetae taenia undulata in qua verba: *Ecce virgo concipiet et pa;* in marginibus superiore et inferiore flores, lineae et aurei globuli.

25 (f. 224'). Initialis R, viri demortui dimidia imago sindone alba involuti.

Picturae manu fortasse theutonica confectae sunt saec. XV exeunte.

111.

Breviarium fratrum minorum.

Has initiales continet.

1 (f. 1). Kalendarium. P, s. Pauli apost. cum ense et libro imago clypeata; margines ornati sunt auro, floribus, fructibus, avibus ac tessera gentilicia F(ederici) C(omitis) Urbini nunc evanida.

2. Proprium de tempore. (F. 32'). C, Maria virgo genibus flexis infantem Iesum adorat.

3 (f. 40ᵛ). C, s. Ioannis apost. cum libro in sinistra imago clypeata.

4 (f. 43ᵛ). D, infans fasciis involutus cruore manans e collo.

5 (f. 46ᵛ). D, dimidia imago s. Thomae cantuariensis episcopi.

6 (f. 55). D, s. Sylvestri papae clypeata imago.

7 (f. 58). D, Maria virgo infantem Iesum ferens.

8 (f. 160ᵛ). D, Iesus e sepulchro sursum scandens.

9 (f. 185). C, Iesu in caelum ascendentis dimidia imago inferior, infra b. virgo Maria cum apostolis.

10 (f. 194ᵛ). D, b. virgo Maria cum apostolis recipit Spiritum Sanctum columbae radiantis specie in caelo apparentem.

11 (f. 202). D, puer Iesus e calice aureo assurgit.

12. Psalterium. (F. 254ᵛ). C, rex David genuflexus orat, sursum Deus illi se monstrat; margines superior et inferior puerulis, auro, frondibus, floribus, fructibus et avibus ornati sunt.

13 (f. 305). D, Iesus Christus cum libro in quo A et Ω.

14 (f. 318ᵛ). D, s. Saturninus cum libro.

15 (f. 319). M, s. Andreas apost. crucem gerens.

16 (f. 332ᵛ). D, s. Thomas apost. cum libro.

17 (f. 356ᵛ). D, s. Paulus apost. ensem stringens.

18 (f. 363). O, ante altare Simeon sacerdos dextera pectori appropinquat infantem Iesum.

19. Festivitates sanctorum. (F. 372ᵛ). D, s. Petrus cum clave et libro.

20 (f. 376ᵛ). M, s. Mathias apost. cum libro.

21 (f. 382). D, angeli dimidia imago alloquentis virginis Mariae dimidiam imaginem, in recessu paries.

22 (f. 392). D, apostoli Philippus et Iacobus, qui dextera incumbit peregrinantium baculo.

23 (f. 394). D, crux erecta in montis cacumine albo.

24 (f. 408). D, s. Barnabas apost. cum libro.

25 (f. 412). D, infantulus fasciis involutus (s. Ioannes Baptista), prope eum taenia in qua *ece agnus De....*

26 (f. 419). D, apostoli s. Petrus cum clave et Paulus cum ense et libro.

27 (f. 437ᵛ). E, s. Iacobus apostolus.

28 (f. 448). C, Mariae virginis dimidia imago cum libro in dextera.

29 (f. 463). F, Maria virgo in throno sedens candida veste radiante induta.

30 (f. 473ᵛ). B, s. Bartholomaeus apost. cum cultro et libro.

31 (f. 477). F, puer Iesus candidis fasciis radiantibus involutus.

32 (f. 479ᵛ). D, crux in collis cacumine erecta.

33 (f. 482ᵛ). B, s. Matthaei evangelistae stantis dimidia imago cum libro et calamo.

34 (f. 483). D, s. Michaelis dimidia imago cum ense et libro.

35 (f. 490). D, ss. Simonis et Iudae dimidiae imagines, quarum una cum libro.

36 (f. 490ᵛ). O, in festo omnium sanctorum. Trium sanctorum dimidiae imagines, quarum una cum libro.

37 (f. 494ᵛ). D, in festo sancti episc. et conf., episcopi dimidia imago.

38 (f. 504). Comune sanctorum. In natalitiis apostolorum eadem pictura quae in f. 490ᵛ; tres margines sunt ornati auro, floribus et avibus; spatium vacuum ad excipiendam tesseram gentiliciam.

39 (f. 511). Comune confessorum pont. Eadem pictura quae in f. 494ᵛ.

40 (f. 517). In dedicatione ecclesiae, initialis V, nonnulla urbis aedificia.

41 (ibid.). Missa defunctorum. Super tumulo parva crux erecta.

Satis elegantes picturae manu italica saec XV.

112.

Breviarium Mathiae Corvini regis Hungariae.

1 (f. 1-6). Kalendarium. Sex priora folia uti etiam caetera omnia ornata sunt auro ac floribus secus columnas textus, plurima etiam insignibus Mathiae Corvini. In f. 7ᵛ Ordo breviarii. In media pagina altare ante aedem sacram, hinc inde viri ac mulieres, sursum in lunula Annuntiatio b. Mariae virg. cum inscriptione *Ave Maria gratia plena* etc.; infra altare puer uvam simiae porrigit. In altaris fronte Neptunus quatuor marinis equitibus vectus, hinc inde capita duo ventorum. Margines ornati aureis lineis, lapidibus pretiosis, puerulis, angelis, insignibus, tessera gentilicia cardinalis Trivultii superpicta tesserae Mathiae regis et sex Sibyllis; dextrorsum et sinistrorsum tesserae gentiliciae duo circuli cum duabus mulierum imagunculis, fortasse duarum virtutum (Religionis et Orationis) fictis personis.

2 (f. 8). Tabula. S. Paulo apostolo ensem destringenti dextera et e prominenti loco sermonem habenti assistunt rex (Mathias Corvini?) sedens cum aulicis et regina genuflexa (Beatrix?) cum ancillis; in recessu picturae urbs (Budapestinum?). In marginibus una cum geniis, frondibus aureis, gemmis, insignibus ac tesseris gentiliciis duabus Mathiae regis sex prophetarum sedentium imagines. In initiali F s. Paulus apost. cum ense et libro, in recessu aedicula.

3 (f. 38). Margines paginae ornati geniis, frondibus aureis, insignibus, tessera gentilicia Mathiae regis et sex circulis, in quibus sex prophetarum ima-

gines clypeatae. In initiali C Maria virgo adorat Iesum infantulum, prope sedet s. Ioseph cum baculo in dextera.

4 (f. 42v). Margines paginae ornati sunt auro, floribus, insignibus, tessera gentilicia Mathiae regis et sex sanctorum imaginibus clypeatis; in initiali D s. Stephani cum calamo et libro clypeata imago.

5 (f. 45v.) Margines paginae ornati sunt auro, floribus, gemmis, geniis, insignibus, tessera gentilicia Mathiae regis ac duabus clypeatis imaginibus s. Ioannis evangelistae in libro scribentis, prope est aquila.

6 (f. 48v). Margines paginae ornati ut supra f. 42v, tessera gentilicia imperfecta Mathiae regis, sex infantium imaginibus dimidiis, e quorum gulis sanguis defluit. In initiali D Herodes in throno sedet cum sceptro in sinistra, in eius conspectu duo carnifices duobus infantibus in ipsis matrum sinibus vulnera infligunt, tres infantes occisi humi iacent. In f. 52 initialis D cum imagine clypeata s. Thomae episc. cantuariensis.

7 (f. 67). Margines paginae ornati sunt auro, geniis, angelis, floribus, insignibus, tessera gentilicia Mathiae regis et sex circulis, in quibus imagines clypeatae sanctorum sex. In initiali D tres magi in crypta adorant infantem Iesum matris genibus sedentem.

8 (f. 161v). Initialis Q, Ieremiae super urbe deserta ploranti Deus e caelo apparet; in margine inferiore tesserae gentiliciae scutum vacuum.

9 (f. 171). Initialis M, s. Gregorii papae clypeata imago.

10 (f. 172). Margines paginae ornati sunt ut in f. 67; in marginibus sex circuli cum imaginibus clypeatis sex sanctorum seu prophetarum. Initialis D, Christus e sepulchro erectus, duobus militibus dormientibus.

11 (f. 173v). Initialis D, sancti cuiusdam clypeata imago.

12 (f. 174). Initialis D, sancti cuiusdam clypeata imago.

13 (f. 196v). Initialis P, sancti cuiusdam clypeata imago.

14 (f. 197). Margines ornati ut in f. 67; in sex circulis sex prophetarum seu sanctorum imagines; in initiali C Iesus in caelum ascendens, suspicientibus quinque apostolis.

15 (f. 204). Margines paginae ornati sunt ut in f. 67. In sex circulis sex prophetarum imagines seu sanctorum. Infra tesserae gentiliciae scutum vacuum et insignia nondum picta. In initiali D Maria virgo cum apostolis recipit Spiritum Sanctum in caenaculo.

16 (f. 210). Margines paginae uti in f. 67; tessera gentilicia Mathiae Corvini picta sunt insignia non item. In circulis sex sanctorum vel prophetarum clypeatae imagines. In initiali O Deus pater sedens manibus sustentat Christum crucifixum, inter eos Spiritus Sanctus columbae specie, sed huius colores palluerunt.

17 (f. 213). Margines paginae ornati ut in f. 67; infra tesserae gentiliciae scutum vacuum, nulla insignia; sex circuli cum imaginibus clypeatis sex sanctorum. In initiali D duo angeli calicem cum superposita sacra hostia sustinent; in sacra hostia Crucifixus impressus est.

18 (f. 220ᵛ). Initialis D, sancti cuiusdam clypeata imago. In marginis inferioris circulo capra iacens, funiculo ad collum alligato.

19 (f. 221). Initialis F, regis cuiusdam clypeata imago; in marginis inferioris circulo scutum vacuum ad excipiendam tesseram gentiliciam; ex hoc folio saepe tesserae gentiliciae pictae non sunt, spatiis vacuis relictis.

20 (f. 227). Initialis P, sancti cuiusdam imago.

21 (f. 228). Initialis D, sancti cuiusdam clypeata imago.

22 (f. 228ᵛ). In marginis inferioris circulo s. Augustini clypeata imago.

23 (f. 229). Initialis D, sancti cuiusdam clypeata imago.

24 (f. 229ᵛ). Initialis D, sancti cuiusdam clypeata imago; in marginis inferioris circulo sigla *I H S*.

25 (f. 230). Initialis L, sancti cuiusdam clypeata imago.

26 (f. 231). In marginis inferioris circulo s. Gregorii papae clypeata imago.

27 (f. 234). Initialis C, sancti cuiusdam clypeata imago.

28 (f. 234ᵛ). In marginis inferioris circulo sancti cuiusdam clypeata imago.

29 (f. 240). Margines paginae ornati sunt floribus, auro, puerulis, tessera gentilicia Mathiae regis ac duobus circulis cum duorum sanctorum clypeatis imaginibus. In Initiali P Salomonis regis clypeata imago.

30 (f. 243). Initialis V, Ecclesiastes seu Salomonis clypeata imago.

31 (f. 244). Initialis D, Sapientiae divinae clypeata imago.

32 (f. 244ᵛ). Initialis O, Ecclesiastici seu Salomonis clypeata imago.

33 (f. 245ᵛ). Margines paginae ornati sunt floribus, auro, tessera gentilicia Mathiae regis ac duobus circulis cum duorum sanctorum seu prophetarum clypeatis imaginibus. Initialis V, Iob plagis signati dimidia imago.

34 (f. 248). Initialis T, Tobiae clypeata imago.

35 (f. 250). Initialis A, Iudith cum ense ac truncato capite (Holophernis).

36 (f. 252). Initialis I, Esther clypeata imago.

37 (f. 253ᵛ). Margines paginae ornati sunt floribus, auro, geniis, duabus tesseris gentiliciis parvis Mathiae regis ac duobus circulis cum duorum sanctorum seu prophetarum clypeatis imaginibus. In initiali E hagiographi cum libro clypeata imago.

38 (f. 264). Initiales V, V cum prophetarum Osee et Iohelis clypeatis imaginibus.

39 (f. 264ᵛ). Initiales V, V, E cum prophetarum Amos, Abdiae et Ionae clypeatis imaginibus.

40 (f. 265). Initiales V, O cum prophetarum Michaeae et Naum clypeatis imaginibus.

41 (f. 265^v). Initiales O, V, A cum prophetarum Habacuc, Sophoniae et Aggaei clypeatis imaginibus.

42 (f. 266). Initiales I, O cum prophetarum Zachariae et Malachiae clypeatis imaginibus.

43 (f. 266^v). Rubricae. Initialis A, sancti cuiusdam sinistra librum gerentis ac dextera benedicentis dimidia imago. In margine inferiore circulus cum lepore quiescente.

44 (f. 278^v). Ordo psalterii. Pagina picta. In media pagina sursum portae imago cum titulo, deorsum hinc inde imagines duorum virorum, sex aliis viris et mulieribus comitantibus (fortasse Moyses, Isaias et alii auctores canticorum); in umbra urbs et campi. In quatuor marginum angulis quatuor evangelistae, dextrorsum et sinistrorsum duo prophetae, insuper lineae aureae, lapides pretiosi, pueruli, insignia ac tessera gentilicia Mathiae regis auro deleta, superpicto pileo cardinalis Trivultii.

45 (f. 279). Pagina picta ut supra. In summa pagina tabella cum Davide rege, qui flexis genibus et manibus iunctis orat, humi iacet organum et corona regia; in umbra campus et urbes. In quatuor marginum angulis tabellae, in quibus sex sanctorum cum libris dimidiae imagines (ss. Hieronymi, Ambrosii, Augustini, Gregorii, hinc inde Thomae de Aquino et Bonaventurae). In Initiali P Deus pater in caelo sinistra mundum sustentans, dextera benedicens.

46 (f. 279^v). Initialis B, regis Davidis dimidia imago organum pulsantis.

47 (f. 292^v). Tabella in margine inferiore cum Davidis regis organum pulsantis dimidia imagine.

48 (f. 293^v). Circulus in margine inferiore cum Davidis regis dimidia imagine organum pulsantis.

49 (f. 294^v). Circulus in margine inferiore cum regis dimidia imagine indicem dexterum elevantis.

50 (f. 296). Margines paginae ornati sunt duorum psalmistarum dimidiis imaginibus, floribus, insignibus ac tessera gentilicia nondum picta. Initialis psalmi « Dominus illuminatio mea etc. » cum Davidis regis imagine clypeata, indice sinistro oculos innuentis ac dextera pergamenae taeniam ferentis cum inscriptione hebraice.

51 (f. 302). Margines paginae ornati sex hagiographorum clypeatis imaginibus, auro, floribus, insignibus ac tessera gentilicia Mathiae regis. Initialis psalmi « Dixi custodiam vias meas » cum Davidis regis dimidia imagine, sinistrae indice faciem innuentis, dextera pergamenae taeniam ferentis.

52 (f. 307). Margines ornati sunt duorum hagiographorum imaginibus clypeatis, puerulis, quorum unus simia ludit, ac tessera gentilicia Mathiae regis, insignia in circulis quatuor nondum picta sunt. Initialis psalmi « Dixit insipiens » cum dimidia imagine hominis fatui.

53 (f. 312). Margines paginae picti ut supra. In initiali psalmi « Salvum me fac Deus quoniam intraverunt aquae » Davidis regis dimidia imago in mediis undis orantis.

54 (f. 319ᵛ). Margines paginae picti ut supra, duorum angelorum imaginibus, altera instrumentum quod vulgo *violino*, altera duas lances concavas (cymbalum?) pulsat. Initialis psalmi « Exultate Deo adiutori etc. » cum Davidis regis organum pulsantis dimidia imagine.

55 (f. 325). Margines paginae ornati sunt auro, floribus, angelis, tessera gentilicia Mathiae regis et sex hagiographorum imaginibus clypeatis. Initialis psalmi « Cantate domino canticum » cum tribus adolescentium canentium ante librum choralem clypeatis imaginibus.

56 (f. 333). Margines ornati sunt auro, frondibus, florum sertis, angelis, tessera gentilicia Mathiae regis ac duorum hagiographorum clypeatis imaginibus. In initiali psalmi « Dixit dominus domino meo etc. » Davidis regis clypeata imago pergamenae taeniam ante pectus extensam ferens cum inscriptione hebraice.

57 (f. 334ᵛ). Initialis D cum Davidis regis imagine clypeata organum pulsantis.

58 (f. 335ᵛ). Initialis L cum Davidis regis imagine clypeata sinistrae indicem ad faciem convertentis ac dextera organum ferentis.

59 (f. 336). Initialis N cum Davidis regis imagine clypeata organum pulsantis.

60 (f. 337). Initialis M cum Davidis regis imagine clypeata dexterae indicem elevantis.

61 (f. 338ᵛ). Initialis C cum Davidis regis imagine clypeata organum pulsantis. In marginis inferioris circulo lepus vel cuniculus quiescens.

62 (f. 340ᵛ). Initialis B, Davidis regis iunctis manibus orantis dimidia imago.

63 (f. 342). Initialis C, Davidis regis clypeata imago organum pulsantis.

64 (f. 345ᵛ). Proprium sanctorum. Pagina picta. Sursum altare et aediculae frons hinc inde sanctis stantibus; margines ornati sunt ut supra f. 278ᵛ, tessera gentilicia card. Trivultii et sex circulis cum apostolorum sex clypeatis imaginibus, quarum duae tantum insignia propria exhibent, s. Paulus ensem et s. Petrus librum, tres gerunt libros, sexta omni insigni caret.

65 (f. 346). Pagina picta. Sursum duo apostoli (s. Petrus et s. Andreas) relicta navi in littore ante Iesum genibus flectunt, post Iesum alii disciPuli capitibus

nymbis ornatis. Margines ornati sunt ut supra, insignibus, tessera gentilicia Mathiae regis et sex aliorum apostolorum clypeatis imaginibus, duae librum, duae baculum gerunt (ss. Philippus et Iacobus), duae insignibus carent. Initialis D, in festo ss. Saturnini, Senis et Sisinnii martyrum, regi in throno sedenti genibus flexis adstant tres martyres manibus ad terga alligatis; super columna stat Herculis simulacrum, in umbra milites lanceis armati.

66 (f. 347). Margines ornati sunt ut supra f. 333 et sex sanctorum clypeatis imaginibus. Initialis M, s. Andreae apostoli cum libro clypeata imago.

67 (f. 349ᵛ). Initialis D, s. Nicolai ep. mirensis clypeata imago.

68 (f. 351). Margines ornati ut supra, duabus sanctorum imaginibus clypeatis ac tessera Mathiae regis, desunt insignia. Initialis D, s. Ambrosii episc. benedicentis clypeata imago.

69 (f. 352). Margines ornati ut in f. 351, non desunt insignia gentilicia Mathiae regis. Initialis D, in festo Conceptionis b. Mariae v., cum eiusdem virginis iunctis manibus orantis clypeata imagine.

70 (f. 356). In festo s. Luciae, circulus in margine inferiore cum eiusdem sanctae virginis imagine clypeata, sinistra lampadem ardentem, dextera palmam gerentis.

71 (f. 357ᵛ). Margines ornati sunt ut in f. 351. Initialis D, in festo s. Thomae apost., continet eiusdem s. apostoli dimidiam imaginem, digitum figentis in vulnus pectoris Iesu Christi.

72 (f. 361). Initialis B, in festo s. Antonii abbatis, continet eiusdem sancti fere dimidiam imaginem baculum gerentis.

73 (f. 363). Margines ornati sunt uti in f. 351, tesserae gentiliciae spatio vacuo relicto. Initialis I, in festo ss. Fabiani et Sebastiani, continet duorum martyrum imagines clypeatas, unus martyr cum palma.

74 (f. 364). Initialis O, in festo s. Agnetis, continet huius martyris ovem et palmam gerentis clypeatam imaginem.

75 (f. 369). In conversione s. Pauli apost. Margines ornati sunt auro, frondibus et clypeatis imaginibus s. Pauli cum ense et s. Petri cum clavi in dextera et libro in sinistra, spatiis vacuis relictis ad excipienda insignia ac tesseram gentiliciam. In initiali D s. Pauli apost. librum apertum pectore expansum gerentis clypeata imago.

76 (f. 371). In festo Purificationis. Margines ornati auro, frondibus, geniis insigni, tessera gentilicia Mathiae regis et sex hagiographorum clypeatis imaginibus. In initiali O Maria v., comitante Iosepho canistrum cum tribus columbulis ferente, infantem Iesum Simeoni sistit super altari, post Mariam v. vir et mulier.

77 (f. 374). In festo s. Agathae initialis D cum eiusdem virginis forficulam dextera gerentis imagine clypeata.

78 (f. 376). In festo s. Dorotheae initialis O cum eiusdem virginis capite floribus circumornato clypeata imaguncula.

79 (f. 377ᵛ). In festo s. Apolloniae initialis D cum eiusdem martyris dextera palmam gerentis clypeata imaguncula. In imo margine circulus cum tessera gentilicia Mathiae regis.

80 (f. 378). In cathedra s. Petri. Margines paginae ornati auro, frondibus, geniis, quorum alter tympanum pulsat, alter cornu inflat, tessera gentilicia Mathiae regis vix lineis adumbrata et sex sanctorum imaginibus clypeatis, nempe s. Pauli cum ense et libro, s. Petri nullo insigni distincti, quatuor pontificum thiaris capitibus impositis. In initiali D s. Petri sedentis in cathedra sinistra librum apertum monstrantis ac dextera clavem ferentis imago.

81 (f. 379ᵛ). In festo s. Mathiae apost. Margines ornati sunt auro, frondibus, geniis, tessera gentilicia Mathiae regis (insignia desunt) ac duorum sanctorum clypeatis imaginibus. In initiali D s. Mathiae iunctis manibus clypeata imago.

82 (f. 381). In festo s. Gregorii papae. Margines ornati ut in f. 379ᵛ et quatuor corvis in rostro annulos gerentibus (insigne Mathiae regis). In initiali D s. Gregorii sinistra librum gerentis ac dextera benedicentis clypeata imago.

83 (f. 381ᵛ). Margines ornati ut in f. 379ᵛ. In initiali C, in festo s. Ioseph, eiusdem dextera baculum frondescens gerentis clypeata imago. In festo s. Benedicti initialis D cum eiusdem sancti dextera virgularum fasciculum gerentis imagine clypeata.

84 (f. 383ᵛ). In festo Annuntiationis. Margines ornati sunt auro, frondibus, fructibus, candelabris, geniis ac sex prophetarum clypeatis imaginibus, spatia vacua relicta sunt ad excipienda insignia ac tesseram gentiliciam. In initiali D Mariam virginem sedentem angelus sinistra lilium gestans genu flexus alloquitur, e caelo radii aurei, in umbra regio.

85 (f. 390). Margines ornati sunt ut in f. 383ᵛ, sex sanctorum clypeatis imaginibus, tessera gentilicia Mathiae regis et corvo. In festo s. Georgii initialis D cum eiusdem martyris militari habitu induti ac dextera palmam gerentis clypeata imagine. In f. s. Marci evang. initialis D cum eiusdem evangelistae in papyro scribentis dimidia imagine.

86 (f. 392). Margines ornati ut in f. 383ᵛ. In festo ss. Philippi et Iacobi initialis D cum duorum apostolorum clypeatis imaginibus, alter dextera, sinistra alter baculum gerit.

87 (f. 394). Margines ornati sunt ut in f. 383ᵛ ac tribus insignibus Mathiae regis, spatio vacuo relicto ad excipiendam eiusdem tesseram gentiliciam. In inven-

tione s. Crucis initialis D cum s. Elenae imperatricis imagine genuflexae et crucem applicantis homini e ferculo sublevato.

88 (f. 397v). Margines ornati ut supra f. 383r, insignibus Mathiae regis ac duabus sanctorum clypeatis imaginibus, spatio vacuo relicto ad excipiendam tesseram gentiliciam. In festo s. Ioannis apost. ante portam latinam initialis D cum eiusdem apostoli dextera librum ferentis clypeata imagine.

89 (f. 404r). Margines ornati sunt ut supra et quatuor sanctorum clypeatis imaginibus. In festo s. Barnabae apost. initialis D cum eiusdem apostoli dextera librum ferentis clypeata imagine.

90 (f. 405r). In festo s. Antonii de Padua initialis C cum eiusdem sancti flammam ignis ante pectus gestantis clypeata imagine.

91 (f. 412). Margines ornati ut supra, tessera gentilicia Mathiae regis ac duabus imaginibus, s. Ioannis evangelistae volumen evangeliorum dextera gestantis et s. Ioannis Baptistae puerili aetate crucem dextera et taeniam cum inscriptione *Ecce* sinistra ferentis in deserto. In festo nativitatis s. Ioannis Baptistae initialis D cum s. Elisabeth in lectulo strata et brachio dextero capiti submisso; deorsum mulier sedens infantulum (s. Ioannem) genibus sustentat.

92 (f. 419r). Margines ornati sunt ut supra, insignibus, tessera gentilicia Mathiae regis ac duobus circulis, in altero s. Petrus volumen evangeliorum pectore expansum gerens, in altero carnifex super s. Pauli humi proni caput gladium destringens, in umbra regio. In Initiali D s. Petrus demisso capite crucifixus, in umbra regio.

93 (f. 430). Margines ornati ut supra, tessera gentilicia Mathiae regis imperfecta et sex sanctorum clypeatis imaginibus. In festo Visitationis b. Mariae virg. initialis O cum Mariae virg. et Elisabeth sese amplexantium imaginibus.

94 (f. 440r). In festo s. Margaritae initialis D cum eiusdem martyris dextera palmam gestantis clypeata imagine.

95 (f. 443). Margines ornati ut supra, corvo, trium sanctarum et sancti dimidiatis imaginibus (fortasse b. Virginis Mariae, s. Martae, s. Magdalenae et s. Lazari). In festo s. Mariae Magdalenae initialis B cum eiusdem sanctae pyxidem aperientis dimidia imagine.

96 (f. 445). Margines ornati ut supra, tessera gentilicia Mathiae regis et sex sanctorum (apostolorum) clypeatis imaginibus. In festo s. Iacobi initialis E cum s. Iacobi peregrinantium habitu induti dimidia imagine.

97 (f. 447). In festo s. Christophori. In margine inferiore circulus cum s. Christophori humero dextro infantem Iesum ac dextera baculum virescens ferentis dimidia imagine. Initialis I cum s. Christophori dextera palmam gerentis clypeata imaguncula.

98 (f. 451). Margines ornati ut supra, tessera gentilicia Mathiae regis ac duabus sanctorum (Petri et Pauli?) clypeatis imaginibus. In festo s. Petri ad vincula initialis D cum s. Petri in carcere stantis ac dextera claves duas, auream et argenteam, ferentis clypeata imagine.

99 (f. 455). Margines ornati ut supra, tessera gentilicia Mathiae regis ac sex sanctorum clypeatis imaginibus. In festo. s. Mariae ad Nives initialis C cum s. Mariae infantem Iesum genibus sustentantis dimidia imagine.

100 (f. 458ᵛ). Margines ornati frondibus aureis, coloribus caeruleo et rubro, geniis, avibus, tessera gentilicia Mathiae regis ac sex sanctorum clypeatis imaginibus. In festo Transfigurationis initialis D cum imagine radiante Iesu stantis manibus expansis.

101 (f. 461ᵛ). Margines ornati ut supra f. 455, tessera gentilicia Mathiae regis ac duabus sanctorum clypeatis imaginibus. In festo s. Dominici initialis D cum eiusdem sancti dextera librum, sinistra lilium ferentis clypeata imagine.

102 (f. 466). Margines ornati ut f. 461ᵛ. In festo s. Laurentii initialis D cum eiusdem martyris dextera palmam, sinistra craticulae partem monstrantis dimidia imagine.

103 (f. 471ᵛ). In festo s. Clarae initialis F cum eiusdem virginis dextera lilium, sinistra librum gerentis dimidia imagine.

104 (f. 475). Margines ornati ut supra, tessera gentilicia Mathiae regis et sex sanctorum clypeatis imaginibus. In Assumptione b. Mariae virginis initialis F cum imagine s. Mariae virginis radiantis ac sedentis manibus ante pectus iunctis, assistentibus quinque seraphim.

105 (f. 484). In festo s. Bernardi abbatis initialis P cum eiusdem sancti dextera librum ferentis clypeata imagine.

106 (f. 485). Margines ornati ut supra, duobus corvis, tesserae gentiliciae scuto vacuo ac sex sanctorum clypeatis imaginibus. In festo s. Bartholomaei apost. initialis O cum eiusdem apost. clypeata imagine, indice sinistro gladium innuente, quem dextera gestat.

107 (f. 486). Margines ornati ut supra ac duabus sanctorum clypeatis imaginibus. In festo s. Augustini initialis A cum eiusdem s. episcopi sinistra librum ferentis clypeata imagine.

108 (f. 489ᵛ). Margines ornati ut supra, tessera gentilicia Mathiae regis, quinque sanctorum clypeatis imaginibus ac puellae Herodiadis in disco caput afferentis. In festo decollationis initialis S cum imagine s. Ioannis e cellae carceris ostio caput porrigentis carnifici evaginato gladio instanti.

109 (f. 492ᵛ). Margines ornati ut supra, sex prophetarum clypeatis imaginibus, corvo, tesserae gentiliciae scuto vacuo. In festo nativitatis beatae Mariae

virginis initialis F cum Mariae virginis infantem Iesum in sinu sustentantis dimidia imagine.

110 (f. 497ᵛ). Margines ornati ut supra, duabus prophetarum imaginibus clypeatis ac tessera gentilicia Mathiae regis. In festo exaltationis s. Crucis initialis D cum Iesu crucem humero sinistro ferentis imagine clypeata.

111 (f. 502ᵛ). Margines ornati ut supra, sex apostolorum (?) clypeatis imaginibus ac tesserae gentiliciae scuto vacuo. In festo s. Matthaei apost. et evangelistae initialis B cum eiusdem evangelistae sedentis et in libro legentis clypeata imagine; eius sinistrae adstat angelus.

112 (f. 506). In festo ss. martyrum Cosmae et Damiani eorundem sancto rum clypeatae imagines, s. Cosmas dextera palmam gestat.

113 (f. 507). Margines ornati ut supra, sex angelorum clypeatis imaginibus ac tesserae gentiliciae scuto vacuo. In festo s. Michaelis archangeli initialis D cum eiusdem ensem et libram gerentis dimidia imagine.

114 (f. 511). Margines ornati ut supra, duabus (sanctarum Paulae? et Eustochii?) clypeatis imaginibus ac tesserae gentiliciae scuto vacuo. In festo s. Hieronymi initialis D cum eiusdem sancti librum dextera gerentis clypeata imagine.

115 (f. 516). Margines ornati ut supra, duabus sanctorum franciscalis ordinis libros ferentium clypeatis imaginibus, capitibus radiantibus (s. Bonaventurae et s. Antonini?) ac tessera gentilicia Mathiae regis. In festo s. Francisci initialis D cum s. Francisci sacris stigmatibus signati et parvam crucem dextera ferentis clypeata imagine.

116 (f. 522). Margines ornati ut supra, sex sanctorum clypeatis imaginibus, insignibus ac scuto vacuo Mathiae regis. In festo s. Lucae evang. initialis I cum eiusdem in libro genibus imposito scribentis clypeata imagine; ad evangelistae sinistram bovis caput.

117 (f. 524). Margines ornati ut supra, duabus sanctorum imaginibus ac tessera gentilicia Mathiae regis. In festo ss. virginum Ursulae et sociarum, eiusdem Ursulae plusquam dimidia imago pallio excipientis multorum, inter alios regis et reginae, clypeatas imagines.

118 (f. 526). Margines ornati ut supra, sex sanctorum clypeatis imaginibus ac tessera gentilicia Mathiae regis. In festo ss. apost. Simonis et Iudae initialis D cum eorundem sanctorum clypeatis imaginibus.

119 (f. 527ᵛ). Margines ornati ut supra, quatuor sanctorum imaginibus (s. Petri cum duabus clavibus et s. Pauli cum ense) tessera gentilicia et sex insignibus Mathiae regis. In festo omnium sanctorum initialis O cum Iesu Christi benedicentis, comitantibus sanctis, clypeata imagine.

120 (f. 534ᵛ). Margines ornati ut supra, duabus sanctorum imaginibus cly-

peatis, tessera gentilicia Mathiae regis et dato *MCCCCLXXXXII.* In festo s. Martini in initiali D eiusdem episcopi cum libro et pastorali baculo imago clypeata.

121 (f. 539v). In festo s. Elisabeth initialis T cum eiusdem sanctae manibus ante pectus iunctis orantis clypeata imagine.

122 (f. 540). In festo s. Caeciliae martyris initialis D cum eiusdem martyris palmam dextera ferentis clypeata imagine.

123 (f. 547). Margines ornati ut supra, sex sanctorum clypeatis imaginibus ac tesserae gentiliciae scuto vacuo. In festo s. Catharinae martyris initialis D cum eiusdem palmam dextera et rotam sinistra ferentis imagine clypeata.

124 (f. 555v). Comune sanctorum. Pagina picta. In media pagina aediculae frons cum altari viris hinc inde astantibus; in altaris lunula Dei patris sinistra mundum ferentis ac dextera benedicentis imago clypeata; in altaris fronte Iesu Christi crucem sinistra amplexantis plusquam dimidia imago. Margines ornati sunt ut in f. 458v, sex variae formae tabellulis cum sanctorum et sanctarum imaginibus, quatuor insignibus Mathiae regis et superpicta tessera gentilicia card. Trivultii; ad dexteram tesserae gemma cum muliere sedente ac dextera aquam fundente in catino genu sinistro imposito.

125 (f. 556). De apostolis. Pagina picta. In summa pagina tabella in duas partes divisa, in superiore s. Trinitas assistentibus cherubim et b. Maria virgine sedentibus, quos s. Ioannes genibus flexis adorat, hinc inde sancti et sanctae sedentes; in inferiore dextrorsum et sinistrorsum sancti et sanctae stantes. Margines ornati ut f. 555v, sex variae formae tabellulis cum sanctorum et sanctarum clypeatis imaginibus, insignibus quatuor ac tessera gentilicia Mathiae regis. Ad dexteram tesserae gemma cum muliere sedente et anchoram ferente (Spes), ad sinistram gemma cum muliere sedente et ensem dextera stringente (Iustitia). Initialis F cum s. Pauli apost. imagine in regione campestri sedente et in pergamena genu sinistro imposita scribente; humi iacet gladius in vagina reconditus.

126 (f. 556v). Initialis Q cum apostoli clypeata imagine.

127 (f. 562). In nativitate unius martyris. In margine inferiore circulus cum martyris palmam dextera ferentis clypeata imagine. In f. 562v martyris imago iterum.

128 (f. 572). In festo confessoris pont. initialis D cum episcopi clypeata imaguncula.

129 (f. 574v). In festo confessoris non pont. initialis D cum sancti pluviali induti clypeata imaguncula.

130 (f. 584). In dedicatione ecclesiae initialis D cum presbyteri altare aqua lustrali aspergentis clypeata imaguncula.

131 (f. 587). Officium b. Mariae v. Margines ornati ut in f. 555v, quatuor

prophetarum, b. Mariae virg. et Gabrielis arch. clypeatis imaginibus ac tessera gentilicia Mathiae regis. Initialis D cum s. Mariae virginis sedentis et in genibus infantem Iesum pulvinari sedentem sustentantis imagine dimidiata.

Picturae prodierunt e schola Attavantis florentini saec. XV ex.

159.

Decretales.

1 (f. 4). Lib. I. De sancta Trinitate. Tabella. Pater iuvenili aetate, Filius e cruce pendens a Patre sustentatur, Spiritus sanctus columbae specie in crucis brachio sinistro innititur; dextrorsum pontifex, sinistrorum archiepiscopus stantes, hinc inde duo clerici. In initialibus capitum pontifices, episcopi, praelati, presbyteri, clerici, monachi, doctores iuris, saeculares, prout singula capita requirebant; interdum etiam imagines mirae atque insolitae bestiarum, flores etc.

2 (f. 79^v). Lib. II. De inditiis. Tabella. Episcopus sedet pro tribunali assistentibus altero episcopo et tribus clericis advocatis, initiales capitum ut supra.

3 (f. 144). Lib. III. De vita et honestate clericorum. Tabella. In templo ante altare sacerdos hostiam sacram attollit, post eum clerici et populus genibus flexis. In prima initiali U Maria virgo puerum Iesum in brachio sinistro sustinet, in marginibus leo et aves. Initiales capitum ut supra.

4 (f. 205). Lib. IV. De sponsalibus. Tabella. In templo ante altare archiepiscopus (?), hinc inde sponsus et sponsa, assistentibus cognatis. In margine inferiore sagittarius desinens in piscem et miles ensem stringens et pariter desinens in piscem; initiales capitum ut supra.

5 (ff. 226, 227). Commentarium arborum consanguinitatis et affinitatis secundum Ioannem de Deo. Tabellae duae arbores consanguinitatis et affinitatis continentes. In initiali C Ioannis de Deo imago clypeata; prope doctor legis cum libro stans.

6 (f. 228). Lib. V. De accusationibus in inquisitionibus. Tabella. Archiepiscopus sedet assistentibus archiepiscopo et duobus clericis; initiales capitum ut supra.

Picturae fere rudi arte bononiensi saec. XIV-XV.

160.

Summa super libro quarto Decretalium.

1 (f. 1). De sponsalibus et matrimoniis. In initiali I matrimonii celebratio coram magistratu.

2 (f. 2). Arbor consanguinitatis. Tabula. Dextrorsum tres mulieres, sinistror-

sum tres viri, infra duo pueruli alter cum cane alter cum leone ludunt. In tractatus initiali C Ioannis Andreae caput, in initiali glossae A Ioannis de Lignano dimidia imago.

3 (f. 3). Arbor affinitatis. Tabula in tres partes divisa. Superius vir et mulier; in medio Deus cum legis libro, infra eum iuvenis et iuvencula. Inferius Adami et Evae creatio, matrimonium, expulsio a paradiso. Has picturas *Nicolaus de Bononia fecit,* uti monet subscriptio in f. 2^{v}.

4 (f. 5). Alia manu posteriore et peritiore. Bonifacius VIII sedens capite thiara coronato et libro Decretalium super genibus expanso, assistentibus quatuor cardinalibus, duobus clericis flexis genibus, viro virgam manu stringente et muliere.

Picturae mediocri arte confectae saec. XIV-XV.

161.

Gratiani decretum.

1 (f. 1). Pars prima. De iure naturae et constitutionis. Tabula in duas partes divisa; in superiore Deus pater sedet in throno, assident dextrorsum s. Paulus, s. Ioannes, s. Petrus et alii sancti, sinistrorsum sancti reges et sanctae reginae; in inferiore duo angeli alter mitram imponit pontifici, assistentibus cardinalibus, episcopis, abbatibus, alter coronam imponit capiti regis, assistentibus aulicis. In prima initiali H monachus (Gratianus) scribens in libro. Initiales aliae cum humanis capitibus, aliae cum clypeatis imaginibus cardinalium, episcoporum, doctorum etc.

2 (f. 85). Pars secunda. Causa I. Quidam habens filium obtulit eum ditissimo coenobio etc. Tabella. Pater filium genuflexum sistit abbati coenobii, eidemque porrigit crumenam cum pecunia.

3 (f. 107). Causa II. Quidam episcopus de lapsu carnis a laico impetitur etc. Tabula. Iesus in cathedra sedens in templo disputat cum doctoribus legis; inferius dextrorsum Maria virgo comitante s. Iosepho amplectitur puerum Iesum. In prima initiali Q episcopus mulierculam amplexatur.

4 (f. 125^{v}). Causa III. Quidam episcopus a propria sede deiectus est etc. Tabella. Duo (infames) et alii sistunt se archiepiscopo sedenti pro tribunali ut (episcopum) accusent.

5 (f. 134). Causa IV. Quidam in excomunicatione constitutus episcopum accusare disponitur. Tabella. Archiepiscopus sedet pro tribunali, coram adstat quidam (in excomunicatione constitutus) adolescentulum adducens (ad accusandum episcopum).

6 (f. 136^{v}). Causa V. In infamiam cuiusdam episcopi cartula accusationis

occulte conscribitur etc. Tabella. Archiepiscopo sedenti pro tribunali accusatio (contra episcopum) repraesentatur; infra clericus et laicus clanculo chartulam (accusationis) conscribunt.

7 (f. 138v). Causa VI. Duo fornicatores... quendam religiosum episcopum de symonia accusare nituntur. Tabella. Duo accusatores episcopum (de symonia) criminantur archiepiscopo sedenti pro tribunali.

8 (f. 141v). Causa VII. Quidam longa invaletudine gravatus episcopus alium sibi substitui rogavit etc. Tabella. Episcopus altero comitante rogat archiepiscopum (pro alio episcopo sibi substituendo); sinistrorsum archiepiscopus mitram imponit episcopo genuflexo.

9 (f. 147). Causa VIII. In extremis agens quidam episcopus successorem sibi ex testamento instituit etc. Tabella. Episcopus aegrotus e lectulo mitram imponit successori genuflexo; sinistrorsum duo laici (accusationis) libellum archiepiscopo sistunt.

10 (f. 149v). Causa IX. Sententia excomunicationis notatus quidam archiepiscopus aliquot clericos alterius metropolitani ordinavit etc. Tabella. Archiepiscopus clerico capillos tondet, assistentibus duobus cappellanis ac duobus laicis.

11 (f. 152). Causa X. Quidam laicus basilicam a se factam a dioecesana lege segregare quaeritat. Tabella. Episcopus militaribus vestibus indutus ac duobus militibus comitantibus e basilica calicem ex altari et alia asportat; sinistrorsum laicus genuflexus se sistit coram archiepiscopo (quaerit ut basilicam a se factam a dioecesana lege ille segreget), episcopus contra contendit.

12 (f. 155). Causa XI. Clericus adversus clericum quaestionem de praediis agitavit etc. Tabella. Clericus contra clericum quaestionem agitat coram iudice civili; dextrorsum episcopus sententiam pronuntiat (contra clericum actorem).

13 (f. 166). Causa XII. Quidam clerici propria relinquere volunt etc. Tabella. Episcopus in lectulo degens consignat testamentum duobus hominibus, qui sinistrorsum hoc testamentum Archiepiscopo tradunt.

14 (f. 176v). Causa XIII. Dioecesani cuiusdam baptismalis ecclesiae... domicilia sua transtulerunt etc. Tabella. Clerici (metu belli) res sacras cuiusdam (baptismalis) ecclesiae alio trasferre parant.

15 (f. 180v). Causa XIV. Canonici... quaestionem movent de praediis etc. Tabella. Canonici coram episcopo quaestionem (de praediis) movent: dextrorsum canonicus negotiatori pecuniam concredit.

16 (f. 184). Causa XV. Clericus crimine carnis lapsus esse perhibetur... postquam vero sacerdotium adeptus est in furorem versus quendam interfecit etc. Tabella. Clericus coram episcopo accusatur (crimine carnis): dextrorsum sacerdos in furorem versus quendam interfecit.

17 (f. 188v). Causa XVI. Quidam abbas habebat parochianam ecclesiam, instituit ibi monachum etc. Tabella. Abbas tradit monacho ecclesiam baptismalem; clerici huius ecclesiae quaerelam coram eodem abbate movent.

18 (f. 202). Causa XVII. Quidam presbyter infirmitate gravatus etc. Tabella. Presbyter (ecclesiae ac beneficio) in manu defensoris renunciat; sinistrorsum idem (sanitati restitutus ecclesiam et beneficium) reposcit ab archiepiscopo.

19 (f. 206). Causa XVIII. Quidam abbas in episcopum consecratus etc. Tabella. Abbas episcopus consecratur.

20 (f. 209). Causa XIX. Duo clerici ad monasterium transire volunt etc. Tabella. Clericus ab episcopo (conferendi se in coenobium) facultatem obtinet.

21 (f. 210v). Causa XX. Duo pueritiae annos agentes etc. Tabella. Puer ab Abbate cucullam accipit, alter accipere renuit.

22 (f. 212v). Causa XXI. Archipresbyter cuiusdam ecclesiae praeposituram alterius accepit etc. Tabella. Archipresbyter coram episcopo in cathedra sedente, idem coram iudice saeculari sedente pro tribunali.

23 (f. 214v). Causa XXII. Quidam episcopus iuravit falsum etc. Tabella. Archidiaconus coram episcopo (ad ei exhibendam reverentiam compellitur).

24 (f. 222). Causa XXIII. Quod iniuria sociorum armis propulsanda non sit etc. Tabella. Episcopo duce milites gladiis feriunt nonnullos (haereticos).

25 (f. 243). Causa XXIV. Quidam episcopus in haeresim lapsus aliquos de sacerdotibus suis offitio privavit etc. Tabella. Archipresbyter et archidiaconus libellum episcopo exhibentes bis repraesentantur.

26 (f. 254). Causa XXV. Sancta romana ecclesia quandam baptismalem ecclesiam suis munivit privilegiis etc. Tabella. Monachi et clerici coram episcopo (de decimis) litem instituunt.

27 (f. 257v). Causa XXVI. Quod autem sortes exquirere peccatum non sit etc. Tabella. Sacerdos astra prospectat, idem (sortilegus esse) apud episc. convincitur.

28 (f. 264). Causa XXVII. Quidam votum castitatis habens desponsavit sibi uxorem etc. Tabella. Vir coram iudice ecclesiastico (repetit uxorem quae ad alterum se transtulerat).

29 (f. 272v). Causa XXVIII. Quidam infidelis in coniugio positus ad fidem conversus est etc. Tabella. Vir et mulier (infideles) matrimonio coram iudice saeculari coniunguntur; dextrorsum vir baptismo lustratur, uxor ab eo discedit.

30 (f. 276). Causa XXIX. Cuidam nobili mulieri nunciatum est quod a filio cuiusdam nobilis petebatur in coniugem etc. Tabella. Homo servilis conditionis coram iudice saeculari mulierem nobili loco natam in uxorem accipit. Dextrorsum coram episcopo duo (nobilis et servus) hanc mulierem petunt, dum haec (se delusam fuisse) conqueritur.

31 (f. 277ᵛ). Causa XXX. Populorum frequentia quidam impeditus filium suum baptismate suscepit etc. Tabella. Pater suscipit filium de baptismate. Mater suscipit alterum; dextrorsum uxor infantem in gremio stringit.

32 (f. 281). Causa XXXI. Tabella. Vir (adulter) mulierem (adulteram) in uxorem accipit coram iudice saeculari. Idem coram episcopo (promittit filiam ex ea susceptam cuidam daturum se in coniugem).

33 (f. 283ᵛ). Causa XXXII. Quidam... quandam meretricem etc. Tabella. Quidam mulierem (meretricem), dextrorsum alteram (infidelem), sinistrorsum tertiam (ancillam) matrimonio sibi copulat.

34 (f. 293ᵛ). Causa XXXIII. Quidam vir maleficiis impeditus uxori suae debitum reddere non poterat etc. Tabella. Mulier (a viro separata) corruptori suo publice nubit; vir (eam repetit) coram episcopo.

35 (f. 297). Ante quaestionem III causae XXXIII. Tractatus de poenitentia. Tabula in duas partes divisa, in altera episcopus e suggestu sermonem habet turbis: in altera clericus genuflexus ante exercitus ductorem: hinc inde duo sancti militaribus vestibus induti et palmas in manibus ferentes. In prima initiali H presbyter excipiens confessionem.

36 (f. 328). Causa XXXIV. Quidam vir in captivitatem ductus etc. Tabella. Mulier (uxor cuiusdam in captivitatem ducti) nubet se alteri; sinistrorsum primus maritus coram episcopo (repetit uxorem suam).

37 (f. 329ᵛ). Causa XXXV. Quidam mortua uxore sua aliam sibi matrimonio copulavit etc. Tabella. Vir et mulier matrimonium celebrant, dextrorsum idem (maritus) accusatur apud iudicem ecclesiasticum. In initiali Q (prior uxor) defuncta in capsa mortuaria.

38 (f. 336ᵛ). Causa XXXVI. Filiam cuiusdam patre ignorante muneribus illexit etc. Tabella. Iuvenis cum puella convivium celebrat, sinistrorsum eam amplectitur, dextrorsum matrimonium celebrat.

39 (f. 338). Decreti pars III. De consecratione. Tabella. Episcopus clericis assistentibus ecclesiam consecrat.

Picturae mediocri arte bononiensi saec. XV confectae sunt.

163.

Digestum novum.

1 (f. 1). Lib. I. De novi operis nuntiatione. Tabula. Rex sedens interest servis et opificibus novo aedificio construendo intentis.

2 (f. 24). Lib. II. De manumissionibus. Tabella. Rex in sella curuli sedens servum genuflexum baculo tangit (manumittit).

3 (f. 52ᵛ). Lib. III. De acquirendo rerum dominio. Tabella. Piscator cum hamo, venatores cervum a cane arreptum sectantur.

4 (f. 73). Lib. IV. De re iudicata etc. Tabella. Iudex e tribunali pronuntiat sententiam, hinc inde litigantes.

5 (f. 86ᵛ). Lib. V. De interdictis. Tabella. Rex sedens assistentibus defensoribus sententiam pronuntiat in conspectu duorum aedificiorum (sacri scilicet et profani).

6 (f. 109ᵛ). Lib VI. De exceptionibus etc. Tabella. Defensor (exceptionis) libellum repraesentat regi sedenti.

7 (f. 115). Lib. VII. De verborum obligationibus. Tabella. Rex interest stipulationi alicuius contractus.

8 (f. 142ᵛ). Lib. VIII. De fideiussoribus. Tabella. Regi sedenti vir (fideiussor) comitantibus aliis libellum (fideiussionis) repraesentat.

9 (f. 165ᵛ). Lib. IX. De privatis delictis. Tabella. Coram rege sedente pro tribunali orat defensor (causam furti).

10 (f. 189). Lib. X. De iudiciis publicis. Tabella. Regi sedenti pro tribunali exhibetur reus (homicida).

11 (f. 215ᵛ). Lib. XI. De appellationibus. Tabella. Rex sedens pro tribunali relaxat poenam reo.

12 (f. 232ᵛ). Lib. XII. Ad municipalem et de incolis. Tabella. Mulier et puer coram rege sedente pro tribunali (mulier puerum adoptans municipalem reddit).

Picturae mediocri arte bononiensi saec. XIV ex. confectae sunt.

164.

Institutiones iuris civilis; Authenticum; Codicis libri X-XIII; Consuetudines feudorum.

Institutiones.

1 (f. 1). Lib. I. De iustitia et iure. Tabula. Imperatori (Iustiniano) in throno sedenti cum libro et ense (sc. armis et legibus fulto) hinc inde partim circumstant partim assident iurisconsulti triginta sex; sursum tabella cum imagine b. Mariae virginis.

2 (f. 15). Lib. II. De rerum divisione. Tabella. Venator et piscator (sc. res iuris publici); dextrorsum quatuor viri stantes in conspectu iudicis disceptant (de rebus iuris privati).

3 (f. 37ᵛ). Lib. III. De haereditatibus etc. Tabella. Viro morituro adstant

filia et uxor; sinistrorsum mulier genuflexa ad pedes iudicis volumen pergamenae evolventis.

4 (f. 56). Lib. IV. De obligationibus quae ex delicto nascuntur. Tabella. Iudex sedens pro tribunali duobus aliis assistentibus sententiam capitalem contra reum pronuntiat; sinistrorsum carnifex reum gladio perimit, praesentibus militibus.

Authenticum.

5 (f. 77). Ante praefationem tabula in duas partes divisa, in superiore adoratio magorum; in inferiore imperator (Iustinianus) genibus flexis authenticum offert Pontifici, cui assident tres doctores (ss. Hieronymus, Augustinus, Ambrosius?).

Codicis libri X-XII.

6 (f. 205). Lib. X. De iure fisci. Tabula. Imperator (Iustinianus) sedet orbis figuram in sinistra gerens, dextera alloquitur legis peritos viginti unos, inter legis peritos nonnullae mulieres; in umbra aedificia.

7 (f. 229ʳ). Lib. XI. De naviculariis publicas species transportantibus. Tabella. Navicularii in navi, baiulus cum annona navim conscendit; in ripa mercatores.

8 (f. 249ʳ). Lib. XII. De dignitatibus. Tabella. Imperator (Iustinianus) sedens et sceptrum sinistra gerens alloquitur dignitates et optimates imperii.

Consuetudines feudorum.

9 (f. 275). Tabella. Imperator (Fridericus) sedens et sceptrum sinistra gerens tradit puero (feudatario?) genuflexo et multis adstantibus codicem (de consuetudinibus feudorum).

Picturae artis ut in cod. superiore saec. XV.

165.

Codex Iustinianus.

1 (f. 1). De novo codice componendo. Tabella. Doctores legis duo genibus flexis et alii stantes imperatori (Iustiniano) codicem exhibent.

2 (f. 3). Lib. I. Tabula in duas partes divisa. In superiore Iesus in throno sedens, sinistrorsum s. Petrus stans ac duas claves stringens sanctis comitantibus, dextrorsum s. Paulus ensem gerens una cum aliis sanctis; in inferiore imperator (Iustinianus) in scabello sedet, hinc inde duo imperatores (Theodosius et Valentinianus?) genibus flexis, quatuor angelis assistentibus.

3 (f. 36ᵛ). Lib. II. De edendo. Tabella. Coram imperatore sedente pro tribunali duo litigantes (probationem de pecunia restituenda instituunt).

4 (f. 63). Lib. III. De iudiciis. Tabella. Coram imperatore sedente pro tribunali duo viri (actor convenit debitorem).

5 (f. 88). Lib. IV. De rebus creditis. Tabella. Viro (creditori) ad telonium sedenti alter (debitor) pecuniam numerat; dextrorsum Imperatori sedenti vir (creditor) libellum (petitorium iuris iurandi) exhibet.

6 (f. 126). Lib. V. De sponsalibus. Tabella. Imperator sedet, dextrorsum vir mulieri annulum (sponsalium) digito infert; sinistrorsum duo viri imperatori supplicem libellum exhibent.

7 (f. 162). Lib. VI. De fugitivis servis. Tabella. Dextrorsum multi homines servum fugitivum insectantur; sinistrorsum imperatori sedenti in throno milites illum sistunt.

8 (f. 205). Lib. VII. De vindicta libertate et apud consilium manumissione. Tabella. Imperator sedens pro tribunali homini (servo) genibus flexo verba facit (eius manumissionem recognoscit).

9 (f. 238v). Lib. VIII. De interdictis. Tabella. Dextrorsum arbores crescentes prope domum (periculum illi adferentes); sinistrorsum praesidi sedenti sistit se actor (litem interdicti intentat).

10 (f. 266v). Lib. IX. Qui accusare non possunt. Tabella. Reus in conspectu iudicis respondet adversario (de obiecto crimine).

Picturae artis ut in cod. superiore saec. XIV.

166.

Infortiatum seu Digestorum libri XXIV-XXXVIII.

1 (f. 1). Lib. XXIV. Soluto matrimonio quemadmodum dos petatur. Tabella. Aedificium. In aula iudici sedenti pro tribunali dextrorsum mulier (uxor) libellum exhibet, post mulierem defensor et cognati; sinistrorsum defensor, procurator, homo (maritus) assistentibus aliis: in margine aedificii litt. aureis: *Ave Maria gratia plena dominus tecum benedicta tu....* In initiali D legis doctor.

2 (f. 10). Lib. XXV. De impensis in rebus dotalibus factis. Tabella. Iudici sedenti mulier (uxor) comitante procuratore sistit se, post mulierem camporum laborator a duobus satellitibus adductus. In initiali I operarius securi arborem recidit.

3 (f. 17v). Lib. XXVI. De tutellis. Tabella. Iudex sedens tradit mulieri volumen, puero (pupillo), defensore et aliis adstantibus. In initiali P iurisconsulti imago clypeata.

4 (f. 39v). Lib. XXVII. De excusationibus (tutelae). Tabella. Iudici sedenti

vir (curator), assistente puero (pupillo), defensore et altero tradit volumen (excusationis). In initiali U iurisconsulti imago clypeata.

5 (f. 56). Lib. XXVIII. De testamentis etc. Tabella. Sacerdos hostiam rotundam infirmo e lectulo sublevato porrigit, assistente muliere (uxore), puero et aliis; ad lectuli pedes notarius humi sedens e volumine legit (testamentum); in umbra domus. In initiali U iurisconsulti (Ulpiani?) imago clypeata.

6 (f. 84ᵛ). Lib. XXIX. De militari testamento. Tabella. Miles cadens vulnere confossus assistente clerico et sex commilitonibus (ultimam voluntatem manifestat). In Initiali U viri volumen monstrantis imago clypeata.

7 (f. 111). Lib. XXX. De legatis et fidei commissis. In aula dextrorsum moribundus degens in lectulo, assistente sacerdote, notario et tribus aliis, iuveni genuflexo se convertit, prope lectulum tabula cum duabus ampullis (medicinarum); sinistrorsum iudex capite coronato sedens pro tribunali librum sinistra genu applicat, dextera alloquitur ad quatuor (fideicommissarios?). In initiali P iuris consulti imago clypeata.

8 (f. 128). Lib. XXXI. De legatis et fidei commissis secundo. Tabella. Moribundo e lectulo sublevato, assistente sacerdote et muliere (uxore), vir (tutor?) sistit duos pueros; ad lectuli pedes notarius sedens et tres alii stantes. In initiali U viri capite ad tergum inclinato dimidia imago.

9 (f. 144ᵛ). Lib. XXXII. De legatis tertio. Tabella. Reus manibus ad tergum ligatis adducitur, assistente defensore, in conspectum iudicis a quatuor militibus; dextrorsum reus laqueo suspensus. In initiali U vir manibus ante pectus implicatis (captivus?); extra initialem mulier stans captivum sinistra monstrat.

10 (f. 160ᵛ). Lib. XXXIII. De annuis et menstruis legatis et fidei commissis. Tabella. Coram iudice dextrorsum duae mulieres sistunt puerum; sinistrorsum causidicus et fortasse cancellarius. In initiali U mulieris imago clypeata.

11 (f. 182ᵛ). Lib. XXXIIII. De alimentis et cibariis legatis. Mulier (mater?), comitante altera muliere et defensore, a iudice petit alimenta pro puero quem monstrat: dextrorsum servus e puteo aquam attingit. In initiali U clericus pergamenam expansam sublevat.

12 (f. 205). Lib. XXXV. De conditionibus et demonstrationibus. Tabella. Defensor comitante procuratore pergamenam expansam iudici sedenti monstrat, ad sinistram iudicis duae mulieres. In initiali U episcopi seu abbatis cum mitra et pluviali imago clypeata.

13 (f. 231ᵛ). Lib. XXXVI. De senatus consulto trebelliano et pegasiano. Tabella. Iudex e pergamena expansa legit causidico, clerico et duobus aliis. In initiali U militis imago clypeata.

14 (f. 258ᵛ). Lib. XXXVI caput IV, in verba: Aut aliquid non in fraudem

creditorum manumiserit. Tabella. Servum manumissum causidicus et tres alii sistunt coram iudice.

15 (f. 259). Lib. XXXVII. De bonorum possessione. Initialis U cum legis doctoris clypeata imagine.

16 (f. 282ᵛ). Lib. XXXVIII. De operis libertorum. Tabella. Iudex cum causidico disputant de opere praestando a tribus operariis (libertis) adstantibus.

In initialibus singulorum capitum sunt picta humana capita. Omnia e schola bononiensi saec. XIV. In f. 110ᵛ colore sepiae delineata est alia manu b. v. Mariae sedentis imago puerum Iesum ante pectus genibus sustentantis.

206.

Aristotelis opera.

1 (f. 258). De anima. Initialis B, e ferculo vacuo animae umbra super albo linteo, viro ac muliere (patre et matre?) assistentibus, in caelum a duobus angelis transfertur; Deus e caelo dextera benedicit.

2 (f. 306). De somno et vigilia. Initialis D, duo archiepiscopi *s. Thomas archiepiscopus canter*⟨buriensis⟩ et *s. Eadmundus arch*⟨iepiscopus⟩ *cant*⟨erburiensis⟩ apparent regi et reginae dormientibus; deorsum regis filii dormiunt in altero lectulo: sursum s. Trinitas, sed nunc Crucifixi et Spiritus Sancti imagines atramento sunt deletae.

Hae duae initiales historiatae manu fortasse anglica confectae sunt saec. XIII.

221.

Averrois in Aristotelem.

1 (f. 2). Initialis M. Averrois imago.

2 (f. 244). In Praedicamentorum librum commentarius. Initialis I, vir alis praeditus sedens genu super genu innixo manu barbam sustentat.

Picturae bonae artis italicae saec. XV.

238.

Ioannis filii Serapionis breviarium Gerando Cremonensi interprete.

1 (f. 1). Tractatus I. Initialis I, duo aedificia, in superiore Ioannis Serapionis filii scribentis, in inferiore Gerardi cremonensis stantis imagines.

2 (f. 13). De ophtalmia. Initialis S, imago clypeata hominis, qui indicem manus sinistrae oculo sinistro appropinquat.

3 (f. 28v). De aegritudinibus stomachi et ventris. Initialis N cum imagine clypeata hominis ex stomacho laborantis.

4 (f. 39). De debilitate epatis. Initialis D cum imagine clypeata hominis ex epate laborantis.

5 (f. 58). De doloribus in facie. Initialis C cum imagine clypeata hominis indice dextro faciem monstrantis.

6 (f. 74v). De causis facientibus effimeram. Initialis S cum imagine clypeata mulieris febricitantis.

7 (f. 92). De his quae oportet cognoscere in compositione medicinarum. Initialis N cum imagine clypeata mulieris medicamentariae.

Picturae mediocri arte italica saec. XV in. confectae sunt.

240.

Avicennae canonis libri I, II, IV Gerardo Cremonensi interprete.

1 (f. 2). In aedificiis duobus superpositis duplex imago, in superiore Avicenna sedens et librum tradens puero arabo; in inferiore Gerardus Cremonensis e cathedra librum interpretatur puero arabo.

2 (f. 6). De definitione medicinae. In initiali D professor sedens de medicina disserit.

3 (f. 27). De nervis et musculis et cordis et ligamentis. Initialis Q, viri imago in qua anathomice nervi et musculi pedum et colli picti sunt.

4 (f. 35v). De nervis universaliter. Initialis I, vir fere nudus ad studium nervorum humani corporis.

5 (f. 39). De arteriis. Initialis V, vir sedens in pulvinari brachia protendit ad studium arteriarum.

6 (f. 41). De motu venarum non pulsatilium. Initialis O, homo fere nudus ad studium venarum.

7 (f. 44). De generibus virtutum. Initialis V, mulier cum sceptro et corona sedens in pulvino; fortasse ficta virtutis persona.

8 (f. 48). De aegritudinibus etc. Initialis D, medicus doctor sedens monstrat indice sinistro librum apertum super femore dextro.

9 (f. 51v). De causis. Initialis C, doctor medicus disserit de causis aegritudinum.

10 (f. 67). De calefacientibus. Initialis C, dimidia viri imago ante tabulam, qui, ut videtur, applicat sibi cucurbitam ventosam in facie.

11 (f. 71v). De accidentalibus etc. Initialis A, medicus doctor stans alloquitur.

12 (f. 78). De pulsibus. Initialis P, medicus infirmi manum stringens pulsationes speculatur.

13 (f. 85). De urina. Initialis P, doctor monstrat ampullam cum urina.

14 (f. 93). De causa sanitatis et aegritudinis. Initialis M, medicus interrogat virum stantem.

15 (f. 94ᵛ). De regimine infantium. Initialis P, mulier praegnans sedet.

16 (f. 99ᵛ). De exercitio. Initialis P, vir in deambulatione.

17 (f. 112). Sermo universalis in regendo senes. Initialis S, medicus sedens in pulvinari.

18 (f. 113). De rectificatione complexionis superfluae caliditatis. Initialis D, vir complexionis calidae.

19 (f. 114). De regimine temporum. Initialis I, mulier medicamentaria radicem catarticam gerens.

20 (f. 115). Ad succurrendum accidentibus quae pronosticantur. Initialis I, vir tremore cordis et membrorum laborans.

21 (f. 117ᵛ). Locutio universalis de medicatione. Initialis C, medicus doctor sedens et verba faciens.

22 (f. 143). Liber canonis secundum verba principis Abhuhali. Initialis H, princeps Abhuhali sedens legit in libro ante se posito.

23 (f. 143ᵛ). De complexione medicinarum singularium. Initialis I, medicus Arabs (Avicenna?) cum capsa medicinalium.

24 (f. 277). De aegritudinibus particularibus. Initialis L, medicus scribens in libro.

25 (f. 283). De febre. Initialis F, doctor infirmi in lectulo strati pulsum scrutatur, assistentibus viro et aegri ministra.

26 (f. 291). De febribus putredinis. Initialis P, infirmus nudus in lectulo stratus.

27 (f. 317ᵛ). De Ethica. Initialis I, vir baculo innixus deambulans.

28 (f. 321ᵛ). De febre pestilentiae. Initialis Q, aegri in lectulo strati manus doctor medicus tangit, alio assistente terrore affecto.

29 (f. 329). De pronosticatione et iudiciis crisis. Initialis N, medicus disserens.

30 (ibid.). De bonitate et malitia crisis. Initialis C, aeger e lectulo sublevatus post crisim bonam aviculae ad bibendum offert.

31 (f. 346ᵛ). De diebus crisis. Initialis D, aeger e lectulo sublevatus et brachio dextro innixus.

32 (f. 349ᵛ). De apparatibus et pustulis. Initialis I, vir baculo innixus sinistra summam faciem tangit.

33 (f. 359). De apparatibus frigidis. Initialis A, doctor medicus disserens.

34 (f. 365v). De lepra. Initialis L, vir leprosus e terra sublevatus herbam quandam sinistra monstrans.

35 (f. 369v). Sermo universalis de solutione continuitatis. Initialis I, vir ulceribus plenus in tibiis.

36 (f. 375). De contusione et attritione. Initialis I, vir contusum brachium sudario e collo pendenti applicat.

37 (f. 382). Sermo universalis de vulneribus. Initialis U, vir e lectulo sublevatus brachia et pectus ulceribus plenus.

38 (f. 389v). De vulneribus nervorum. Initialis N, servus baculo innixus pallore membrorum dolores vehementes quos patitur demonstrat.

39 (f. 393v). De dislocatione. Initialis D, homo in tabella sedens brachium sinistrum, osse dislocato, sudario e collo pendenti applicat.

40 (f. 399v). De fractura. Initialis F, vir fractis tibiis humi sedet.

41 (f. 406). De fractura cranii. Initialis M, vir humi sedens fractum cranium monstrat.

42 (f. 412v). De cautela a venenis. Initialis Q, vir ad tabulam sedens cotylam dextera sustentans in cogitatione defixus.

43 (f. 420). De venenis ebibitis. Initialis H, vir sedens poculum labiis appropinquat.

44 (f. 422v). De regimine morsicationis. Initialis S, vir sedens e venis sanguine nigro manans.

45 (f. 429). De morsu hominis et quadrupedum. Initialis D, viro deambulanti canis mordax appropinquat.

46 (f. 433). De punctura parvorum venenosorum. Initialis D, vir a scorpionibus punctus.

47 (f. 437v). De dispositione capillorum. Initialis C, vir sedens semicalvum caput digito monstrat.

48 (f. 445). De dispositionibus cutis et parte cutis. Initialis C, vir baculo innixus manu sinistra colorem bonae valetudinis monstrat.

49 (f. 451). De iis quae accidunt in cute. Initialis A, vir sedens in pulvino crustas in cute monstrat.

50 (f. 458). De dispositionibus quae pendent ex corpore. Initialis E, medicus in viri manu flebotomiam exercet.

Picturae rudi arte italica saec. XIV ex. confecta sunt.

241.

Avicennae canon Gerardo Cremonensi interprete.

Has initiales pictas continet.

1 (f. 2). Ante indicem, F, Avicenna capite coronato sedens ad tabulam scribit in pergamena; in margine inferiore circulus in quo Avicenna sedens discipulo sedenti volumina tradit; dextrorsum alter circulus cum duobus sedentibus et lectioni incumbentibus: prior pictura aliquantum detrita est.

2 (f. 6). De diversis aegritudinibus capitis. Aedificii pars cum tribus imaginibus altera alteri superposita. In margine inferiore duo circuli, in altero doctor medicus sedens, in altero doctor cum discipulis ante tabulam sedentibus.

3 (f. 18). De doloribus capitis. S, homo sedens manibus implexis caput sibi comprimit.

4 (f. 30). De carabito seu apostemate capitis. D, medicus infirmi capiti pullum superponit.

5 (f. 36v.) De subet et somno ⟨superfluo et gravi⟩. D, homini somno gravato medentur medicus et minister medicamentarius.

6 (f. 47). De vertigine. V, homo attonitus caelum respicit, in quo caput circumvolvitur.

7 (f. 56v). Aegritudines nervorum. N, homo sedens cruribus divaricatis et manibus contractis.

8 (f. 67). De anatomia oculi. V, doctor medicus ancillae medicamentariae exponit oculi anatomiam.

9 (f. 80v). De pediculis in palpebris. M, homo solo indusio amictus sibi palpebras manu dextera tangit.

10 (f. 84). De debilitate visus. D, doctor medicus sedens in scamno secum meditatur.

11 (f. 90). De anatomia auris. A, doctor medicus adolescentis auriculam sinistra tangit dextera monstrat: in angulo superiore huius initialis homo sibi auriculam dexteram indice tangit.

12 (f. 97v). De anatomia nasi. D, doctor medicus sedens alloquitur iuvenem indice dextro nasum monstrantem; in angulo superiore huius initialis homo malleum in avem impingit.

13 (f. 102v). De fetore nasi. C, doctor medicus sedens nasum sibi sinistra premit.

14 (f. 105v). De anatomia oris et linguae. O, doctor medicus tangit sinistra os hominis adstantis.

15 (f. 110v). Sermo de dentibus. I, dentium curator rubra veste indutus dentes pueri observat.

16 (f. 116ᵛ). De aegritudinibus gengivarum. G, medicus loquitur ad puerum ante se stantem.

17 (f. 120). De anatomia gutturis. P, medicus sedens pueri guttur observat.

18 (f. 125). De anatomia epiglotidis et cannae et pulmonis. C, doctor sedens speculatur pulmonem infirmi ante se stantis.

19 (f. 134). De voce. V, homo stans capite elevato vocem emittit.

20 (f. 136). De tussi et sputo sanguinis. T, infirmus baculo innixus sanguinem ex ore emittit.

21 (f. 142). De pleuresi. Q, infirmus sedens sinistra pectus sibi tangit, in dexteram caput reclinat.

22 (f. 149ᵛ). De cura pectoris et pulmonis. E, medicus infirmum e lectulo sublevatum interrogat.

23 (f. 155ᵛ). De anatomia cordis. C, doctor medicus in cathedra sedens disserit coram puella adstante.

24 (f. 160). De tremore cordis. T, infirmus tremore cordis laborans sedet.

25 (f. 166ᵛ). De anatomia mamillae. M, doctor sedens mamillae formam adolescenti (discipulo) ante se stanti monstrat.

26 (f. 169ᵛ). Anatomia meri (?) et stomachi. M, medicus sinistra tangit collum iuvenis adstantis.

27 (f. 183ᵛ). De aegritudine doloris stomachi. D, homo stomachi doloribus exagitatus.

28 (f. 192). De nocumentis digestionis. N, infirmus stomacho laborans (propter complexionem frigidam) stat.

29 (f. 195ᵛ). Apparata calida in stomacho. S, homo stomachi calore laborans sedet.

30 (f. 199). Inflatio stomachi. Q, homo inflato stomacho laborans stat.

31 (f. 208). De anatomia epatis. E, epaticus stans auscultat medicum sedentem et alloquentem.

32 (f. 214ᵛ). I, epaticus seu debilis in epate stans.

33 (f. 219ᵛ). De apostematibus epatis. A, infirmus apostemate epatis laborans stat.

34 (f. 226). Species expulsionum rerum in epate. Q, infirmus incurvus, baculo innixus, aliquid ex epate per os expellit.

35 (f. 236ᵛ). De anatomia fellis. F, mater sedens monstrat puero vesicam fellis.

36 (f. 242). De aegritudinibus splenis. S, splene laborans stat.

37 (f. 246ᵛ). Anatomia intestinorum. C, doctor medicus in cathedra sedens intestina monstrat discipulo stanti.

38 (f. 255ᵛ). Cura fluxus epatici. I, homo fluxum epaticum evacuans.

39 (f. 264). De doloribus intestinorum. C, homo doloribus intestinorum vexatus stat.

40 (f. 268). Canon curationis colicae. O, homo colicis doloribus proclivis.

41 (f. 276ʳ). De vermibus. C, homo vermes ex ventre expellens.

42 (f. 280). De aegritudinibus ani. S, patiens emisit sanguinem haemorrhoicum.

43 (f. 285). Anatomia renum. C, doctor medicus sedens discipulo stanti renis structuram monstrat.

44 (f. 286ʳ). De apostematibus calidis in renibus. A, patiens distortus et baculo innixus calculorum doloribus exagitatus.

45 (f. 295ʳ). Anatomia vesicae. Q, medicus doctor sedens discipulo stanti monstrat vesicam.

46 (f. 300ʳ). Qualitas exitus urinae naturalis. V, vir monstrans apparatum urinae.

47 (f. 308ʳ). Anatomia testiculorum et vasorum spermatis. S, doctor medicus sedens cum discipulo stante disserit de his apparatibus.

48 (f. 319ʳ). De apostematibus testiculorum calidis. A, homo huiusmodi infirmitate vexatus.

49 (f. 322). Anatomia matricis. D, doctor medicus sedens cum discipulo stante de hoc argumento disserit.

50 (f. 330ʳ). De impraegnatione. T, mulier praegnans sedet.

51 (f. 339ʳ). De reliquis aegritudinibus matricis. M, mulier tumido ventre sedet.

52 (f. 344ʳ). De nocumentis situs matricae. C, mulier infirma sedens.

53 (f. 350ʳ). De forma thirbi et duorum siphac. O, doctor perscrutatur puerum hernia laborantem.

54 (f. 355). De dolore dorsi. D, homo distortus dorsi dolore vexatus baculo innititur.

55 (f. 364). De medicina. P, medicamentarius sedens miscet medicinam in pilo.

56 (f. 379ʳ). De hieris. Y, medicamentarius ampullam monstrat, ante eum fornax medicinalis.

57 (f. 382ʳ). De electuariis. N, medicamentarius miscet in pilo electuarium.

58 (f. 388). De suffef et murat puerorum. N, puer hoc morbo laborans.

59 (f. 389ᵛ). De alhocat. E, vir sedens alhocat in ore ponit.

60 (f. 390). De syrupis. N, medicamentarius miscens syrupi catinum flammis superponit.

61 (f. 394ʳ). De conditis almgiber (sc. mel rosatum et saccharum). I, medicamentarius forcipe rosam concidit et eius frondes in pelvi demittit.

62 (f. 396). De trociscis. S, medicamentarius trociscos tabulae superponit.

63 (f. 400). De decoctionibus et pillulis. N, medicamentarius pillulas manibus convolvit.

64 (f. 403). De oleis. O, medicamentarius vas olei suscipit e tabula.

65 (f. 405ᵛ). De ungentis. U, medicamentarius unguentum in vase miscet.

66 (f. 409ᵛ). Summa secunda antidotarii. I, Avicenna librum antidotarii manibus pallio coopertis ante pectus sustinet.

67 (ibid.). De dispositionibus capitis. S, homo capitis dolore laborans.

68 (f. 410ᵛ). De ophthalmia. Q, vir oculos indice dextero monstrat.

69 (f. 414ᵛ). De auris dolore. M, vir contortus et aurium dolore vexatus.

70 (f. 415ᵛ). De dentibus. D, vir sedens dentes monstrat.

71 (f. 416). De ore, gutture etc. I, vir guttur monstrat.

72 (f. 418). Debilitas stomachi. I, medicamentarius vas medicinae ad stomachum aptae ferens.

73 (f. 422). De doloribus iuncturarum. A, homo in terra sedens genua monstrat.

74 (ibid.). De alopecia. C, homo unguento caput sibi linit.

Picturae rudi arte italica saec. XIV.

261.

Archimedis opera.

1 (f. 1). Margines ornati sunt auro, intextis lineis, frondibus, bestiis, geniis, bacchicis imaginibus, quatuor capitibus, quorum duo coronis laureis circumdata, fortasse quatuor astronomi ceteris clariores. Ante initialem S astronomus ad tabulam scriptoriam in bibliotheca figuras in pittacio designat.

2 (f. 44ᵛ). Margines tres ornati fere uti in f. 1 et duobus capitibus, fortasse clariorum astronomorum. Una cum initiali R delphino et monstro marino composita tabella, in qua astronomus ante aedificium sedens monstrat puerulo librum cum conoidalibus et sphaeroidalibus figuris.

3 (f. 80). Ornamentum uti in f. 44ᵛ, decoratum capitibus regis et duorum virorum clarorum cum coronis laureis. In initiali E Sirena et parva imago Archimedis in cathedra sedentis librum apertum monstrantis.

4 (f. 102). Ornamentum uti in f. 44ᵛ. In initiali P parva imago astronomi in bibliotheca ante tabulam scriptoriam mostrantis normam et circinum.

5 (f. 115ᵛ). Ornamentum uti in f. 44ᵛ, decoratum capite laureato imperatoris vel poetae.

6 (f. 123ᵛ). Ornamentum uti in f. 44ᵛ, decoratum capite cuiusdam viri clari. In initiali E astronomus ad tabulam scriptoriam sedens numeros in folio dextera scribit, sinistra calculationem in tabula exercet.

Picturae egregie confectae manu italica saec. XV.

276.

Decembrii Petri Candidi de omnium animalium naturis.

Has bestias pictas continet:

Nomina quadrupedum.

Ahane 9^{v}.
Alces 9^{v}.
Alus 9^{v}.
Ana 10.
Anabula 9.
Aper domesticus 8.
Aper sylvestris 7.
Asinus 8^{v}.
Banachus 10^{v}.
Bubalus 10.
Calopus 14^{v}.
Camellopardalis 14^{v}.
Camellus 10^{v} et 11.
Canis 12, (tres species, custodiarius, venaticus, leporarius, cf f. 41).
Capra 15.
Capra sylvestris 16.
Castor 13.
Chama 14.
Cathapleba 19^{v}.
Cefusa 16.
Cervus 16^{v}, cum cornibus 17.
Chalopus 14^{v}.
Crichetus 19^{v}.
Crocota 19^{v}.
Cuniculus 19, (duae species).
Cyrogrillus 19.
Dama 20.
Daxus 20^{v}.
Demma 20.
Dromedarius 11.
Duran 20.
Eale 26^{v}.
Elephas 21, 22, 23, 24.
Enichires 26^{v}.
Enitra 27, (mas et foemina).
Equicervus 26.
Equus 25^{v}, (decem species).
Erinacius 27^{v}.
Erminius 28^{v}.
Falena 28^{v}.
Feles 29^{v}.
Finge 30.
Furion 29.
Furunculus 29.
Gali 30^{v}.
Genetha 30^{v}.
Glis 30.
Guesselis 31, (mas et foemina).
Hiena 31.
Ibex 31^{v}.
Ibrida 31^{v}.
Istrix 32.
Lacta 38^{v}.
Lamia 35.
Lazani 35^{v}.
Leaena 33.
Leo 32^{v}.
Leontophona 38^{v}.
Leopardus 34^{v}.
Lepus 38^{v}.
Leucrocota 38.
Locusta 40.
Lupus 36.
Luter 39^{v}.

Nomina avium.

Nomina belluarum monstruosarum maris et fluminum.

Pisces maris variarum naturarum.

Abarenon 145.
Accipenser 145^{v}.
Agon 144^{v}.
Albirem 144.
Alec 144.
Alphora 143^{v}.
Amius 145^{v}.
Anguilla 142^{v}.
Aniger 146.
Aphorus 146.
Aranea 146^{v}.
Argivenistarius 142^{v}.
Aries maris 144^{v}.
Astarax 143^{v}.
Aureum vellus 145.
Aurata 145.
Australis 146^{v}.
Babylonicus piscis 147.
Balbus 146^{v}.
Balena seu Cethus 147.
Botha 146^{v}.
Cancer maris et fluviatilis 148.
Capitatus 150.
Carpera 149^{v}.
Cephalus 150^{v}.
Cethus seu balena 147.
Claucius seu glavis 149.
Coclea 150^{v}.
Conchae 149^{v}.
Corvus maris 150.
Delphinus piscis 151.
Dentrix 151.
Dies piscis 150^{v}.
Echinus 151^{v}.
Eracliodis 152^{v}.
Ericius 152^{v}.
Exochius 152^{v}.
Ezoz 152.
Gobio 153.
Gonger 153.
Granus 153.
Hirundo maris 153.
Kalaoz 153^{v}.
Kyloki 153^{v}.
Lamprida 155^{v}.
Lepus maris 154^{v}.
Lepus maris Indiae 154^{v}.
Lixa 155^{v}.
Locusta maris 154.
Loligo piscis 154.
Lucius sive lupus 155.
Margarita 157, (duplicis formae).
Megaris 157.
Milago 159.
Mugilis 156^{v}.
Mulopes 158.
Mullus 158^{v}.
Mulus alter 159.
Murena 156, (duae imagines).
Murex 158.
Mus Marinus 158^{v}.
Ostrea 159.
Palumbus 160^{v}.
Pavus maris seu Pastinaca 161.
Pecten 160^{v}.
Pigus 161.
Persis 159^{v}.
Pinna 160.
Polypus 161.
Porcus maris 160^{v}.
Pungitivus 160.
Purpura 159^{v}.
Ratte vel rais 161^{v}.
Rana 162.

Nomina serpentum.

Nomina vermium.

Adlacta 191^v.
Apes 185^v-186, (sex), apum foetus 187^v (tres).
Aranea (muscam appetens) 190^v.
Blatta 192, (tres).
Bombix 192^v
Borax 191^v.
Brucus 192^v.
Bubrestis 192^v, (bina imago).
Buffo 191^v.
Buffo cornutus 191^v.
Cantharis 193^v.
Cicada 194.
Crabro sive scarabeus 193^v.
Culix 193, (quatuor).
Cincedula 192^v.
Cymex 194.
Cyniphs 193, (quinque).
Cynomia 193, (tres).
Engulas 195, (octo).
Eruca 194^v, 195.
Formica (octo) 195^v.
Formicarum leo (myrmicoleon) 196.
Formica Indiae 196.
Lanificus 197.
Limax 196^v.
Locusta 196^v.
Multipes 198, (bina imago).
Musca proterva 198, (bina imago).
Musca Cypri 198^v, (bina imago).
Opimacus 198^v.
Papilio 198^v.
Pediculus 199, (quinque).
Phalongia 198^v.
Pulex 199, (quinque).
Rana communis 199^v.
Rana oriens 200^v.
Rana parvula 200^v.
Rubeta, genus ranae, 200.
Sanguisuga 201^v.
Seta 201^v.
Spoliator colubri 201.
Stellae figura 201.
Tapula 202.
Tarinus 203, (quinque).
Teredo 203, (duae).
Testudo 202^v.
Thamur vel Thamier seu vermis Salomonis 202.
Tinea 202^v, (octo).
Uria 203^v, (tres).
Vermis celidoniae 204, (duo).
Vermis e terra 204, (sex).
Vespa 203^v.

Hae bestiae pluribus manibus peritissimis fere omnibus pictae sunt saec. XVI in. (cf. descriptionem generalem).

282.

Giov. Angelo Terzone de l'ordine di s. Francesco. Delle cose spettanti alla milizia dedicato a Ludovico ⟨XII⟩ Re di Francia.

Has tabulas continet.

1 (f. 5^v). Rex et equites ordinis sancti Michäelis ante crucifixi imaginem genibus flexis.

2 (f. 12v). Rex stans sceptrum in dextera et alterum sceptrum, cui imposita est manus, in sinistra gestat.

3 (f. 13v). Duo milites in pugilatu se exercent.

4 (f. 14v). Duo milites luctando se exercent.

5 (f. 15v). Duo milites fustibus certant.

6 (f. 16v). Duo milites sagittas contra ingerunt.

7 (f. 17v). Duo milites tela contra iaciunt.

8 (f. 18v). Duo milites hastis vulnera sibi infligunt.

9 (f. 19v). Duo milites gladiis pugnant.

10 (f. 21v). Rex (David) funda gigantem prostravit.

11 (f. 33). Duo equites flumen traiciunt.

12 (f. 33v). Duo equites hastis concurrunt in hominis simulacrum ligneum.

13 (f. 34v). Tres angeli, in medio Michael cum libra, hic inde Raphael, Gabriel.

14 (f. 41). Agmen trabibus excavatis in formam naviculae flumen traicit.

15 (f. 42v). Castra forma rotunda cum tentoriis.

16 (f. 43). Castra forma triangulari cum tentorio in medio.

17 (f. 43v). Castra forma quadrata.

18 (f. 49). Acies instructa forma quadruplari, (militum loco sunt cassides militares).

19 (f. 50). Acies forma cunei.

20 (f. 50v). Acies forma rhombi.

21 (f. 52v). Acies binae forma discriminis.

22 (f. 53). Acies forma lunari.

23 (f. 55v). Elephas cum turri in dorso et cum nola ad collum alligata.

24 (f. 56v). Miles e curru bellico pugnat.

25 (f. 61). Arx in maris ripa.

26 (f. 62v). Arcis oppugnatio.

27 (f. 63). Mulus unguibus aquae fontem excavat.

28 (f. 64v). Testudo muris expugnandis.

29 (f. 65v). Vinea muris expugnandis.

30 (f. 66v). Cassis ad muros expugnandos.

31 (f. 67). Turris ambulatoria.

32 (f. 69). Tolleno.

33 (f. 72v). Circulus cum rosa ventorum duodecim, infra mare et rupes.

34 (f. 75). Duae naves onerariae velis inflatis.

35 (f. 76). Duae triremes cum militibus.

36 (f. 77) Asser ad naves perforandas.

37 (f. 78). Falx ad concidenda vela et funes.

38 (f. 79). Bipennis ad offendendum ac defendendum.

39 (f. 80). Tormentum bellicum vulgo *bombarda.*

40 (f. 81). *Bombarda* explodens.

41 (f. 81v). *Spingarda.*

42 (f. 82). *Passavolante.*

43 (f. 83). *Schioppetto.*

44 (f. 83v). *Mortaro.*

45 (f. 84). *Organetto.*

46 (f. 84v). *Arcobuso.*

Picturae rudi manu italica confectae sunt saec. XVI.

290.

Astronomica, astrologica et de computo.

1 (f. 2v). Circuli duo nigris lineis ad praesagia capienda pro aegris et praeliantibus.

2 (f. 3). Circulus magnus lineis rubris ad praesagia capienda de variis rebus.

3 (f. 3v). Circulus magnus lineis rubris cum inscriptione: *Prognostica ad egros.*

4 (f. 8v). Globus orbis terrae cum XII signis inscriptis.

5 (f. 11). Globus terrae cum zonis coloribus ex aqua pictus.

6 (ibid.). Circuli tres lineis nigris cum inscriptione: *De luna quot lunas lucet. De signis et horis mensium.* Circulus maior item cum inscriptione: *Horologium quod intra unumquemque mensem habet umbram humani corporis - item singularum horarum diei.*

7 (f. 11v). Circulus cum inscriptione: *Hemisperium superius per quod luna recedit a sole. Hemisperium inferius per quod luna reappropinquat soli.*

8 (ibid.). Circulus nigris lineis cum inscriptione quae incipit: *De recursu concurrentium figura haec....*

9 (f. 12). Tabula cum numeris et inscriptione: *Ratio numeri uel calculi per quam numerus in argumentis compendiose partitur.*

10 (f. 13). Tabula lineis rubris ad illustrandam quaestionem: *De causa cur luna nostre computationi* ⟨persaepe⟩ *non conveniat.*

11 (f. 13v). Tabula lineis rubris cum inscriptione: *De aequa decemnovalis cicli in menses partitione.*

12 (f. 14). Tabulae duae lineis rubris cum inscriptionibus: *Quota sit luna in initiis kalendarum per decem et nouem annos secundum naturam. Quota sit luna in initiis kalendarum per XVIIII annos secundum usum.*

13 (f. 15). Pagina cum tabula lineis rubris et inscriptione: *Haec pagina ad*

rationem lunae pertinet ut quota sit luna in diebus cognoscas. Calculus deducitur per XXIX annos incipiendo ab anno 1031.

14 (f. 15v). Tabula cum concurrentibus, bissextis, ciclis solaribus et indictionibus per XXVIII annos. Concurrentes rubeo colore, bissexti punctis, cicli solares croceo, indictiones viridi colore signantur.

15 (f. 17). Tabula lineis rubris cum dominicis et hebdomadibus per annum.

16 (f. 18). Argumentum ad inveniendum XIIII lunam. Circulus lineis rubris cum litteris, numeris et inscriptione interiore *ad non lucendum*, exteriore *ad lucendum.*

17 (f. 25). Circuli tres lineis nigris cum inscriptione: *Maximus circulus continet decemnouenalem cyclum. Medius epactas lunares, intimus cyclum lunarem.*

18 (f. 25v) Tabula sex columnis constans lineis rubris expressis cum inscriptione: *Communis annus domini, qui duodecim tantum lunationes habet.*

19 (f. 31). Manus triginta sex lineis nigris expressae ad numeros indicandos ab uno ad novemmille digitorum positione. Ibid. circuli cum XIX humanis imaginibus quae manuum positione numeros a decemmille usque ad DCCCCmille signant.

20 (f. 31v). Tabulae cum cyclis solaribus XVIIII.

21 (f. 46v). Circulus lineis rubris cum quinque circulis minoribus in quibus zonae habitabiles vel non signantur.

22 (f. 47). Circulus lineis rubris et caeruleis vicissim cum divisionibus et nominibus ventorum.

23 (f. 47v). Duae figurae quadratae coloribus ex aqua pictae cum elementis quibus mundus constat, sc. *Ignis Aer. Aqua. Terra.*

24 (f. 48). Circulus in partes divisus et rubro colore pictus in quo inscriptio *annus:* praeeunte altera inscriptione: *Tempora a communionis temperamento dicta. Cuius communionis haec est figura.*

25 (f. 48v). Circuli sex lineis rubris expressi de mensibus.

26 (f. 49). Circuli tres rubro colore expressi et in partes divisi de temporibus anni.

27 (f. 50). Sphaera lineis rubris expressa cum septem planetis et eorum circulis.

28 (f. 50v). Arbor scientiarum lineis rubris expressa.

29 (f. 51). Tria schemata sphaerae terrestris cum quinque zonis, unum schema colore rubro et viridi, alia duo lineis nigris expressa.

30 (ff. 62v-63). Figurae I-IX lineis nigris expressae, de divisione anni, de solaribus circulis, de solis *figura*, de eclipsi solis, lunae, planetarum, et una essentia (innectuntur sibi duo circuli in circulo maiore).

31 (ff. 64-71). Tabulae cum cyclis dionysiacis lineis rubris pictis.

Haec delineamenta et picturae coloribus ex aqua manu non admodum rudi saec. XI confecta sunt.

355.

Senecae tragoediae.

1 (f. 107). In initiali Troadis Nicolai Treveht parva imago librum apertum ferentis.

2 (f. 127). In Medeae initio eiusdem mulieris caput in pagina aurea.

3 (ff. 140ᵛ-141). Tres costellationes et spatium quadratum; in margine adnotatio: *hic figura de nihilo servit.*

Picturae rudi manu gallica saec. XIV confectae sunt.

356.

Senecae tragoediae.

1 (f. 2). Hercules furens. In initiali S duae imagines; in parte superiore Iuno in caelo queritur de Hercule; in inferiore Hercules cum clava in dextera, stringit sinistra catenam, qua cerberum tribus gulis latrantem e porta Tartari educit.

2 (f. 19). Thiestes. Initialis Q, Atreus et Thiestes capitibus coronatis ad convivium sedent: inter alias epulas in lance duo capita et duae manus filiorum Thiestis, qui horrescens audit se comedisse carnes filiorum; in umbra moenia regiae.

3 (f. 34). Thebais. Tabella picta. Aedipus rex caecus ducitur per campos ab Antigona filia; in umbra duo equites Eteocles et Polinices duello confligunt.

4 (f. 43). Hippolitus. Initialis T, Hippolitus in venatione aprum mucrone ferit; superius Hippolitus curru deicitur in saxa praeter maris oram, monstro marino equos terrente.

5 (f. 59ᵛ). Aedipus. Initialis I, Aedipus duobus pugionibus oculos sibi eruit, Iocasta pugione se perimit.

6 (f. 74). Troas. Initialis Q, ad tumulum Achillis Polyxena Pirrhi manu iugulatur; sursum Astianax e turri praecipitatur: infra Andromache filium praecipitantem deflet; inferius mulier (Andromache (?)) in navicula captiva ducitur.

7 (f. 89ᵛ). Medea. Initialis D, in solario regii palatii Medea filium iugulat, infra Iason filium occisum elevatis ad caelum manibus deplorat; dextrorsum in cryptoporticu Medea pallam veneno tinctam duobus pueris tradit.

8 (f. 103ᵛ). Agamemnon. Initialis O, Aegistus gladio perfodit Agamemnonem vestibus exutum, Clitemnestra arrepta securi eiusdem caput in eo est ut amputet, in umbra thalamus.

9 (f. 117). Octavia. Initialis I, imperator in throno cum sceptro in dextera, ad eius pedes duae mulieres et duo milites.

10 (f. 130). Hercules Oeteus. Initialis S, in parte superiore Hercules cum clava in sinistra ad caelum elevat dexteram; in parte inferiore Hercules Philoteti armigero arcum et sagittas praebet dum pyrae accensae se supponit; dextrorsum Alcmena mater et Deianira cum nutrice de morte Herculis plorantes.

11 (157). Tabula et circulus cum inscriptione: *ad sciendum in quo signo et in quo gradu eius luna sit omni die.*

Picturae manu italica satis eleganti saec. XIV-XV.

365.

Dante Alighieri. Inferno.

1 (f. 1). Tabellae pictae ante cantus singulos. Cantus I. Dantes comitante Vergilio a tribus bestiis, lupa panthera et leone territus sistit ad radicem montis, sole oriente. In marginum quatuor circulis; [1] Dantes lassitudine fessus quiete se reficit; [2] Danti panthera apertis faucibus minatur; [3] leo erectus Dantem territum invadit; [4] Danti sedenti sistit se Beatrix, cui nomen in brachio sinistro scriptum est. In circulis et imaginibus minoribus bestiae, sc. lepus, simia, cervus, psittacus, carduelis, gallina, upupa, cuniculus, insignia ac tessera gentilicia Friderici Urbini ducis cum inscriptione: *Di*⟨vus⟩ *Federicus Urbini dux illustrissimus belli fulgur et pacis et p*⟨atriae⟩ *pius pater.*

2 (f. 3v). Cantus II. Vergilius Dantem alloquitur; in umbra sylva et mons graminibus et virgultis vestita.

3 (f. 6v). Cantus III. Dantes et Vergilius ad ripam Stigis perveniunt, ibi Charon in scapha et animae transeuntium nudae, monacho excepto; dextrorsum animae ignavorum praeeunte vexillifero nudae etiam, pontifice excepto, qui mitram capite defert, procedunt; in umbra urbs Ditis muris, turribus et flammis circumdata.

4 (f. 9). Cantus IV. Vergilius Danti monstrat Homerum et poetas comitantes: per campos virides caetus varii virorum; in umbra urbs septem muris circumdata luna collucente; duo poetae flumen transeunt.

5 (f. 12). Cantus V. Daemones animas Minoi iudicandas sistunt; dextrorsum daemon in abyssum deicit animam iudicio damnatam; Dantes et Vergilius stupore afficiuntur.

6 (f. 14v). Finis cantus V. Dantes Vergilio comitante interrogat Franciscam ariminensem, quae manum dexteram reclinat humero dextero Pauli; ambo sunt nudi, in umbra regio asperrima, hic illic flammae; in margine vestis Vergilii: *Virgilius.*

7 (f. 15). Cantus VI. Cerberus canis tribus faucibus allatrat ad Dantem et Vergilium prospicientes multitudinem humi iacentium, praeter unum qui se elevat

sedens (Ciacco); in umbra sursum Dantes et Vergilius post interrogationem Franciscae et Pauli.

8 (f. 17^v). Cantus VII. Vergilius et Dantes prospiciunt damnatos volventes sarcinas funibus colligatas; in umbra rupes et montes.

9 (f. 20). Cantus VIII. Dantes et Vergilius in navicula vehuntur, remige Phlegya; in palude capita damnatorum, quorum unus (Philippus Argenti) naviculae annectitur; in umbra urbs et turres cum flammis, e navicula egressi Dantes et Vergilius in littore gradum sistunt.

10 (f. 22^v). Cantus IX. Dantes et Vergilius deambulant per sepulchra, e quinque detectis sepulchris erumpunt flammae; in umbra urbs cum muris et edita turri.

11 (f. 25). Cantus X. Dantes, Vergilio comitante, interrogat virum (Farinatam), qui cum altero (Cavalcante), arcae operculo sublato, se erigit; in umbra alia sepulchra et rupes.

12 (f. 28). Cantus XI. Vergilius Dantem alloquitur, qui digitis sibi nasum occludit; in umbra rupes et sepulchrum detectum Anastasii cum inscriptione litt. aureis: *Anastagio pp. G. Quel che trasse Fotin de la via drita.*

13 (f. 30^v). Cantus XII. Dantes, pedissequo Vergilio, sedens in tergo Nessi centauri vehitur ad ripam sanguinis; e lacu sanguinis capita attollunt damnati, in quos centauri sagittas coniciunt; in umbra rupes et centaurorum manipulus.

14 (f. 33). Cantus XIII. Dantes arboris ramum diffidit sanguine manantem, quem Vergilius alloquitur; in umbra silva et duo canes qui duos damnatos (Lapum et Iacobum) insequuntur; in summis arboribus tres aves humanis capitibus (harpyiae); in imo margine vestis Vergilii: *Poeta fui et cantai.*

15 (f. 36). Cantus XIV. Dantes vestigiis insistit Vergilii per viam desertam et saxosam; dextrorsum damnati humi strati vel sedentes flammarum pluvia adusti; in umbra silva procella ignis saeviente.

16 (f. 38^v). Cantus XV. Dantes, comitante Vergilio, auscultat capite inclinato et manibus consertis virum (Brunettum Latini) eum alloquentem; in umbra hinc inde damnati fugientes flammis adusti, duae metae et caelum flammis coruscantia.

17 (f. 41). Cantus XVI. Vergilius hortatur Dantem ut aurem praebeat viris (Guidoguerra, Aldobrandi et Rusticucci), qui manibus altera alteri implicitis ad poetas se convertunt; in umbra scopuli, rupes et damnatorum manus flammarum pluvia ingruente.

18 (f. 43^v). Cantus XVII. Dantes prospicit tres damnatos sedentes cum peris ex eorum collis pendentibus; peris superpicta sunt tria insignia, leo glaucus (Gianfigliazzi), anser alba (Ciappo Ebriachi), porca caerulea (Reginaldus Scrovigni); in umbra Vergilius funem Gerioni ripam pertingenti demittit; scopuli et campus desertus comburentes.

19 (f. 46). Finis cantus XVII. In Gerionis dorso Dantes et Vergilius per amnem vehuntur; in umbra rupes et montes flammis incensa.

20 (f. 46v). Cantus XVIII. Dantis et Vergilii parvae imagines inter duos ordines euntium et redeuntium damnatorum procedunt, quos daemones ferreis loris caedunt; in umbra saxa violacea igne adusta.

21 (f. 49). Cantus XIX. Dantes, comitante Vergilio, flexo genu sinistro interrogat simoniacum pedibus et cruribus e lacu prominentem (Nicolaum III); in umbra alii simoniaci et duorum poetarum imagines bis iteratae.

22 (f. 51v). Finis cantus XIX. Vergilius humero sinistro Dantem elevat in rupem; deorsum pedes simoniacorum e lacu attolluntur.

23 (f. 52). Cantus XX. Dantis et Vergilii parvae imagines e rupibus despiciunt magnam turbam vatum, quorum frontes in terga versae sunt.

24 (f. 53v). Cantus XXI. Dantes, comitante Vergilio, e ponte saxeo despicit paludem nigram (ollam piceam); prope stat daemon, qui modo e ponte praecipitavit seniorem sanctae Zitae adhuc in aëre suspensum; alii duo daemones per rupes duos damnatos humeris baiulant; inferius tres daemones uncis minantur seniori s. Zitae iam caput e stagno attollenti.

25 (f. 57). Finis cantus XXI. Dantes cogitationi defixus sedet in saxo paludi imminente; superius Vergilius cum quatuor daemonibus colloquitur.

26 (f. 57v). Cantus XXII. Dantes et Vergilius simul decem daemones destrictis harpionibus stantes verbis contendunt cum homine navarrensi (Ciampolo); infra navarrensis absoluta contentione immersus in paludem nigram elevat pedes et crura.

27 (f. 59v). Cantus XXIII. Dantes et Vergilius procedunt cum hypocritis, qui penulis plumbeis deauratis amicti sunt, sursum humi supinus homo confixus iacet (Caiphas); in umbra rupes et montes.

28 (f. 63) Cantus XXIV. Pro rupibus Dantes et Vergilius colloquuntur cum damnato duobus serpentibus cincto et manibus in dorso ligatis (Vanni Fucci), in margine inferiore vestis Dantis inscriptio litt. aureis: *Dantes;* in umbra alii damnati (fures) similiter serpentibus implicati, humi varii serpentes.

29 (f. 66v). Cantus XXV. Dantes digitum ori apponit ad revocandam attentionem Vergilii in conspectu damnatorum, inter quos unus (Vanni Fucci) manus minaces in caelum elevat dum serpentes eius collum et brachia morsu depascuntur; alterius damnati (Angeli Brunelleschi) ventri lacertus viridis se superponit ad illius formam mutandam; in umbra clivus cum centauro (Caco), cui caput draconis, et rupes.

30 (f. 69v). Cantus XXVI. Vergilius stans et Dantes saxo innixus ex arcu despiciunt subiacentem paludem rubris auratisque flammis micantem.

31 (f. 72ᵛ). Cantus XXVII. Vergilius et Dantes sedent in summo arcu auscultantes quendam (Guidonem monteferetrium) e subiacente palude ignea alloquentem, non tamen erumpentem.

32 (f. 75). Cantus XXVIII. Dantes comitante Vergilio interrogat virum (Mahumetem), cui e conscisso ventre pendent intestina; post hunc stant alii, inter quos Ali capite conscisso, Petrus a Medicina naso amputato, Mosca e Lambertis resectis brachiis, Bertramus caput amputatum crinibus apprehensum gestans; in umbra rupes.

33 (f. 78). Cantus XXIX. Vergilius Danti monstrat falsarios, qui pustulas putrefactas e membris ungulis abradunt; in umbra rupes flammis ardentes.

34 (f. 80). Cantus XXX. Dantes et Vergilius prospiciunt falsarios humi pronos, supinos, currentes, inter hos mulier (Myrra) et vir (Ianus Schicchi), qui cervicem alterius (Capocchi) dentibus arripit; in umbra rupes ut supra.

35 (f. 81). Finis cantus XXX. Dantes et Vergilius prospiciunt falsarios supinos, sedentes, ambulantes, inter alios est vir (Sinon) qui obiter, quasi aliud agens, percutit inflatum ventrem alterius (magistri Adami); in umbra rupes.

36 (f. 84). Cantus XXXI. Tres gigantes e saxoso puteali attolluntur usque ad coxas. Primus (Anteus) manibus sustentat parvas imagines Dantis et Vergilii, secundum (Phialtem) catena constringit, tertii (Nembroti) e pectore cornu pendet.

37 (f. 87). Cantus XXXII. Lacus gelidus et subcaeruleus e cuius undis extolluntur inclinata capita damnatorum; Vergilius manu sinistra innuit Danti, qui curvus crinibus sublevat caput cuiusdam (Bocca degli Abati); in umbra rupes.

38 (f. 89ᵛ). Cantus XXXIII. In summa unda lacus gelidi Ugolinus genu sinistro Rugerii dorso innixus dentibus lacerat cervicem; Dantes, Vergilio astante, in eo est ut Ugolinum interroget; in umbra duo alii damnati (Albericus et Branca) nantes in lacu supini et rupes.

39 (f. 90). Finis cantus XXXIII. Vergilius manu dextra innuit Danti, cui interroganti Ugolinus caput attollit e feroci esca; in umbra duo damnati ut supra nantes supini et rupes.

40 (f. 93). Cantus XXXIV. Lucifer e medio lacu gelido se sublevat usque ad umbilicum; Lucifero est trina facies; ex eius tribus oribus exeunt tres damnati, (Iudas, Brutus, Cassius); Vergilius et post eum Dantes descendentes per foramen manibus annectuntur villoso pectori Luciferi.

41 (f. 95ᵛ). Finis cantus XXXIV. Vergilius et post eum Dantes ascendunt per alveum rivuli; e fossa sublevantur crura pilosa et ungulati pedes Luciferi; in umbra montes et colles herbis graminibusque vestiti, caelum cum astro Venere et pisce aureo.

Purgatorio.

42 (f. 97).[1] Cantus I. Sub aedificii arcu Dantes, monente Vergilio, reverenter se inclinat Catoni, in imo margine vestis Catonis: *Dux*, litt. aureis; in umbra arva arboribus consita. Tota pagina ornatissima est auro, intextis lineis, floribus, geniis, insignibus ac tesseris gentiliciis Friderici Urbini Ducis: in aedificii fronte inscriptio uti initio Inferni: *Divus Fridericus Urbini Dux* etc. In tribus ovatis figuris [1] Vergilius praesente Dante rorem ex herbis colligit; [2] Vergilius Dantis faciem detergit; [3] Vergilius cum Dante vimina in ripa fluminis seligit.

43 (f. 99v). Finis cantus I. Vergilius vimine cingit Dantem; in umbra campi herbosi, mare, montes albescentes.

44 (f. 100). Cantus II. Poetae interrogant virum (Casellam) et alias umbras; sinistrorsum longe alter (Cato) eos increpat; in umbra animarum turbae aufugientes, in maris littore Dantes genuflexus, adstante Vergilio, prospicit angelum luminosum in navicula appropinquantem.

45 (f. 102v). Finis cantus II. Dextrorsum Vergilium aliquid animo versantem Dantes alloqui vult; sinistrorsum turba spirituum lente procedit; in umbra rupes.

46 (f. 103). Cantus III. Dantes, comitante Vergilio, ambulans respicit retro supervenientem turbam animarum; in umbra montes arboribus arbustisque virides et rupes.

47 (f. 106). Cantus IV. Multi spiritus lente ambulantes sermones inter se serunt; in umbra poetarum par bis conspicitur tum ascendens colles, tum sedens ad maris littus.

48 (f. 108v). Finis cantus IV. Multos spiritus humi sedentes incurvos et brachiis ad genua implexis Dantes, comitante Vergilio, compellat; in umbra rupes et virgulti.

49 (f. 109). Cantus V. Dantes spirituum turba stipatus eorum interrogationibus respondet, praeit Vergilius alia meditans (cf. cantus VI); in umbra Vergilius ac Dantes per angustias montium ascendentes aliis spiritibus occurrunt.

50 (f. 111). Finis cantus V. Vergilius virum (Sordellum) in saxo sedentem interrogat, Dantes supervenit; in umbra rupes.

51 (f. 112). Cantus VI. Vergilius virum (Sordellum) amplexatur, post eos Dantes; in umbra rupes et in summis rupibus arcus.

52 (f. 115). Cantus VII. Vir (Sordellus) genuflexus brachiis circumcingit genua Vergilii, qui manu sinistra eius capiti imposita dexteram elevat, post eum Dantes; in umbra rupes et arbores.

53 (f. 117v). Finis cantus VII. In valle aprica herbis viridibus ac floribus aureis decora spiritus varia forma sedentes e saxea ora Danti et Vergilio monstrat vir (Sordellus); in umbra rupes et arbusta.

54 (f. 118). Cantus VIII. In valle, ut supra, una cum spiritibus sedet Vergilius, prope dormit Dantes, ad quem Lucia accedit: in umbra serpens feminino vultu, ora saxea et arcus, cui hinc inde libratis alis duo angeli impendent faces in manibus gerentes.

55 (f. 120ᵛ). Finis cantus VIII. Angelus stola caerulea circumdatus sedet ante portam Purgatorii, ante eum in porphyreo gradu genibus flectitur Dantes detecto capite, prope Vergilius stat; in umbra murus saxo quadrato cum porta Purgatorii et ripa saxea, cui Lucia Dantem dormientem superimponit.

56 (f. 121). Cantus IX. Vergilius iam intrat per apertam portam Purgatorii, ex qua clivus graminibus vestitus prospicitur, post eum Dantes ascendens ultimum gradum angelo duas claves gestanti reverentiam praestat; in umbra murus et quatuor gradus saxo quadrato.

57 (f. 124). Cantus X. Dantes et Vergilius in medium clivum advenientes prospiciunt v. Mariae Annuntiationem in lamina marmorea caelatam; in umbra saxeus collis et arcus.

58 (f. 126ᵛ). Finis cantus X. Dantes et Vergilius prospiciunt laminam marmoream, in qua caelatus est David saltans ante arcam, e lateribus arcae diaconi, ante Davidem procedunt monachi; in umbra collis, prope spiritus superbi sedent curvis capitibus saxa supportantes.

59 (f. 127). Cantus XI. Dantes aliquantum inclinatus ut audiat aliquem (Umbertum Aldobrandeschi), qui una cum aliis superbis saxum capite supportat, Vergilius Dantem praecedit; in umbra collis et lamina marmorea, in qua caelatus est Traianus imperator agmen ducens, prope equum Traiani genu flectitur vidua.

60 (f. 130). Cantus XII. Dantes et Vergilius alios superbos similiter saxa supportantes transcurrunt; in umbra rupes et colles.

61 (f. 132ᵛ). Finis cantus XII. Angelus albis vestibus ac stola caerulea indutus Dantem et Vergilium invitat ad gradus conscendendos; in umbra rupes et colles.

62 (f. 133). Cantus XIII. Dantes et Vergilius obambulant praeter spiritus quatuor sedentes ponderosis vestibus indutos, capita varie inclinantes; in umbra rupes et colles.

63 (f. 136). Cantus XIV. Dantes et Vergilius transeunt multos spiritus sedentes ponderosis vestibus indutos; duo (Guido et Ranierus) elevant capita et in poetas oculos et sermonem convertunt: quasi dicat alter alteri « *mandal tu che piu li tauicini* »; in umbra rupes altae.

64 (f. 139). Cantus XV. Vergilius angelum radiantem Danti monstrat, oculorum caligationem manu sinistra arcenti; in umbra Dantes et Vergilius tramitem inter duas rupes conscendunt.

65 (f. 142). Cantus XVI. Vergilius procedens humeros duces offert Danti fumo obcaecato; hunc sequitur alter (Marcus Lombardus) interrogans; in umbra rupes altissimae ferreo colore, caelum caeruleum fuscum.

66 (f. 145). Cantus XVII. Sinistrorsum Vergilius monstrat angelum radiantem Danti, qui manu sinistra oculos sibi cooperit; in umbra dextrorsum Dantes et Vergilius spectatori tergis obversis deambulant; in medio rupes herbis et graminibus partim vestitae.

67 (f. 147ʳ). Finis cantus XVII. Poetae ex adverso sedent secus tramitem ad montem ducentem; in umbra rupes et caelum stellis conspersum.

68 (f. 148). Cantus XVIII. Vergilio et Danti ex adverso sedentibus et colloquentibus multi spiritus nudi, currentes obviant: in umbra rupes et caelum astris splendens.

69 (f. 151). Cantus XIX. Poetae ter repraesentantur [1] dextrorsum sunt in conspectu angeli; [2] sinistrorsum Vergilius sedet, Dantes capite in genua inclinato dormit; in umbra rupes; [3] in tramite alpestri Vergilius procedit, Dantes sistit gradum incurvus ante umbram (pontificem Adrianum V, Fieschi), qui humi supinus a pictore adumbratus vix cernitur.

70 (f. 154). Cantus XX. Dantes et Vergilius lente transeunt turbam nudam humi pronam, avaritiae poenas luentem; in umbra rupes et colles virides.

71 (f. 157). Cantus XXI. Vergilius, Dantes et poeta (Statius) transeunt turbam nudam humi pronam, ut supra; umbra ut supra.

72 (f. 159ʳ). Finis cantus XXI. Poeta (Statius) in eo est ut se prosternat ad pedes Vergilii, post hunc Dantes; umbra ut supra.

73 (f. 160). Cantus XXII. Vergilius et Statius procedunt in conspectu arboris pomiferae (arboris mysticae), hos sequitur Dantes capite inclinato; in umbra rupes.

74 (f. 163). Cantus XXIII. Vergilius et Statius transeunt turbam spirituum macie extenuatam, nonnulli spiritus (Forese, dei Donati, Buonagiunta etc.) ad Dantem duos poetas sequentem se convertunt, in umbra rupes et colles virides.

75 (f. 165ᵛ). Finis cantus XXIII. Multi spiritus nudi manus protendunt ad arborem pomis onustam in medio positam, inter spiritus pontifex (Martinus IV) triplici corona capiti imposita.

76 (f. 166). Cantus XXIV. Ad Vergilium, Statium et Dantem deambulantes angelus se convertit, quasi dicat quid cogitatis; in umbra rupes.

77 (f. 169). Cantus XXV. Vergilius, Statius et Dantes unus post alterum ascendunt colles, in summis collibus arcus saxeus.

78 (f. 171). Cantus XXVI. Sex spiritus (Guido Guinicelli, Arnaldus Daniello etc.) capitibus emergunt e muro flammeo, in quo luunt poenas; Vergilius se convertit ad Statium et Dantem eum sequentes; in umbra montes et colles.

79 (f. 171ᵛ). Finis cantus XXVI. Tredecim capita ordine emergunt e muro flammeo lineis aureis ornato; in umbra sursum montes albicantes.

80 (f. 175). Cantus XXVII. Vergilii, Dantis et Statii capita attolluntur e flammis per quas incedunt; in umbra dextrorsum in summis gradibus scalae Vergilius et Statius quieti, Dantes somno, se tradunt; sursum hortulus auratis graminibus arboribusque consitus.

81 (f. 176ᵛ). Finis cantus XXVII. Vergilius, praesente Statio, coronam imponit capiti Dantis; in umbra campi arboribus et virgultis sati.

82 (f. 177). Cantus XXVIII. E nemore quercubus consito, ac sole, zephyri capite et avibus ornato fluit rivulus; dextrorsum ad ripam mulier (Matelda) florum fasciculum sinistra gerens; sinistrorsum Dantes, comitantibus Vergilio et Statio ad Mateldam sermonem convertit.

83 (f. 180). Cantus XXIX. Currus triumphalis vehitur a leone alato, hinc inde aquila, angelus, bos alatus, tres mulieres; dextrorsum Matelda verba facit ad Dantem, qui ex altera ripa fluminis, comitante Statio, oculos in spectaculum convertit; in umbra campus flumine irrigatus et duabus arboribus consitus.

84 (f. 183). Cantus XXX. Dextrorsum viginti quatuor seniores albis vestibus induti et capitibus liliis coronatis circumstant currui aureo aquila vecto; e curru mulier (Beatrix) sermonem convertit Danti ex altera ripa, comitante Statio, oculos intendenti; in umbra campus arboribus consitus et flumine irrigatus.

85 (f. 186). Cantus XXXI. Septem mulieres circumstant currui aureo aquila nigra vecto; e curru mulier (Beatrix) alloquitur: sinistrorsum altera (Matelda) ad ripam fluminis manus calcat super capite Dantis iam usque ad pectus in Laete flumine immersi; in umbra campus virens arboribus consitus.

86 (f. 189). Cantus XXXII. Beatrix, adstantibus septem mulieribus, Dante et Statio, sedet ad radicem arboris frondibus violaceis-rubris virescentis: sinistrorsum currus aureus, cuius gubernaculum arbori alligatum est; in umbra campi.

87 (f. 192). Cantus XXXIII. Dextrorsum tres mulieres, alia sedente, stant ad radicem arboris; sinistrorsum tres mulieres, postea Dantes cum Beatrice et Statius cum Matelda procedunt; in umbra prata flumine irrigata. (Huius et sequentium picturarum paradisi lineamenta extant in cod. urb. 1763, quae ed. Cozza-Luzi, *Il Paradiso dantesco nei quadri miniati e nei bozzetti* etc. Roma, tip. sociale, 1892).

Paradiso.

88 (f. 197). Cantus I. Pagina tota ornata est auro, floribus, frondibus, candelabris, pueruli varia instrumenta musica pulsantibus, insignibus ac tessera gentilicia Friderici Ducis Urbini, posita in circulo corona circumornato, quam duo pueruli sustentant. Ante textum sub arcu Dantes et Beatrix iam solem transgressi

ad caelum propius accedunt, in fronte inscriptio: *Divus Fridericus Urbini dux* etc., uti initio Inferni.

89 (f. 200). Cantus II. In luna vix adumbrata Dantes Beatricem prospectat.

90 (f. 203). Cantus III. In luna vix adumbrata sinistrorsum Dantes et Beatrix prospectant mulieres dextrorsum stantes, ante alias mulier coronato capite (Constantia) et altera (Piccarda).

91 (f. 205ᵛ). Cantus IV. In luna vix adumbrata Dantes renuit, tergo converso, Beatrici alloquenti.

92 (f. 208ᵛ). Cantus V. In sideris Mercurii circulo argenteo dextrorsum imperator (Iustinianus) et peregrinator (s. Iacobus) multis sanctis comitantibus obviam procedunt Beatrici ac Danti: in Mercurii radio caduceus colore caeruleo.

93 (f. 211ᵛ). Cantus VI. In sideris Mercurii circulo deargentato stant in medio imperator (Iustinianus), ad eius dexteram Beatrix, ad sinistram Dantes cum tribus sanctis, ab imperatoris tergo peregrinator (s. Iacobus); caduceus ut supra.

94 (f. 214ᵛ). Cantus VII. In sideris Mercurii circulo ut supra inter Beatricem et Dantem colloquentes parvae imagines sanctorum choreas circumagunt.

95 (f. 217ᵛ). Cantus VIII. In sideris Veneris circulo deargentato, uti flos caeruleus in radio pictus demonstrat, Danti comitante Beatrice se convertunt rex (Carolus Martello) et tres alii sancti quasi dicant « *tutti sem presti / al tuo piacere per che di noi ti gioi* ».

96 (f. 220ᵛ). Cantus IX. In sideris Veneris circulo deargentato Dantem ac Beatricem alloquuntur nobilis mulier (Cunizza), episcopus (Folcus) et altera mulier (Raab); in ornamento huius picturae quercus corona redimita (insigne Francisci Mariae II, Urbini ducis).

97 (f. 223ᵛ). Cantus X. Antiqua manu saec. XV. In solis disco aureo Danti et Beatrici circumstant sancti (s. Thomas Aquinas, Albertus M., Boetius, Salomon et alii); in umbra stellae et duo signa zodiaci.

